PROCESSUS JURIDICUS
contra sagas & veneficos;
Das ist:
Rechtlicher Proceß/
Wie man gegen
Unholdten und Zauberische
Personen verfahren
soll.

Mit Erweglichen Exempeln
und wunderbaren Geschichten/ welche
sich durch Hexerey zugetragen/
außführlich erklaret.

Unà cum

DECISIONIBUS
Quæstionum ad hanc materiam
pertinentium.

HERMAN. GOEHAUSEN
Doctor & Pandectar. Profess. ac Consiliarius
Schaumburgicus.

EDIDIT ET RECENSUIT.

Rintelij ad Visurgim,
Typis exscripsit PETRUS LUCIUS Typogr. Acad.

M. DC. XXX.

BK
A. 37601

VIRO
Clarissimo & Doctissimo
DN. GEORGIO
Heystermann/
In Diocœsi Paderbornensi Gô-gravio, & Judici Provinciali, avunculo suo.

S. P.

NOmini tuo, VIR Doctissime, *capitales sententias adversus Sagas, inscribo, Et meritò; qui sedes ad* Tribunalia ut *Quæ-*

ſitor, coram quo Rei pallent, & curis alternis litigantium judicas cauſas: Itaq; ut ſpero nõ erit ingrata tibi hæc opera; quã ſi nec ocium deſit nec voluntas, percurres non difficulter, ac ſi quæ forte ingenij tui benignitate notaveris ac monueris, facies, ut intelligam, hoc qualequale ſtudium meum tibi fuiſſe haud ingratum. Vale, & quod facis meos, quin tuos, ama. Dabam è Muſæo, Rintelij 14. Martij An. 1630.

Tuus

Ad officia

HERMAN. Göehauſen D.

AU-

AUTHOR
Ad Lectorem.

IN laudem AUTHORIS ſolenni, at more recenti,
Miraris quare carmina nulla legas?
Scripta, patrocinium quærunt in carmine fruſtrà:
Si *bona* ſunt, BONA ſunt; ſi *mala* ſunt, MALA ſunt!

Register vnd Inhalt dieses Tractats.

TITULUS PRIMUS.

Wes sich der Inquisitor, oder Richter / er sey Geistlich oder Weltlich / bey der specialischen Inquisition, so er gegen eine Zauberische Person vornehmen wil / zuverhalten habe.

II.

Mit welchen Indiciis der Richter / in dieser Sach / fug vnd Recht hab / die Gefangenen zu Torquiren vnd zu foltern.

III.

Wie milt oder scharff die Tortur seyn soll / Vnd ob man die Vnholden schärffer / alß andere Reos torquiren kann.

IV.

Ob sie öffterer alß einmal können torquiret werden / Auch ob man einen jeden Zauberer schuldig sey zu torqui-

quiren / wann er schon gütlich bekännet hat.

V.

Ob eines Rei Bekäntnüß sol für recht vnd gültig gehalten werden / wann er durch des Richters falsche Verheissung / oder Betrug ist zur Außsag gebracht worden.

VI.

Ob der Richter einen Reum zum Tod verurtheilen kan / von welchem er gewiß weiß / daß er vnschuldig ist.

VII.

Was in Praxi zuhalten / wan die Hexische Person nicht bekennen will / auff welche doch viel gestorben sein / mit Bekäntnüß / daß sie etwan die Fürnemste vnd Königin vnter jhnen gewesen sey.

VIII.

Wie sich der Richter verhalten soll / wann der Reus, so bekant hat / wi-

der abfält ante sententiam, vnnd revociret.

IX.

Wie der Richter sicher procedieren kann / wann der Reus nach dem Sentenz revociret.

X.

Ob die Beichtväter vnd Seelsorger/ vor der Bekäntnüß zu den Gefangenen können zugelassen werden.

XI.

Ob man den Gefangenen gestatten soll / daß sie im Kercker beichten vnd Communiciren/ ehe sie bekent haben / wann sie kranck seyn.

XII.

Ob man die Hexen vnd Vnholdten verbrennen soll.

XIII.

Ob man sie begraben sol/wann sie im Kercker gestorben seyn.

Ob

XIV.

Ob man die Justificirte Person / mit mehrer infamation bey offentlichem Gericht nennen kan.

XV.

Ob man ein Reum, welcher im Kercker gestorben ist / wegen der Zauberey/offentlich condemniren/oder auch verbrennen / vnd jhr Haab vnd Gut confisciren soll.

INDEX DECISIONUM MAGICARUM.

QUÆSTIO PRIMA.

An proba aquæ frigidæ die Wasserprob/ *qua veneficis explorandis quibusdã in locis judices utuntur, sit licita & legitima.*

II.

An Sagæ seu Lamiæ, quæ nec hominibus nec animantibus segetibus vè nocuerint, ignis pœnâ puniendæ sint.

III.

An Sagæ seu Lamiæ realiter & verè pactum cum Dæmone ineant, ac Venerem exerceant.

IV.

An nocturni Lamiarum seu Veneficarum conventus, reales ac veri sint, seu potius imaginarij ac illusorij.

V.

An Sagæ quoad delationem ad nocturnos

con-

conventus, deludantur sæpius; an verò rarius? & quis sit effectus hujus ac præcedentis quæstionis.

VI.

De vero intellectu Can. Episcopi. 26. q. 5. & an ex eo probari possit, sæpius quo ad corporalem delationẽ deludi Sagas.

VII.

An unius Sagæ denunciatio, absq; indiciis aliis, sufficiat ad torquendam personam denunciatam.

VIII.

An plurium Complicum nominationes sufficere poßint ad condemnationem.

IX.

An plurium Sagarum nominationes sufficiant ad torturam.

X.

An judex ob plurium Sagarum denunciationes eam personam quæ alioquin ante ejusmodi denunciationes probæ

& integræ famæ fuit torturæ subjicere possit.

XI.

De fama an & qualiter indicium faciat in crimine Veneficij? ubi practica articulandi subjicitur.

XII.

Quæ & qualia indicia in crimine veneficij sufficere poßint vel ad capturam vel ad torturam? ubi explicatur art. 6. cum aliquot sequentibus P. H. O.

XIII.

Quale indicium inde oriatur si quis ad veneficii crimen sibi subjectum, non se defendat? ubi practica articulandi subjicitur.

XIV.

An indicium præbeat, quod in articulo mortis quis confessus & desuper defunctus sit, aliquam mulierem maleficam seu veneficam esse? ubi practica articulandi subjicitur.

XV.

Practica formandi interrogatoria specia-

lia

lia super frequentioribus quibusdam indiciis in crimine veneficij occurrentibus. XVI.

Quæ sint crimina excepta: & cur ita dicantur.

XVII.

Qua pœna afficienda puella novem vel decem annorum quæ veneficiū â matre vel ab alia fuit edocta.

XVIII.

An & quatenus testes singulares in crimine veneficii admittantur, & quæ sit singularitas testium, & quæ non.

XIX.

An mulieres poßint esse testes in causis criminalibus & quatenus in crimine veneficij ad torturam probent.

XX.

An Iudex promptior & facilior debeat esse ad torturam in criminibus atrocioribus & occultis.

CON.

CONDEMNATORIA ſententia in judices, à piis Orthodoxisq; Imperatoribus *Leone & Alexandro* pronunciata.

EXiſtimo equidem eorum neminem, qui judiciario fungitur munere, eo unquam ſtuporis aut inſcitiæ proruptu-rum, ut aliter, quam ex præſcripto legum judicium ſententiam-ve ferre audeat. Quod ſi quis in tantam evaſerit dementiam, Reus peractus, eas dependeat pœnas, quæ legibus ſunt irrogatæ. (l. fin. C. de pœn. judic. c. 1. de ſent. & re judic. in 6. Nov jusjurandum. quod præſt. ſub fin. col. 2.) *ſin forte nos effugerit, pervigilem tamen, atque inſomnem oculum, cui nihil non quantumlibet occultũ ſit, patere poterit. Tametſi id ipſum impreca-*

precationibus quoque, dirisq; execrationibus stabilire ac firm?re, non absre alienum censuimus: inveniat itaque iste & Deum, & cælestes omnes, atq; incorporeas potestates sibi nunquam non *adversantes: immaturè ex hac vita excidat potius, quam excedat: incommodis insuper afficiatur perpetuis: ipsius ædium fundamenta ignis tandem devoret, & posteritas eo redigatur inopiæ, ut panem ostiatim quæritet. Atque hæc jure sane optimo, propterea quod leges, quas libertimas esse oportuit, servas quodammodo atque captivas effecit, fictorum pravorumque Judiciorum.*

EXODI. CAP. XXII.
VERS. XVIII.

Maleficum non sines vivere.

PVBLI-

PVBLIVS MIMVS.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.

SALLVST. IN IVGVRTHA.

Ne ignoſcendo malis, bonos perditum eatis.

HORAT.

———Immedicabile vulnus,
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

PRÆLO.

PRÆLOQVIVM oder Erjnnerung.

ES seind zween Wege in vnserm vielgeliebten Teutschlande in Pœnal- vnd Malefitzsachē zuuerfahren: Una per extraordinariam; *altera*, per ordinariam: Von jenem Wege disponirt *Constit. crim. art. 6. sub Rubrica*, Annehmen der angegebenen Vbelthätere von der Obrigkeit vnd Amptswegen / ꝛc. Aber von dem andern Wege saget daselbsten der *art.* 11. *Rubrica est*, von Annehmen eines angegebenen Vbelthäters / so der Kläger Recht begehret / ꝛc. von beyden sämptlich *artic. 46. in verb.* wann man den Gefangenen peinlich fragen will / von Amptswegen

oder auff Ansuchen des Klägers/ ꝛc. ubi notãda ſunt verba, **von Ampts wegen**; nihil aliud denotantia, quã inquiſitionem ſive generalem, ſive ſpecialem, officio magiſtratus, quę plerunq; tãen ad ordinariã juris viã revoluitur: quoties n. qs nõ à futuro: accuſatore defertur, ſed cõtra facinoroſos ex officio inquiritur; toties extraordinario inquiſitionis modo res agi dicitur: & exinde *aut planè extra ordinem* cõtra Reos proceditur, vel *jure privilegiorum, & cõſuetudinis locorum*, vel *ex naturâ ipſorum criminum exceptorũ*, veluti Magiæ, hæreſis, læſæ Majeſtatis &c. *aut ad ordinarium proceſſum reditur*, aſſũpto legitimo judiciorum ordine.

78:.

Hoc innuit conſtitutio criminalis ſub Rubrica, **von einem gemeinen Bericht/ ꝛc.** ubi ab *art.* 181. usq;

N

usq; ad *art*. 188. de processu per accusatioẽm instituto tractat, ab initio ordinario: verum *d. artic*. 188 & *seq*. ejus processus meminit, qui ex officio magistratus principium habet ab inquisitione nullo actore, sive accusatore Reum deferente, ubi ipsâ quidem inquisitio processum ab executione capturæ inchoat, sed tamen progressu suo Magistratus, rerum fiscalium administratorem accusatorem constituit jure fisci, **den Land Fiscalen / Alß Ampts Anklägern.** Atquè hæc est, quam constituere volui, extrà ordinariæ, & ordinariæ viæ differentiâ, quæ probè notanda:

Quamvis igitur frequenter Magistratus ex officio inquirat, Reũque suspectum capiat, atq; ita extrà ordinem ab initio procedere dicatur;

 tur;

tur; attamen constituto posteâ accusatore, ordinem juris & constitutionum criminalium præscripta, servare tenetur. Quomodo sequitur daß der ordinarius rerum criminalium processus, welcher sonstē in gemeinē brauch vnd vbunge ist / dupliciter instituiret werde / entweder durch die Obrigkeit / præviâ inquisitione procedendo ad capturā vñ darauff vermittels eines Fiscals Außgeführet / oder aber durch privat Personen / Alß peinliche Anklägere angestellet vnd geendiget. Extra ordinem vero verfahren in Criminalsachen vel certi quidam Magistratus, welche hierüber sonderliche Freyheiten / auch Königliche vnd Keyserliche Privilegien / oder Begnadigungen haben / wie gemeiniglichen bey vornehmen Erb-

frey

Frey- vnd Reichsstäten also herkommen / oder ex concessione imperatoria **im Gebrauch gehalten wird**: vel Magistratus omnes, veluti in criminibus exceptis, præsertim veneficii, crimine, ut ita loquar, exceptissimo, ob ipsam scilicet ejus enormitatem, pernitiem & obscuritatem; **Dahero vnd insonderheit solchem Laster einer jedē Christlichen Obrigkeit / so viel Menschlich vnd möglichen / zusteuwren / vnd durch gebürende Mitel abzuwehren geziemet** / per ea quæ habentur *in l.* 3. *verb.* curet is qui provinciæ præest, malis hominib. provinciam purgari. & *l.* 13. *ff. de off. præsid.*

Quod vero in criminibus exceptis planè extra ordinem, hoc est ordine juris cômmunis non serva-

to Magistratibus omnibus procedere liceat, ea communis est *Criminalistarum* sententia, de qua Menoch. *de arbit. quæst.* 84. *n.* 9. Masc. *concl.* 1385. *n.* 13. Clarus *in* §. 1. *antè n.* 10 *&* 11. Grammat. *decis.* 36. *n.* 2. *&* 3 Roland. *cons.* 7. *n.* 5. *&* *lib.* 1. Capric. *decis.* 31. Vide quos alios citavimus infra *in decisione quæstionis* 16. & huc confer quæ ibidem dixim⁹. Est nihilominus hæc sententia cũ grano salis accipienda et sic explicanda, daß solches nicht dahin zuverstehen / daß ein jede Obrigkeit jhres gefallens vñ d Willens gegen den armen Gefangenen handeln solle / Sondern daß gleichwol extrà ordinem, sive non servato juris ordine, die Missethaten erkündiget darüber erkant vnd geurtheilet werden möge / secundum tamẽ

leges

leges & jura, das ist / nicht ex propriâ conſcientiâ & affectu, ſondern nach Außweiſunge der Rechten vñ deren bewehrten Lehrer / atq; hoc eſt procedere absq; juris ordine ſecundum leges. Unde quamvis jura diſpenſent *circâ nonnulla jure ordinario & poſitivo requiſita in procedendo, & circâ perſonas teſtium*, ſicuti dicemus infrà in deciſionibus quęſtionum, *q.* 8. *q.* 16. & *q.* 18. ſed tamen id non nimis producendum, equidem ita ut quoq; V. G. absq; legitimis indiciis pręcedentibus aliquis torqueatur, quod nec ulla jura, nec æquitas permittunt, e leg. Farin. *quæſtion. crimin.* 37 *n.* 90. vel etiam teſtibus injuratis credatur, welches nicht allein ein ſehr gefehrlicher Handel/ſondern auch ein widerrechtlicher Mißbrauch were/ge-

gen jemand mit peinlicher Fragen zuverfahren/unbeendiget der abgehörten Gezeugen / Et quis enim inficiabitur, in causis pœnalibus non audiri nisi testes juratos, cum Pontifex *in cap. nuper nobis, de testib.* testi injurato, mandet, ne adhibeatur fides, quantũcũq; religioso in præjudicium alterius, adde *l. jurisjurandi.* 8. *C. de testib.* ubi Imperator Constantinus rescripsit his verbis, jurisjurandi religione testes prius, quàm perhibeant testimonium, jamdudum arctari præcepimus. Gail. *lib.* 1. *obs.* 101. *n.* 1.

Quare hoc diligenter observandum, Dahero/ ob wol eine Obrigkeit und Richter/in dem er auff dieses Zauberey Laster inquirirt, nicht schuldig ist den alten Juridischen Proceß in allem zuhalten/so ist er

ist er doch verpflichtet / solche Maß vnd Ordnung anzustellen / vnd zuhaben / welche dem Göttlichen vnd Natürlichen Rechten gemeß ist: Vnd dann auch denselbigen Proceß / welcher in aliis criminibus exceptis, oder privilegirten Lastern / so wol von gemeinen alß particularen vnd besondern Ländern Rechte vorgeschrieben werden / mit fleiß zu observiren vnd zubehalten / damit nicht etwan im Fall er diese Ordnung vmbstossen / oder vberschreytten würde / seine Acta vnd Rechtsprechung hernacher alß vngültig vnd nicht erkläret vnd niedergeleget werden.

Atq; hoc est, quod monuit ac voluit Delrio *lib.* 5. *disquis. Magic. sect.* 1. *in fine.* ubi ita respondet, non arctari in hoc crimine judicem ad

priſcas ſolennitates, neque ad ordinem illum publicorum judiciorum antiquum, quem exoleviſſe ſcribit Paulus JC. *in l. 8. de public. judic.* ſed tamen teneri ſequi eum ordinem juris, qui æquitati naturæ conſentaneus eſt; eum præterea, quem in criminibus privilegiatis ſive exceptis, jura communia & particularia locorum præſcribunt: quem qui turbet aut negligat ejus judicialia acta nulla forent. *l. 16. C. de pœnis.* **Jedoch erfordert gleichwol auch dieſes laſter alß** crimē exceptiſſimum **vor andern etwas beſonders/ bey welchem zu procedirē/ wie ſich ein getrewer Richter zuverhalten habe/ kan er auß gegenwertigem Tractat klårlich abnehmen vnd verſtehen.**

NECES-

NECESSARIA ALIQUOT MONITA.

ANtequàm verò ad rem ipſam accedamus, de quibuſdam veluti principiis & judici ante inchoandam inquiſitionem ſpecialem & capturam, apprimè obſervandis, admonebo. *Primum eſt:* habeat inquiſitor & judex ſéper ob oculos præceptum illud Chriſti apud Matthæum 13. *v.* 29. ubi ſervis ad eradicanda Zizania ſuam operam intempeſtivè quaſi obtrudentibus: *vis imus & colligimus ea,* reſpondet paterfamilias: *non: ne forte colligentes Zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite utraq; creſcere usque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus: colligite primum Zizania, & alligate in faſciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.* Ubi generalis regula præſcribitur omnibus Magiſtratibus, ut ſi quod crimen puniri & extirpari non poſſit, non ſolum absq; certa pernicie, ſed etiam morali periculo innocentum (quod nempe ſignificatur per particulam *Forte*) abſtinendum potius ſit ab ejus criminis punitione, idq; divinæ

vinæ vindictæ in extremo judicio relinquendum, quàm ut intẽpestivo ac pernicioso zelo innocentes simul cum nocentibus perimantur, sicuti optimè & piè admonuit Judices Tannerus *in processu adversus veneficas q.*1,*n.*6. Quare ad inquisitionẽ ac processũ contrà sagas instituendũ faciles non sint, cujus finẽ posteà difficulter invenire poterunt: extrema igitur, si non urgeat necessitas, præstat habere manum de tabula; idq; maximè quia videmus hodiè inchoato semel ejusmodi processu, adeo numerum puniendorum multiplicari, ut nullus propemodum sit finis ac numerus eorũdem.

Alterum est: Habeat similiter Inquisitor & judex semper ob oculos sententiã æquissimi judicis Dei, qui ipsi etiam *Sodomæ* integræ civitati, quamvis gravissimo ac infando scelere infectæ, se parsurum esse spopondit, non solum si ex toto numero, inter homines adultos, quinquaginta, vel quadraginta, vel triginta, vel viginti, sed etiam si vel ex omni numero decem justi fuissent inventi, ipso Abrahamo ita pro salute populi Deo sup-

supplicante; *Genesis* 18. *v.* 25. Absit à te, ut rem hanc facias, & occidas justum cũ impio, fiatq; justus sicut impius: non est hoc tuum, qui judicas omnem terram: nequaquam facies judicium hoc. Quare maximè cavendum, ne sit incircumspectus ac nimis rigidus Judicum processus, ac ideò si ipsi viderint in isto processu inter decẽ aut etiam viginti nocentes, vel unam simul personam innocentem ejusdem pœnæ infamiæq; communione esse involuendam, tunc ab ejusmodi processu, ipsaque adeo etiam, si aliter fieri non possit, punitione ac inquisitione ipsarum etiam nocentum, vel planè abstineant, vel quod tutius eundẽ inchoatum citissimè finiant, idque ob gravissima incommoda & pericula, quæ processu ejusmodi diu, & per aliquot annos continuato, toti communitati imminent, neque enim aliter fieri poterit, quin ita simul innocentes cum nocentibus, eodem supplicio, quasi generali quodam incendio aut diluvio omnes involuantur. Quomodo, quod dolendum, videmus hodiè in aliquibus locis, per

Vel plane abstinendum, vel citius finiendum.

per ejusmodi processum incircumspectè continuatum propemodum feminas omnes absumptas esse: Unde probrum quasi quoddã ac dedecus ipsius Catholicæ religionis oritur.

Tertium est: Cum Judicibus in omnibus criminibus puniendis circumspectè, tum maximè in causa strigum & Sagarum ita procedendum est, ut ne ex eo processu, secundum prudens judicium, morale & frequens creetur periculum ipsis etiam innocentibus, quod in diuturno ac pluribus sæpè annis continuato processu eveniet facilè; Quoniam n. ex communi & veriore sententiâ, nominationibus complicum in hoc crimine necessariò aliquid credendum est, de quo infrà in decisione quæstionum dicemus pluribus, hinc si vel denuntiationes ejusmodi illegitimè ac per Judicis imprudentiam aut intempestivum Zelum, per gravissima tormenta extorqueantur, vel etiam nimium & indifferenter, citraque probabilem *causam scientiæ* adjectam deferatur istis denunciationibus, fieri non potest, quin si processus

ejus-

ejusmodi continuetur, tanta sequatur multitudo Sagarum, quæ quotidiè in tribunalibus per torturas ad denuntiandum denuò adigantur, ut vix præter paucas fœminas in aliquo loco ejusmodi denuntiationibus non absumtas, aliæ supersint, atque ita talis modus procedendi non parum Catholicæ Religionis nomini & existimationi obest. Hoc tamen de nominatione dictum, non sic accipi volo, quasi malum istud ex illâ oriatur, sed ex imprudentiâ potius aut temerario Judicum imperitorum Zelo. Omninò igitur & sedulò attendendum, quibus Nominationes complicum vestiantur circumstantiis, quam habeant scientiæ causam adjunctam, & numne alia indicia hisce adminiculentur, quæ ut plurimum & propemodum omni casu concurrere solent. Sed dicemus de Nominatione ejusque fide infrà pluribus.

Quartum est: Non statim præsument Judices, eos, qui Magiæ seu veneficii nomine capiuntur, ordinariè esse, aut habendos esse, velut de crimine jam sufficienter convictos; quin magis & jure &

facto

facto exiſtimandum, fieri poſſe ut revera ſint innocentes. Ex quo ſequitur, iiſdem quamvis jam captis, locum & facultatem eſſe concedendum, quo ſe ab objectis & impoſitis criminibus purgare atque ita in libertatem reſtituere poſſint. Non itaque ſtatim ac quiſque captus fuit, incontinenti ad torturam debet rapi, ſed cogitandi ac deliberandi aliquod ſpacium dari, ſiquidem jus naturale exigit, ut cuiq; integra ſit ſui defenſio. Quomodo verò in illa ſumma animi conſternatione & terrore, qui ex tam repentina & miſera honeſti ſtatus dejectione neceſſariò concipitur, integra conſtet ſui defendendi facultas? Poſſunt quidem Rei ſtatim ac capti ſunt, etiam priuſquam ad carcerem ducantur, à judice examinari, ſuadente Valent. *diſp. 6. quæſt. 13. punct.* 4. §. 4. quod ipſum tamen non ſatis expeditum putaverim ſiquidem etiam innocens quidam, ex concepta animi perturbatione, facilè aliquo præjudicio, corde titubante ac lingua vacillãte, ſe onerare, ob quod difficillimam ſibi redderet deinceps ſui defendendi facultatem.

Jus naturale requirit sui Defensionem

Quin-

Quintum est: quod hinc consequitur: Ergò necessariò etiam in causa veneficii dandam esse Reo copiam indiciorum, & concedendum esse Advocatum qui defendat: Et quamvis alii in criminibus exceptis sufficere velint indicia Reo proponi, eumq; incontinenti cum suis defensionibus audiri, hancq; praxin quibusdam locis receptam approbet Delrius *loc. cit. q.* 37. nihilominus *Patavini Doctores* oppositum consuluerunt: & communi jure statutum est, ut reis detur indiciorum copia: idq; etiam in crimine *læsæ Majestatis*, aliisq; atrocioribus, ut cõmunis habet Dd. sententia, apud Clar. *q.* 49. Farin. *q.* 39. *n.* 41. & Lessiũ *de Iustit. lib.* 2 *c.* 30. *n.* 39. adeò ut Joan. Mõticel. *reg. crim.* 4. *n.* 3. affirmet, nullibi in jure contrariũ reperiri. Certè si Reis concedendus est Advocatus, ut ipse Delrius *d. lib.* 5. *in app.* 2. *q.* 38. asserit, non video, quomodo copia indiciorum Reo denegari possit. Et quamvis à quibusdam Doctoribus probetur, ne in hoc crimine Reis dentur Advocati, eaq; opinio prima facie aliquid probabilitatis habere videatur;

C eam

Reis copiam esse dandam indicior(um) / Et concedendum advocatum
Etiam in crimine laesae maiestatis

eam tamèn revera non eſſe ſecuram, dicit Delrio *d. q.* 38. ac proindè omnino tenendum, etiam in exceptis criminib. non poſſe denegari Reis Advocatum. Quam ſententiam, *inquit Delrio*, unanimiter tenuerunt in ſuis conſiliis Doctores *Ingolſtadienſes* anno 1590. & turſus anno 1601. *Friburgenſes*, *Patavini*, & *Bononienſes:* & eſt recepta praxi Inquiſitorum in hæreſi, cui noſtrum crimen exæquatur, & communi Doctorum calculo approbata, ſpeciatim Sprengeri *part.* 3. *mallei Maleficarum*, Clari §. *hæreſis numer.* 17. Boſſii, *de indic. contra tortur. n.* 78. *in fine*. Atq; hujus ſententiæ hæc poteſt dari ratio. Eſt enim juris naturalis, ut nemini, etiam in judicio, juſta ſui negetur defenſio; adeoq; ut qui per ſe nequit, poſſit ſe per alium defendere: at verò mulieres pro ſagis denuntiatæ plerunque ſunt rudes, illiteratæ, ſimplices, timidæ, nec ſe norunt defendere: Ergo debent per alium defendi; alioqui illis indirectè tolletur defenſio, quæ nulli tollenda. Idem etiam conforme eſt juri communi, *l. ſi non defendantur. ff. de pœnis*, & Conſtitutioni Carolinæ *art.* 14. ubi vetatur, ne ad

carcerem aditus iis præcludatur; quorũ opera ad defensionẽ suã rei uti cupiũt: & expressius *art.* 47 ubi ratio simul additur; *quoniam alij ex simplicitate, alii ex terrore nequeãt suas defensiones proponere.* Neq; verò in iis, quæ sunt juris naturalis, ullũ est discrimẽ *exceptorũ, & nõ exceptorũ criminũ* & quamvis in crimine læsæ Majestatis divinæ & humanæ, itemq; in furibus insignibus & grassatoribus, seu latronibus viarum, *quando notorium est*, reum esse hæreticum, rebellẽ, seu cõspiratorem in Principem, assasinum, aut insignem furem vel latronem &c. communi jure negetur Advocatus, *juxta cap. finale de hæreticis, in 6.* & *legem. Quisquis. §. Deniq. C. ad legem juliam. & leg. per omnes. Cod. de defensione civitatum*; tamen antequam constet, reũ esse talem, Advocatus conceditur, ut ex communi sententia, & ipsa praxi docet Julius Clarus. *d. §. hæresis, num.* 16. Farinacius *qu.* 39. *n.* 109. & 167. Confer quæ dicã infrà *ad tit. seq.* 3. Tandẽ *sextò* sedulò monẽdi sũt Inquisitores & judices, ne dũ adversus Sagas procedunt ac inquirunt hoc axioma quasi indubitatum præ ocu-

lis habeant *Deũ nõ permissurũ, ut in processu adversus striges inchoato, innocentes damnati pereant*; & exindè in criminibus exceptis sibi concessâ arbitrandi licentiâ abutãtur. Equidem etiam cum Binsfeldio *tract. de conf. malefic. membr. 2. post conclus.* 7. ait Delrius *lib. 5. disquisit. in append. 2. q. 1.* Vix unquam permissum reperias, innocentes nominari. Quod si nominati, mox eorum innocentia, DEO sic disponente, palam fit; verum tamen hoc non nimis generatim, sed restringendum & intelligendum est nempe si processus legitimè ac debito modo instituatur: cæterum si processus ejusmodi minus cautè & circumspectè peragatur, nõ

NB: immeritò timendum ne quandoq; innocentes cum nocentibus pereant, hoc ipso enim quo processus illegitimus institutuitur, morale periculum innocentum continet, legitimus vero procedendi modus per se ac sua natura cum periculo innocentum non ita moraliter conjunctus est quamvis etiam in legitimo processu aliquando contingere possit, etsi rarius ut condemnetur innocens,

veluti

veluti secundum allegata & probata de quo dicemus infra *tit.* 6. quod igitur ut omni casu & studio præcaveatur, inservient ea quæ in titulis subsequentibus ad legitimum processum formandum subjiciemus.

TITULUS PRIMUS.

Wes sich der Inquisitor oder Richter / Er sey Geistlich oder Weltlich / bey der specialischen Inquisition / so er gegen ein Zauberische Person vornehmen will / zuverhalten habe.

DAmit der verständige Richter mit guter manier vnd ordentlichen Rechten procedire vnd handle / vnd nicht jederman / darumb allein / weil einer von bösen vnd verlognen Leuten etwan dieser Vbelthat halber ist berüchtiget worden / zur Gefengnuß bringe; ehe dann er wider solche beklagte Zauberische

sche Person was vorneh me/ vnd inquirire/
A † ist vonnöten/dz er folgende Puncta fleissig in acht neme/ vnd sich wie es die vernunfft vnd Billigkeit erfordert/ in allem verhalte.

I. Erstlich ehe vnd bevor die specialische Inquisition, vnd Captur vorgenommen wird/ muß solche Person/ auff welche man inquiriret/ nit allein eines bösen Ge-
B rüchts seyn/ † Sondern muß auch durch denũciationes vnd Bekentnissen der mitgespielen (ohn welche dieses Laster gar nicht/
N oder gar selten begangen wird) neben andern gnugsamen indiciis der Obrigkeit bekant gemacht seyn:

II. Derohalben ist wol zu vermercken daß ein gemein Geschrey allein/ so vber ein Person ergeht/ zur Probation nicht gnugsam sey: Dann ein Wort/so einer von dem andern geredt hat/ wird von dem gemeinen Pöffel/der solches bald glaubet/ leichtlich
C auffgefangen/ † Sondern dieses Geschrey ist etwan ein indicium begangenes Lasters/ vnd kan Anleitung vnd Vrsach geben vber beklagte Person/ ein information wegen
N dieses Lasters/ von den Klägern anzunehmen

men / daß man aber den Beklagten / oder Beschreyten citiren kann / werden grösser indicia erfordert. † D

III. Es können aber neben den bösen Gerücht noch andere Indicia vnd Zeichen begangenes Lasters genommen werden / alß da seindt die denuntiatio oder Bekentniß der Mitgespielen: oder da auch dieses Laster vnbedachtsamer weise etwan von einem Beampten / oder sonsten einer vnverdächtlicher vnd namhaffter Person (ob es gleich nicht ohne Sünd / vnd durch Nachred geschehe) erzehlet würde / so mögen alßdann die inquisitores (sonderlich / wann man des gemeinen Nutzes wegen / vnd in criminibus exceptis inquirirt) darmit solches grobe Laster in der Gemeind mit künfftigem besorgten Schaden nicht vngestrafft bleibe / mit grösserer Sicherheit die Sach vor die Hand nehmen. † E

IV. Es wird einem verständigen Richter von dem Rechten erlaubet / in dem man auff das Zauberey Laster / nicht allein wegen grösserer Ehren Gottes vnd der Beschuldigten Seelen Nutzen selbsten; Sondern auch des gemeinen Nutzen wegen in-

quirirt: im Fall sich keine Ankläger einer verdechtigen Person angeben / daß er dennoch kan auff solche specialem inquisitionem informationes einnehmen / vnd procediren / wann sie wegen dieses lasters infamiret vnd beruchtiget ist. Jedoch sol solches gemein Gerücht nicht gering seyn / sondern wie es bey Recht genandt wird: Clamorosa populi insinuatio, ein öffentliches Geschrey oder Berüchtigung des gemeinen Pöpffels. In solchem Fall dann der Richter durch einen geschwornen Notarium / wegen solches Geschreys vnd Infamation der Person / gründlichen Bericht einnehmen / vnd erfahren / von welchen leuten solches Geschrey herrühret: Dann im Fall solcher Nahme vnd Gerücht von bösen nichtswürdigen leuten herkäm / wehre
F nichts darauff zugeben. † Wo aber das Geschrey durch Zeugen rechtmässig probiret würde / hat der Richter billiche Vrsach weiter zu inquiriren. † Wie wol das böse geschrey / ob es schon recht probiret ist / allein ohn ander indicia zur Tortur noch nicht
G
H gnugsamb ist. † Warumb aber ein Richter dieses durch einen Notarium verrichten sol /

sol/werden etliche Vrsachen gegeben: Erstlich / weilen von den Rechten den Richtern verbotten wird/ daß sie durch sich selbsten/ auff einige Person information einnehmen oder procediren / ob sie es schon mit Augen gesehen / vnd in der that selbsten ergriffen haben. † Zum andern / weil dieses I
die Billigkeit erfordert / daß neben dem Richter zwo Parteyen für Gericht kommen/ welche eine für den Beklagten / die ander wider jhn steht. Auch kan keiner zugleich Richter vnd Ankläger seyn. † K

V. Es machen sich auch dieselbige verdächtig /vnd geben genugsame Vrsach zur Inquisition, welche/ehe dann etwan bey Recht jhrer gedacht ist worden/ sich selbsten verrahten / jhre Haußstätt vnnd Wonungen verlassen/vnd sich flüchtig machen. † L

VI. Etlich Scribenten achten das böse Gerücht so hoch / daß sie nicht gestatten wollen / daß man auff einen inquiriren kan oder sol / er sey dann deß Lasters wegen infamirt vnd sehr berüchtigt/ob schon andere rechtmässige indicia vnd Bekantnussen auff jhn ergangen seind. † Wird aber in M
Gerichtsstätten nicht gehalten/ vnd durch

N contrariã consuetudinẽ vmbgestossen. †
Im Fall es sich zu tragen würde / daß man auff eines höhern Standts Person inquiriren soll / müssen als dann die indicia vnd vermutungen desto völliger vnd grösser seyn. Dann wie viel würdiger ein solche Person ist / so viel wichtiger vnd gewissere probationes vnd Beweiß müssẽ
O eingegeben werden. † Jedoch werden in gemein auch geringere indicia vnd Zeichen desto bälter in etlichen Lastern bey Recht angenommen / je schädlicher solche dem gemeinen Stand seind / sonderlich / wann man sich noch grössers Schadens ins künfftig von solchem zubefahren hat. Als da seind Zauberey / Ketzerey / Verrätherey/
P so excepta, † Vnnd bey Rechtlichen Processen außgenommen werden: So dann besagter Casus sich zutrüge / daß man auff ein Person Höhers Standts zu inquiriren gedacht wehre / muß man beyde Theil/ Dignität vnnd Laster gegen einander stellen / vnnd hochfleissig mit reifflichem Nachsinnen erwegen / ob man gegen solche Person / in solchem Laster / gnugsame indicia vnd Vrsach hab rechtlich
Q zuverfahren. †

NO-

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. I.

INquirere nihil aliud eſt, quam informationes ſuper delicto ſumere. teſte Claro *in pract. q. 3. verſ. & adverte. & qu. 11. in prin.* hinc inquiſitionem definit Farin. *lib. 1. de inquiſit. tit. 1. q. 1. n. 3.* quod ſit delicti informatio judicis officio & auctoritate facta: ea verò eſt vel *generalis*, quando judex in genere quærit quis ſit delicti commiſſi auctor vel ſocius; vel *ſpecialis*, quando inquirit in perſonam certam, de cujus delicto certior factus fuit per accuſationem, vel per denunciationem vel alium modum. Eleganter hanc materiam proſequitur Farin. *d. quaſt. 1. n. 4. & ſeqq.* ubi ut valida ſit inquiſitio ſpecialis plurima requiſita ordine & ad longum recenſet, quæ in ſummam contraxit Delrio. *lib. 5. dis quis. ſect. 2. per tot.* ad quos lectorem remitto, neq; enim hoc pluribus explicare operę precium eſt: Competit vero & judici Eccleſiaſtico & ſeculari de crimine Magiæ inquiſitio & cognitio, cum ſit hoc crimen Mixti Fori. Delrio *lib. 5. ſect. 2.* A

verſ.

vers. sexto requiritur. Paul. Chirland. *de sortileg. q. 11. n. 4. in fin.* confer Aen. Robert. *rerum judicat. lib. 1. c. 6.* ubi habet pulchra. Dissentit Ponzinib. *de lamiis n. 2. & 7. post. med.* Bodin. *de doemon. lib. 4. c. 1. antè med.* qui hanc cognitionem
B ad secularem spectare asserunt.

Eleganter vide *c. inquisitionis. c. qualiter & quando. extra. de accusationib.* ibi: *ad hæc respondemus non esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit, contra eum inquirendum*: & ibi: *sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitativa monitio & inquisitionem clamosa insinuatio prævenire.* Vide latè Farin. *de inquisit. lib. 1. tit. 1. q. 9. per totam.* ubi ponit regulam, diffamationem præcedere debere, sive judex inquirere velit ad partis querelam & accusationem, sive etiam ex officio, debet autem illa fama esse vehemens & à clamosa insinuatione procedens, sępius ad aures judicis deveniens, & quæ ortum habeat non quidem à malevolis & maledicis, sed à prouidis & honestis, uti eleganter ait Pontifex *in d.*

cap.

cap. qualiter & quando. in prin. Farinac. *d. q. 9. n. 5. & 6.* C

Dictum unius facilè ſequitur multitudo, ait Pontifex *in cap. cum in juuentute. 12. de probat. canon.* & noti verſus Virgilij

Fama malū, quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, viresq́ acquirit eundo,
Parua motu primo mox ſeſe tollit ad auras
Ingrediturq́ ſolo, & caput inter nubila cōdit.

Confer Farin: *de indic. & tort. quaſt. 47. n. 7.* ubi in genere de Fama plurima dicta ex Auctoribus ſacris & prophanis refert, quæ tamen cum mica ſalis accipere & de Famâ incertâ ſeu rumore intelligere oportet. Vide infrà *in decis: quæſt:* 11. & Minſing. 5. *obs.* 46. *n.* 7. D

Sola Fama nullis alijs adminiculis ſuffulta non ſufficit ad capturā, q valde notandū, de quo tamen vide omnino quæ fuſius docemus infrà in deciſione *quæſtionis* 11. ſufficit verò ad inquirendum, quod idem adſtruit Delrio. *lib. 5. diſquiſ. ſect. 3. ubi §. ad aſſumendas.* ita inquit: *ad aſſumendas ex officio informationes ſuper delicto ſufficiunt indicia levia; ſed ad tranſmittendam reo inquiſitionem, ſive ad eum citandum*

dum pro delicto, necessaria sunt indicia gravia. Quoad capturam, si fiat tantū, ne reus fugiat; interea dum fit inquisitio, sufficiūt levia indicia: si verò fiat ut specialiter contrà eum procedatur, necessaria sunt gravia. Ita quidem Delrio, contra quem tamen existimaverim, etiam illo casu, si captura tantum fieri deberet, ne reus fugeret, necessaria esse indicia gravia, quæ judicis animum ad inquirendum permoveant, nimirum in crimine veneficii, ob quod quicunque suspectus fit ac capitur non sine perpetuâ notâ ac probro rurs⁹ dimitti poterit: & si aliàs, certè in hoc crimine, captura damnum fuerit irreparabile, quæ hoc casu existimationem hominis illæsam esse non patitur, eundem si non juris, saltem facti infamiâ aggravantem. Paul. de Castr. *in l. 4. §. condemnatum. de re judic.* Jod. Damhoud. *in Enchirid. rer. crim. in tit. de citat. reali. sive capt. n. 7.* Itaque Judici hæc *maxima* erit: omni & quocunque casu in crimine Magiæ ad capturam necessaria fore indicia gravia: quod vel unica confirmat hæc ratio, quod captis nimirum mulieribus maleficii delatis si-

quidem

quidem exinde nulla deprehendantur indicia ad torturam legitimè sufficiētia; ideoque carcer relaxetur: eædem non solum ad nocendum magis irritentur, ac ad graviora quævis animentur; instigante generis humani hoste Satanâ: Sed etiam reliquæ ejusdem farinæ criminisque consciæ Vetulæ, istiusmodi exemplo multò in dies ad veneficia propensiores, atque ad scelera perpetrāda tum securiores, tùm alacriores fiant; impunitatem malorum quasi præsagientes. Circumspectum igitur, & informatum prius esse judicem oportet, quā criminis suspectos vel incarceret, vel torqueat; cum in criminalibus & vitæ, & famæ periculum vertatur, Gand. *in tit. de præsumpt. & indic.* allegans *l. singuli. C. de probat. Auth. ut jud. sine quoq; suffrag. §. cogitatio. l. addictos. C. de appellat. l. ubi. C. de falsis. l.* 1. *ff. de requirend. Reis.* Hinc jure fit, ut Judices, & officiarii, homines indebito modo carceri mancipantes, Syndicatu teneantur; potissimum verò ad expensarum, damnorumquè refusionem, ac compensationem; sic tradit post alios

Mon-

Monticell. *in praxi crimin. reg.* 12. *de capt. rei*: si judex, *inquiens*, extra casus in jure expressos aliquem capi, & carcerari fecerit, tenebitur actione injuriarum, quæ injuria æstimabitur ipsius injuriati, cum taxatione judicis, iureiurando, se potius velle tantum perdidisse, quam passum fuisse illam iniuriam iniustæ carcerationis, per Thom. Ferrat. *in caut.* 14. Gl. & Bald. *in l. injuriarum. ff. de injuriis.* Socin. *cons.* 146. *vol. ult.* Item per constit. crim. *art.* 61. *in verb.* **peinlich eingebracht / mit Marter befraget** / &c. *ubi* § *final. subsequitur*, **Straff vnd Abtrag leyden: Vnd mögen darumben vor jhrem nechsten ordentlichen Obergericht gerechtfertiget werden.**

E Vide Menoc. *lib.* 1. *de præsumt. q.* 88. *n.* 21. *in fin.* Navarr. *rubr. de judic. n.* 87. Less. *lib.* 2. *dub.* 15. *n.* 125. Binsfeld. *de confess. malefic. concl.* 6. *dub.* 1. *& seqq.* & quæ dicam infrà in decisione *qq.* 7. 8. 9. *&* 10. ubi fusè ostendam, quatenus denuntiationes complicum ad inquisitionem, ad capturam & etiam ad torturam faciant inditium: Quod verò hic dicitur ob Famã contra aliquem inquiri posse, ac si ad il-

lam

lam denuntiatio unius complicis, aut officialium iustitiæ, sive aliorum qui rerum gestatum conscii sunt, relatio accedat, capturæ locum fieri, hoc intelligendum est de Fama quæ ante inquisitionẽ ortum habuerit & personis illis quæ ante ejusmodi denunciationes criminis hujus infamiâ laborarint: nã si quæ primum post denuntiationes sagarum factas, perversa loquacitate officialium aliisvè modis in publicum editas, infamia aspersæ fuerint, ut sanè fieri nonnunquã videmus, ea Fama denuntiationibus momentum addere nullum potest, ut pote ab ipsis denũtiationib. causata, cujus famæ proinde etiam in judicio ratio nulla habenda est: nihilominus ipsis denuntiationibus complicum, etiam contra personas alioqui bonæ & integræ famæ in hoc crimine naturâ suâ occulto ad effectum vel torturæ vel capturæ, suo modo creditur. Vide infra decisionem *dictæ quæstionis*. 10.

Vide quæ dixi *præcedente lit. b.* confer D. Thom. 2. *secunda. quæst.* 67. *a.* 3. *ad.* 2. Navarr. *rubr. de jud. n.* 82. Farinc. *d. q.* 9. F

per totam & quæ dixi infrà *in decis. quæst.* 11. adde etiam Simanc. *Cathol. instit. tit.* 55. *n.* 7. Minsinger. *cent.* 5. *obs.* 46. Cajetan. 22. *q.* 69. *a.* 1. ubi inquit: infamia vocatur non frequens vox dyscolorum, sed frequens vox talis, ut apud probos & providos viros reddatur persona de crimine rationabiliter suspecta. Ut itaq; Fama sit idonea pro indicio, debet esse solida, non levis, non vaga aut varia, aut decrescens, aut contraria, sed constans, crescens, & uniformis, ac eadem in toto populo. Quæ requisita tradit & explicat eleganter ac latè Farinac. *de judic. & tort. quæst.* 47. *n.* 163. *& multis seqq.* ubi etjam *num.* 161. docet, famam etiam legitimam esse, quæ originem traxerit à *mulieribus*, nimirum quando factum aut crimen amplius vel æquè fœminas tangit. V. G. de maleficio abortus, vel sterilitatis, vel infanticidio & similibus, atq; ideò in strigarum delictis potest fama originem ducere à fœminis æquè ac viris, cum hoc de crimine melius vel æquè perspectum sit fœminis, cum teste experientiâ plures fœminę quam viri cum

Diabo-

Diabolo paciſcantur & maleficia diſcãt, cujus rationem dant Binsfeld. *in rubric. Cod. de malefic. & mathemat. notab.* 8. Jacob. Simanca. *de Cathol. inſtitut.* 37. *n.* 3. Paul. Grilland. *tractac. de ſortilegiis. quæſt.* 7. *n.* 31. ad quos lectorem remitto.

Famam exactè probare quam necesſarium, tàm rarum eſt in judiciis; adeò ut *Grammaticus* Senator Neapolitanus ſcripſerit, ſe nunquam vidiſſe proceſsũ, in quo repererit famam publicam legitimè fuiſſe probatam, referente Farinacio *d. quæſt.* 47. *num.* 207. quod & *Iulius Clarus* & alii egregii partim Judices, partim Advocati aſſeruerunt. teſtante eodem Farin. *d. num.* 207.

Quare cum in noſtra materia, plerumq; contra ſagas & ſtriges ex famæ indicio procedatur, pergam eos juvare, quibus deeſt larga ſuppellex libraria, vel ocium ingentia illa volumina *Farinacii, Boſſii, Maſcardi* & aliorum percurrendi.

Ad famam requiritur probandam 1. ut teſtes ad minus ſint duo, nec ſufficit unus omni exceptione major: Sed ad minimum duo eſſe debent ſpectatæ, inte-

græ & optimæ opinionis & fidei : atque id ipsum, quod sint tales, articulandum & probandum esse *in processu*, juri communi magis consentaneum est, quando scilicet agitur *ad inquisitionem particularem vel torturam*, imò non benè faciunt judices, qui communiter hoc solent prætermittere, licet aliquos pro se habeant *Dd.* revera enim fundamenta istorum, quod unusquisq; præsumatur idoneus & omni exceptione major testis, in re tanti momenti, leviusculum est. V. eleg. Farinac. 4. *crim. q. n.* 201. *&* 211.

2. Requiritur, ut etiam non interrogati testes de fama, exprimant causas, indicia, & conjecturas, quibus orta est fama, nec sufficeret, quod dicant se audisse à multis, vel publice, vel ita esse publicam famam: nisi & causas, & illa alia adderent: quibus additis, sufficeret dicere se ita audisse publicè dici V. Minsing. 6. *observ.* 46. *n.* 2.

3. Requiritur, ut testis sciat saltem rudi Minerva describere (non enim opus est exacta definitione, quam vix Juristæ & Advocati possunt dare) quid

sit

ſit fama, de qua deponit: ſaltem ſic, ut appareat judici eum ſatis intelligere: quare reijci deberet, qui diceret ſe neſcire Clar. §. *fin. q.6.n.* 18, vel diceret eſſe id quod per plures perſonas dicitur, vel quod per iſtum vel illum dicitur, Maſcard. *de probat. conc.* 749. *n.* 36.

4. Requiritur, ut debeant exprimi auctores, â quibus fama eſt orta: & quidem probabilius eſt id obtinere, etiam ſi interrogati de hoc non forent: & quod nominati debeant eſſe alij, quam conteſtes: nec ſufficeret dicere, ſe audiviſſe â maiori parte populi, ſi poſteà diceret ſe non recordari, â quibus, nec ullos poſſet nominare: nam ſi aliquos nominaret, & diceret ſe reliquorum non tenere nomina, hoc ſufficeret: immò ſi fama foret orta ex probabilibus conjecturis & cauſis, hoc requiſitum ceſſaret. multis vide Farinac. *d. q.* 47. *n.* 228. *& ſeqq.*

5. Requiritur ut dicăt, ſe audiviſſe à majori populi parte, vel ita dici à majori populi parte (ſi addăt illius civitatis, vel etiă ſi id non addant, quia ſatis hoc intelligitur) à majori (inquam) parte populi id

publice dicentis, vel privatim: nec necesse est addi, & ita majorẽ populi partẽ sentire: sufficit ẽt si dicant, se audisse sic dici per totã civitatẽ: non sufficeret si dicant se audisse, à mille personis, vel à diversis personis, vel à multis personis, vel à plurib. & plurib. personis, quia nihil istorum signigficat majorem partem populi: Sed quid si dicant se ita *audivisse publicè dici.* vel ita esse publicam vocem, seu famam? tunc distinguendum: nam in criminalibus quando agitur duntaxat ad habendam semiplenam probationẽ (v.g. ad torturam) hoc sufficeret, quandò testes simul adducerẽt causas & conjecturas verisimiles, undè orta esset fama: in civilibus verò hoc non sufficeret: & sic conciliat Baldi & Bartoli contrarias opiniones. Prosper Farinacius insignis ICtus *d. q.* 47. *num.* 259. *cum seqq.*

Sextò Requirunt nonnulli, plures hos testes non esse singulares: sed verius est, hoc non requiri, & famam sive bonam sive malam posse probari per testes singulares, dummodo nõ sint contestes in specie famæ irrogatæ. Clar. §. *fin. d. q.* 6. *n.* 14.

7. Fa-

7. Fama probatur per decem teſtes, etiamſi non ſint uniformes, dummodo cauſas & auctores famæ benè exprimāt, & alias ſint teſtes habiles: tamen non ſufficient ad torturam, niſi concurrant alia adminicula de quò fuſe Farinac. *d. q.* 47. *n.* 265. *&* 304. apud quem videbis multa digniſſima obſervatu, & quæ præter dicta ad probationem famæ in ſpecie requirantur. Hæc tamen præcipuè referre volui, quoniam illuſtrant interrogatoria, quæ ſuper probandâ famâ publicê formavimus infrà *in decis. quæſt.* 11.

Si ad malam famam legitimè probatam accedant alia adminicula, ſufficiet ad torturam ſive ſit perſona vilis, ſive non, & ſive ſit delictum difficilis probationis ſive non: Clarus. *quæſt.* 21 *v. Fama ſola*. Farinac. *quæſt. crim.* 23. *n.* 22. *& quæſt.* 47. *n.* 205. Delrio. *lib.* 5. *ſect.* 3. *verſ. mala fama in genere*. Bertaz. *conſil.* 213. *n.* 3 *l.* 1. ubi ait quod non eſt dubium malam famam, junctam cum aliquo indicio facere indicium ad torturam: Ergo ſine alio indicio ſine dubio non ſufficit ad torquen-

torquendum. Menoch. *de præsumt. lib. 1. quæst. 89. n. 133. in fin.* Quocircà *Dd.* qui quoad personam vilem, & in delictis quæ sunt difficilis probationis, putant non requiri ad torturam alia indicia, præter famam malam, dummodo mala fama sit in eodem delicti genere, de quo quis inquiritur, sævi nimis sunt & adferunt non admodum consentanea juri: Quos eo nomine Farinacius. *d. quæst.* 47. *n.* 26. meritò reprehendit, & ideò nec in maleficij quidem crimine tametsi obscuro & difficilis probationis, putarim judicem absoluendum, qui hanc crudelitatem amplecteretur: cum Delrio. *d. lib.* 5. *sect.* 3. *vers. mala fama.*

I Arg. *Deut.* 17. Jul. Clar. *lib.* 5. *sent.* 5. § *fin. q.* 8. *n.* 5. Less. *l.* 2. *c.* 29. *dub.* 11. Couarr. 1. *var. resol. c.* 1. ubi docet non debere Judicem nec teneri sententiam dicere ex his quæ privatim cognoverit, sed ex his quæ ut judex ex processu perceperit: Fr. Aretin. *in pract. crim. p.* 1. *c.* 15.

K Per jura vulgata. *c. multi.* 2. *q.* 1. *L. un. C. ne quis in sua caus. jud.* Hinc apparet illegitimum procedendi modum esse si per

solos

solos officiales justitiæ, advocatum fisci oder den Landtfiscaln / inquisitio peragatur, quem tamen modum in locis vicinis cum innocentum periculo servatum fuisse scio.

De indicio Fugæ latè Farinac. *qu. crim.* 48. *per totam.* Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 819. *& lib.* 1. *concl.* 531. qui hanc constituunt regulam, quod fuga contrà fugientem gignit ordinariè suspicionem & præsumtionem non levem delicti cõmissi, non tamen sola, sine adminiculo alio facit semiplenam probationẽ: quare neq; sufficit sola ad torturam, quicquid multi in contrarium dixerint. Vide Farinac. & Mascard. *dd. locis.* Fugientem autem hic intelligo etiam illum qui occultè latitet in civitate aut loco ubi habitat, vel etiam fugerit per loca invia & insolita, puta per saltus aut nemora, quæ non sunt in transitu. Hæc tamen regula procedit in fugiente qui fugit ubi in genere intellexerit inquisitionem in crimine veneficii debere institui & ita antequam citatus fuerit aut ei porrecta accusatio, hoc enim casu apertè L

colligitur, quod fuga causatur ex propria criminis conscientia; unde si quis formatâ & institutâ contra se inquisitione seu porrectâ accusatione fugerit, magis ob timorem molestiarum & vexationũ, quæ ex incarceratione & accusatione proficiscuntur, & quos non omnes subire volunt, etiam quod innocentes sint, auffugisse videtur. Farinac. *d. quæst.* 48. *num.* 27. Mascard. *d. conclus.* 819. *num.* 13. adde Sà. *verb. judex de modo procedendi.* Jul. Clar *quæst.* 21. §. *fin. versic. fuga.* Delr. *d. libr.* 5. *sect.* 3. *versic. quintum est indicium.*

M Quia suprà *in* §. 1. *lit. b.* diximus, diffamationem seu famam inquisitione debere præcedere, hinc magna difficultas oritur, an semper necessarium sit Famam præcedere, etiam quãdo alia suppetunt indicia? De qua quæstione videbis Farinac. *quæst.* 9. *num.* 20. Delr. *d. lib.* 5. *sect.* 2. *versic. quintò requiritur diffamatio:* cum quibus existimarem sufficecere quoad inquirendum in crimine veneficii excepto; si vel nominatio reorũ, vel alia adsint indicia, quod & tradunt

Cla-

Clarus §. *fin. quæst.* 21. *num.* 5. Grammat. *consil.* 21. *num.* 7. Marsil. *consil.* 15. *num.* 5. & 6. & *consil.* 28. *n.* 16. quos laudat ac sequitur Delrio. *d. lib.* 5. *in append.* 2. *quæst.* 7. *conclus.* 1. sed si alia indicia sufficientia desunt, tunc diffamatio est necessaria, nimirum *in inquisitione speciali*, & si judex procedit ad partis querelam atq; accusationem: Quomodo Delrio. *d. sect.* 2. distinguendo inter inquisitionem specialem & generalem formatam ex mero judicis officio, contrarias sententias voluit conciliare, ut quoad illam, si desint alia indicia, opus sit diffamatione, quoad hanc verò non videri necessarium ut præcedat diffamatio: atque ita practicari solere testis est Clarus. *pract. crim. quæst.* 6. *vers. præterea scias.* & eleg. Farinac. *d. quæst.* 9. *num.* 18. ubi aliud esse dicit *in inquisitione speciali*, ea scilicet quæ fit contra aliquam certam personam ad quam nullatenus judex devenire potest, nisi fama præcedente; secus autem *in inquisitione generali*, quando scilicet judex informationes in genere assumit, quis

com-

commiſerit delictum, ad hanc enim generalem delicti informationum aſſumtionem, quæ nihil aliud eſt quam inquiſitio, judex etiam nulla præcedenre fama tutè devenire poterit; Ubi tamen alia indicia ſufficientia ad inquiſitionem ſpecialem adſunt, diffamatione, uti ex *Delrio* diximus, non eſt opus, præſertim in crimine veneficii quod quia occultiſſimum & Lamiarum maxima vafrities, rarius etiam diffamatio inquiſitionem aut denuntiationem præcedere ſolet.

N Et ergo licet de jure verũ non foret, quod jam dictum *præcedente lit. m.* attamen de conſuetudine & uſu judiciorum ſolennitas diffamationis ab aula receſſit, atteſtante Claro *d. q. 6. vers præterea ſcias.* ac quamvis Roland. *in conſil.* 57. *n.* 26. *vol* 4. dicat, quod licet teſtimonium *Clari* ſit magnum, tamen hoc caſu eſſe ſpernẽdũ, quia omnes Dd. tàm antiqui quã moderni cõcludunt, & exclamãt in inquiſitione famã debere præcedere, & totus mundus ſequitur, quod inquiſitio non præcedente diffamatione facta nulla & invalida ſit; optime tamen *Clarum* defendit

dit & explicat Farinacius *d. quæſt. 9. n. 21.* nimirũ Clarum hoc velle & dicere, quod in modo & in practica, qua hodie utuntur Judices in inquirendo, Fama nõ præcedit; quia commiſſo delicto non incipiunt à ſpeciali inquiſitione contrà aliquem, quæ juxta Dd: cõmuniter Fama præcedere debet ſed à generali in formationum aſſumtione, quis ſcilicet illud delictum commiſerit; in qua generali informatione & inquiſitione, ut aliqua fama præcedat, non fore neceſſarium ijdẽ Dd. communiter fatentur. Et ergò *Clarus* benè dicit, de conſuetudine & hodierna practica ſolenitatem diffamationis receſſiſſe ab aula. Quomodo hodie teſte *Claro, Farinacio & Delrio dictis locis*, poteſt Judex etiã in crimine Magiæ procedere *per ſpecialẽ inquiſitionẽ* contrà certam perſonam non attentâ diffamatione, ſi eius loco adſint indicia alia & præſumtiones; Equidem fateor etiam pro ut alijs criminibus non præcedente diffamatione poteſt Judex ex mero ſuo officio generalẽ inquiſitionem formare, & commiſſo aliquo delicto, V. G. homicidio furto vel (quod exempli loco ponit ipſe Farin. *d. q.*

9. n. 21. in fin.) generaliter inquirere quis illud delictum cõmiserit? & tunc citatos vicinos aliosve ad testimonium vocatos ingenere primum interrogare, an sciant quis commiserit, si negent, an sciant aliquem diffamatum de delicto illo commisso? et si aliquem hujusmodi testes nominent, suæq; nominationi ac testimonio probabilem causam adferãt aut certa quædam indicia adiiciant, tunc contrà hunc specialem institui posse inquisitionẽ, ubi tũ indicia illa sunt loco diffamationis, Farinac. *d. quæst. 9. num.* 20. quæ si sufficiant ad capturam, capitur nominatus, si capi non potest citatur ad comparendum, si non comparet, in contumaciam bannitur. eleg. Farinac. *d. quæst. num.* 21. Ita quoq; modo non absimili potest Judex in crimine Magiæ non attentâ diffamatione ex mero officio generalem inquisitionẽ instituere & ob criminis hujus, proh dolor, frequentiam informationes assumere & in genere quosdam testes veluti seniores de populo interrogare, per diffamationem neminem nominando, an sciant contrà quas per-

sonas

sonas de illo delicto Fama laboret, & si dicũt aliquem diffamatũ tunc cõtrà illum specialiter inquirendo adcitationem vel capturam juxta indiciorum qualitatem rectè proceditur *Clarus, Farinaç. & Delrio. dictus locus.* atq; generalis eiusmodi inquisitio hodiè pluribus in locis instituitur, quæ & expedit, quod, uti antè diximus, crimen veneficii occultissimum & Lamiarum maxima vafrities sit, unde rarius inquisitionem diffamatio præcedere solet. Cœterũ si institutâ inquisitione generali unus testis aliquem nominet ac sua voce gravet, an sufficiet in hoc crimine unus ille testis ad inquisitionem particularem instituendam, etiamsi fortè sit aliàs inhabilis? de quo videbis Clarum *d. quæst.* 21. *num.* 2. Delrium *d. lib.* 5. *sect.* 3. *versic. sed nunc veniamus.* qui hoc affirmant, & dicunt **das ein Zeug gnug sey dẽ Richter zur specialischen** inquisition **vnd** information, **gegen eine Person ein zunehmen.**

Elegãter de prælatis & alijs in dignitate constitutis, rescribitur *in cap. qualiter* 24. *de accusat.* quod hi quasi signum sunt

posi-

positi ad sagittam, quia non possunt omnibus placere; cum ex officio tenantur arguere & increpare; frequenter odium multorum incurrunt & insidias patiuntur. Hinc cum agitur de excellentia aut praeminentia inter egregias personas, desiderātur testes quindecim. Vasquius. *part.* 1. *illustr. controvers. cap.* 14. *nu.* 3. Subdiaconus, aconitus, lector, exorcista, hostiarius, non damnabuntur paucioribus, quam septem testibus, *c. praesul.* 2. *q.* 5. Diaconus Card. urbis Romae non damnabitur paucioribus, quam 27. testibus. Presbiter autem Cardin. non paucioribus, quam sexaginta quatuor testibus damnabitur. Et Episcopus non paucioribus quam septuaginta duobus testibus removebitur, *ita ait d. c. praesul.* Ratio omnium eorum ea est, quod probatio testium, non certitudinem, sed tantum verisimilitudinem inducit (ut ostendit Vasq. *d. c.* 14. *n.* 2.) & cum dignitas personarum supradictarum inducat per cōtrarium magnam verisimilitudinem inculpata vitae, sicq; adversis frontibus inter se pugnent hae praesumtiones, ut verisi-

risimilitudo & præsumptio, quæ ex testium depositionibus & testimonijs oritur, vincere possit, magnum numerum eorum quasi militum ad vindicandam hanc pugnam exigimus, Ait Vasquius. *d. loco.* Atq; hinc etiam fit, licet regulariter & ad minimũ trium complicum denuntiationes, si non adsint alia indicia vel adminicula, ad effectũ capturę torturævè requirantur; de quo vide infrà decisionem *quæst.* 7. 8. 9. *& seq.* non tamen semper tot denuntiationes suffecerint, si tanta fit vis bonæ famæ propter magnã personarum inæqualitatem; V. G. si Princeps denuntietur à suis subditis, nobilis aut Doctor à viliore persona, etenim tunc trium aut etiam plurium infamium denuntiationibus ipsa adhuc bona fama præponderat: Quare his casibus tot denũtiationes requirerẽtur, quot possent præponderare. Sic cum *Valentia* & *Binsfeldio* docet Delrio. *lib.* 5. *in append.* 2. *quæst.* 6. Itaq; pro circumstantia personarum & plures denuntiationes requiruntur, & fortiora ac certiora esse debẽt indicia

P Quæ ſint crimina excepta, & an dicantur excepta tantum reſpectu pœnæ gravioris, & non etiam reſpectu proceſſus & ordinis judiciarii? id latè tractavi infrà in deciſione *quæſt.* 16. quo lectorem remitto & ad *quæſt.* 20. ubi decidi affirmativè quæſtionem quæ etiam hic proponitur: an leviora indicia ſufficiant vel ad capturam vel torturam in criminibus exceptis? Nimirum in his criminibus magis expedit Reipubl. leviora admitti indicia, cum ſint occultiora & difficilioris probationis crimina, & digniora quæ citius & gravius puniantur. Idem reſponderunt Dd. Patavini apud M. Anton. Peregrinum *conſil.* 2. *de Sagis. num.* 101. *& ſeqq.* Ingolſtadienſes & Friburgenſes, teſte Delrio. *d. lib.* 5. *in append.* 2. *quæſt.* 20. Neq; tamen hinc inferas, quaſi ita liceat ex inſufficientibus indiciis aliquem torquere, quod foret cõtra omnia jura & æquitatem, dicente Farinac. *quæſt.* 37. *num.* 90. ſed intelligas levia indicia hic vocari non ſecundum ſe aut abſolutè loquendo, ſed comparatè & reſpectu eorum quæ in criminibus nõ exce-

exceptis requiruntur, quorum comparatione sunt leviora; ut semper tamen si ex his judex ad torturam procedat, quoad excepta crimina sufficientia indicia habuisse videatur. Quæ verò indicia leviora ad torturam sufficiant? Dic cum Claro §. *fin*. *q*. 64. *num*. 13. Menoch. *de arbitrar. casu*. 270. *num*. 3. & *casu*. 474. *n*. 1. & 47. certam de his doctrinam tradi non posse, & ideò Judicis esse arbitrari quæ sibi censeat sufficere. Vide infrà dictam decisionem *quæst*.19.*in fin*.

Vide Nauarr. *lib*. 4.*consil*. 5. *de accusat*. Et generaliter quoad personas bonæ famæ si quæ forte à pluribus socijs infamibus denuntiatæ fuerint; hoc tenendum: judicem debere hoc casu sedulò perpendere ponderare ac arbitrari, an bonæ famæ indicium tollat & elidat denuntiationes complicum aliaq; inditia; vel è contra; de quo videbis Delrium. *d*. *l*. 5. *in append*. 2.*q*. 5. & quæ infra dicemus in decisione *q*. 9. Hic referam quæ de tali concursu bonæ famæ & nominationum complicum quidam JC. quodã de hac re discursu edito, consuluit: **Bey mir**/ ait, Q

hat es keinen zweiffel/dz dißfals bona fama vnnd dahero rührende Entschuldigungen wichtiger/vnd grösser sein/ als die besagung vnd darauß erschöpffter argwon: Vnd da gleich schon einiger Zweiffel vorfallen solte/ wil ich doch lieber ad benigniorẽ partem mich begeben / dan ad severiorem & iniquiorem. Siniſtræ enim ſuſpiciones , & conjecturæ, quæ contra ſuſpectas mulieres adducuntur , per alias benigniores, quæ præſumptionem bonæ vitę , & innocentiæ inducunt , quodammodo eliduntur; ſecund Petr. Foller Neap. *in ſua prax. crim. in* 1. *part.* 2. *part. in. verb. denter capitula , quod ſuffocavit vxorem. num.* 49. 50. 51. *cum ibi alleg: jur:* Et in dubijs ſemper benignior ſentētia capienda eſt; *l. ſemper in dubiis. ff. de reg. jur.* & I. C. Marcellus, *in. l. ea qua. in fin.* in re dubia, *inquit*, benigniorẽm interpretationẽ ſequi, non minus juſtius eſt , quam tutius. *ff. eod.* Quod maximè obtinet in cauſis pœnalibus; *text. in c. in pœnis ext. eod. l. ſi præſes. & l. pen. ff. de pœnis.* Sic Adrian. Imp. *in l. abſentem. in pr. ff. eod.* reſcripſit , ſanctius eſſe , impunitum relinqui facinus nocen-

centis, quam condemnari innocentem. Et ſecundum Paul. Caſtr. *conſil.* 299. *in fin. lib.* 2. & Aym. Cravet. *conſil.* 205. *num.* 23. majorem laudem meretur judex, ſi abſolvat, quam ſi condemnet. Hæc ille; à quo non longè abit Tannerus *in tract. Theologico de proceſſu adverſus Sagas*; Non dubito *inquit* prudentem judicem in hāc ſententiam facile inductum iri, ut ſolas denuntiationes ſtrigum, quantumvis multiplicatas, ſine omnibus aliis indiciis & adminiculis, ad capiendas & torquē-das perſonas alioqui bonæ & integræ famæ nō arbitretur ſufficere: Et cum alioquin judex in dubio mitiorem partem ſequi, & reo potius, quam actori favere debeat, & *juxta regulam* 30. *juris. in* 6. *de reg. juris.* In obſcuris minimum ſit ſequē-dum, *& reg.* 49. In pœnis benignior ſit interpretatio facienda: nulla cauſa eſt cur Judices non potius in hanc, quam oppoſitam ſententiam inclinent: conſiderando potiſſimum, quod etſi oppoſita ſententia zelo juſtitiæ & boni communis ferri videatur: tamen ſpectatis rerum circumſtantiis, & ſpes illa publici com-

modi non admodum ſit magna: contra verò periculum innocentum præſens ac certum ex oppoſitæ ſententiæ praxi ſequi videatur, Ita Tannerus: Sanè dicerem, in dubio & ſi hæreat Judex, in animo ſuo incertus, quodnam certius in individuo ſit indicium, bonæ famæ an denuntiationis plurium? ut tunc mitiorem partem ſequatur, & propter bonam famam Reo potius faveat; ita tamen ut ſi illi videantur urgentiores & firmiores complicum denuntiationes, officio ſuo fungatur atq; procedat ad torturam, *ſaltem leniorẽ*, de quo plurib. dicam *ad tit. ſequẽtem.* 2. & infra in deciſione *q.* 9. Sic Iudex nec durius nec remiſſius decernit quam res poſtulat, quando juſtis rationibus moveri ſe arbitratur. Neq; ſicuti me decet de adverſa parte ſuſpicari eos miſericordiæ laudem ambire, ita nec illos decet Iudicem ſeverioris ac iniquioris ſentẽtiæ hoc caſu inſimulare. Equidẽ fateor ſatius eſſe nocẽtis facinus relinqui impunitum, quam innocentem damnari, ſed non agimus de damnando ullo ex indicijs, ſed de torquendo, & quidem

exin-

ex indiciis valde moventibus Iudicem, nec verò innocens Iudici censendus est, contra quem aliqua sunt indicia. Neq; unquam crudelis est, qui remediis permissis, licet in speciem durioribus, ægrũ Reipubl. corpus sanaturus, putrida & noxia membra præscindit.

CONCLUSIO.

E*x his igitur constat, quod malè faciunt Iudices, qui nullis indiciis præcedentibus speciales Inquisitiones contrà aliquem de veneficio formant, quos ideò graviter reprehendit Clarus* lib.5.sent.§.ult.q 20.n.& seq. *Equidem Iudex ex officio ad horrendum hoc crimen puniendum tenetur inquirere. Clarus.* d. §. ult.q.5.n.1.& seq. *Gomez* tom.3.var.resolut.c.1.n.49.& seq. *Petr.Heig.* quæst.39. n. 5.& seqq. part. 1 *attamen ad id non temerè prosilire debet, sicuti jam suprà post præloquium monuimus; Indicia autem quæ Iudici viam particulariter inquirendi de veneficio contra aliquem aperiunt, sunt.* 1. Fama mala seu diffamatio. *Debet autem hæc fama primò esse orta à fide dignis, & non malevolis perso-*

 nis,

*nis, vel futilibus (quid si fuerit orta à complicibus atq; ita non à personis honestis & fide dignis? Vide de hoc egregiè Farinac.*q. 47. n. 160. *& Delrium.* lib. 5. sect. 3. versic. nam fama vehemens.) *debet esse vehemens & quasi procedens ex ore partis populi majoris: debet de ea constare per testes saltem duos omni exceptione majores particulariter super fama receptos & examinatos. eleg. Farinac.* quæst. 47. n. 211. *Confer quæ ante dicta sunt* ad lit. g *& Delrium* lib. 5. disquis. Magic. sect. 2. vers. Quintò requiritur diffamatio *Non verò requiritur Fama, si ejus loco adsint alia indicia, veluti* 2. Nominatio unius socii, *de qua vide quæ dicimus infrà* in decis. quæst. 7. per totam. *adde præter antè citatos Petr. Heigium.* d. part. 1. quæst. 39. n. 38. *ubi quod indicium ad particularem inquisitionem in hoc crimine oritur ex testimonio, dicto, & confessione socii criminis, Magi vel Veneficæ magis* communem *dicit.*

Tertium indicium sufficiens ad specialiter inquirendum oritur ex Fuga, *Vide præter allegatos suprà* lit. L. *Menoch.* lib. 1. præsumt. q. 88. n. 21. *Damhoud.* in prax. crim. cap. 10. n. 9. & seq. *Minsing.* 6. obs. 98. *quæ*

& re-

& referri potest quod de mutatione loci & translatione domicilii tradunt Bodin. de Dæmonom. lib. 4. c. 1. post med. vers. secundum caput esto de patria Sagæ. *Zanger.* tract. de quæst, seu tort. c. 2. n. 204 antè med. vers. mutatio loci. *& Godelman.* de Mag. & Venef. lib. 3. c. 3. n. 24. & seq. *si nimirum aliquis sub ipsum initium cœptæ inquisitionis de loco in locũ, de pago in pagũ migret, contrà eum quidem inquisitio locum habere potest, si tamen ipse antea quoq; de crimine veneficii diffamatus fuerit. Vide etiam Farinac.* q. 48. num. 27. & seqq. *& conjunge quæ habet Delrio.* d. l. 5. sect. 4. §. 26. *ubi dicit indicium hoc fallere, si quis migrandi justam causam probet.*

Quartum indicium facit unus testis, *etiamsi sit aliàs inhabilis, per ea quæ dixi* lit. N in fin. *etenim si sit testis legitimus & exceptione major, tunc unius testimonium sufficit ad torturam. juxta Farinacium.* quæst. crim. 37. n. 41. *ex quo hoc ita optimè explicat Delrio.* d. lib. 5. sect. 3. vers. sed nunc veniamus.

Addunt Dd. ad hæc indicia nonnulla alia, veluti si ille, de quo veneficii quædam suspicio est, natus est ex parentibus veneficis; Et

si in articulo mortis quis confessus & desuper defunctus sit, aliquam mulierem veneficam esse, vnd habe ihme vergeben. *Vel deniq́, si quis ad venefícii crimen sibi objectum, taceat, seq́ non defendat:* De *priore vide Godelman.* de Mag. & Venefic. lib. 3. c. 3. n. 16. *Ioh. Bodin.* de Dæmon. lib. 4. c 4. post prin. vers. antè omnia verò si uno aut utroq; parente. *& præcipuè Nicol. Remigium* lib. 2. c. 2. de dæmonol. *ubi per exempla confirmat natum ex parentibus ob veneficium damnatis, habere contrà se præsumptionem ejusdem criminis; Hoc quoq́,* inquit, *inter alia indubitatum, certumq́ indicium semper habitum est, contra eos qui sortilegii postulati ac delati sunt, quod reperirentur iis editi parentibus, qui illius criminis ante fuissent damnati.*

Redit ad authores genus,
Stirpemq; primum degener sanguis
refert.

Hæc Remigius d. c. 2. *Verum rectius Delrio.* d. lib. 5. sect. 4. §. 22 *hoc indicium inter minus urgentia & minus certa refert, ubi tamen concedit, si quis à talibus parentibus ortus, & ab his etiam educatus fuerit (quod suspicionem auget) gigni suspicionem ad inquirendum, quan-*

do

do aliàs non est bona famæ reus: Et si aliud indicium præterea accedat, posse talem torqueri, maximè quando mater est malefica, & etiam auia fuit. De secundo & tertio Vide infra decisionem quæst. 13. & 14. *& Confer Delr.* d. sect. 4. §. 23. *cum quo quidem infrà* in d. quæst. 13. *existimo hoc indicium à taciturnitate & silentio desumptum leve & incertum esse, quod indiget adminiculo aliorum, etiam ad specialem inquisitionem; attamen alterum illud indicium ortum ex assertione offensi & fascinati in articulo mortis constituti, majoris est ponderis, de quo ago latè* in d. q. 14. *Atq; hæc sufficiunt quoad indicia, quæ viam inquisitioni aperiunt, & etiam captur[...]m fa-*

TI

TITULUS II.

Mit welchem INDICIIS der Richter in dieser Sach fueg vnnd recht hab die Gefangenen zu Torquiren † vnd zu Foltern.

A

I.

Allhie ist erst zumercken / das zwar geringere indicia, wann sie sonsten rechtmessig seind / genugsamb sein können zur information vorzunehmen / vnd biß weilen auch den Reum zucitiren / vnd gefänglich einzuziehen. Grössere aber † von nöten seyn / so mann den Beklagten wil judicialiter examiniren vnd für Recht stellen / vnd dann auch torquiren vnd foltern: Vnd letzlich die gröste vnd völligste indicia vnd Vermuthungen können wol auch den Capital Sententz / oder zum wenigsten extraordinarie, † vnd ohne die gewöhnliche Straff einen zu verurtheilen verursachen / sonderlich in denen Lastern / welche in sich vnd jhrer Natur heimblich seind / vnd verborgener weiß begangen werden: vnd auff welche

B (margin, beside "fänglich einzuziehen. Grössere aber †")

C (margin, beside "traordinarie, †")

welche man kein andere Zeugnuß vnd Probation, als etliche gewisse inditia vnnd Zeichen haben kan. Daher dann Käyser Hadrianus *in l 3. §. ejusdem. ff. de testibus.* recht gesagt hat / daß man kein gewisse Regul noch Maß vorschreiben kan / welche eygentlich genug sey das Laster auff einen zubeweisen; sonder es solt der Richter bey jhme selbsten erwegen † was er glauben sol / vnd was er vermeine / das nicht recht probiret sey. Jedoch sol der Richter jederzeit ingedenck seyn / daß er bey zeiten abhalte / wann er vermercke / daß das Laster nicht kan probiret werden / damit er nicht ohn vrsach einen Menschen an seiner Ehr verletze. *Vide Lessium de I. & I. c. 29. n.* 141. D

II. Nun sol zur Tortur nimmer geschritten werden / man habe dann rechtmessige vñ gnugsame indicia von begangnem Laster; welches nicht allein von gemeinen / sondern auch von exceptis criminibus vnnd Zauberey Laster sol verstanden werden. † E

III. Etliche Authores seynd dero Meynung / daß man ohn eintzige andere Zeichen oder indicien, allein von wegen

eines

eines Zeugen oder complicis Bekant-
F nuß † könne einen Reum oder Gefange-
nen alßbald torquiren: als Gometz. vnd
Blanchus; welche den Salicetum vnrecht
verstanden habē; werden aber von Menoc.
Bertaz. Farinac. vnnd mehr andern recht
G widerlegt. † Vnd sol ein Gottsfurchtiger
Richter jeder zeit nit mit geringen indicijs
zu frieden seyn/ sondern grosse vnd dringen-
de begehren/ wie solches mahnt Malcat. *lib.*
3. *de probat. concl.* 1311. *n.* 14. & 35. Vnd ex
ipso Delrio. *lib.* 5. *sect.* 3. *vers. ad torturam
denuntiati*: ubi ait: timoratus judex sem-
per requirat indicia, non levia, sed magna
& urgentia; welche alß dann mit eines
oder zweyn compliciū oder Mitconsorten
Bekandtnussen gnugsamb zur Tortur sein
H können † Vber welchen Handel als sehr
berühmte Academiæ Bononiensis, Pata-
uiensis, Friburgensis vnd anno 1602. In-
golstadiensis consulirt worden seind/ Ha-
ben sie jhre Meynung gesprochen/ vnd ge-
schrieben/ daß zwar mit nichten eines com-
plicis allein/ jedoch zweyen oder mehrer cō-
plicum vnnd mitconsorten denuntiatio
oder Bekandtnuß ohn andere indicia zur
Tor-

Tortur genug sey. Auff welche Lehr sich ein Richter in vtroque foro wol verlassen kan. † Wie volkommen aber solche Be- I kandtnuß eines Mitconsorten allein / wie gewiß auch vnd vnfehlbar solches indicium mit einem Zeugen allein sein sol † docirt K weitläufftig Farinac. *de indic. & tort. quæst.* 43. *n.* 177. *& multis seqq.* vnd aus demselben Delrio. *lib.* 5. *disq. sect.* 3. *vers. conditiones autem requisitæ.* Der vorigen Authorn Lehr aber / wiewol sie von vielen ist obseruirt / vnd bißweilen angenommen vnd practicirt worden / ist sehr scharpff / vnnd nicht fast sicher in diesem Handel. Erstlich / weil diese Leut vnd complices ; infames seind / an Gott meineydig / vnd deßwegen fast alle Trew vnnd Glauben verlohren haben. Zu dem / weil jhre Zusamenkünfften vnd Handlungen / bey welchen sie einander sehen / im finstern / vnd mehrers theils in der Nacht gehalten werden. Dann auch weil die arglistige vnd falsche Geister / damit sie die Obrigkeit vnd Richter / vnd die Zaubereyverwandten selbsten perplex vnd vnd irrig machen ; pflegen offt per præstigias vnnd blinde repræsentationes oder Vor-

Vorstellungen jhrer Mitgenossen / die Sach mit sonderm fleiß dunckel zu machen: Daß also jhrer etliche / so im Handel etwas schlechter / oder weniger dabey gewesen / kaum recht auß sagen können / wie oder was gestalt sie jhre Mitgespielen gesehen habẽ / welches wol in acht zunehmen ist. †

L IV. Weil aber dieses ein heimbliches vnd verborgenes Laster ist / vnd allein bey vñ von den complicibus, oder Mitgespielen begangen wird / ist jederzeit von Rechten erlaubt / vnnd für gut angesehen worden / daß man / im Fall keine andere indicia weren / vnd aber doch ein Person von mehren Zeugen vnd Mitconsorten bey Recht angegeben / vñ namhafftig gemacht were / Vrsach habe / solche nicht allein zur Captur / sondern auch zur Folter zunehmen. Dann wie wol eines Zeugung / nicht genugsamb ist / werden doch zwey oder dreyer Bekantnuß für genug das Recht zusuchen vnd zusprechen / von vnserm HErren vnd Seligmacher Christo selbsten erkant / Matth. 18. v. 19. Wie dann auch einen zum Todt zuvertheilen / Deut. 17. v. 6.

M † So hat man auch durch die tägliche

Er-

Erfahrnuß/dz vieler complicum Außsag kaum oder nimmer fehl schlag. Es könte auch sonsten ohn diß die Sach schwerlich einen Fortgang haben / dann wo man allhier testes infames verwerffen wolte / wo könt ein Richter von einem auffrichtigen vnd frommen Menschen Zeugnuß haben? Es kan ja kein Frommer von jhren Thaten zeugen / er habe dann zuvor seine Auffrichtigkeit verlohren / vnd mit ergebung Leibs vnd der Seelen / sich in jhre verdambliche Gesellschafft eingelassen! So sindt dann die Leges vnnd Rechten in solchen Fällen mit den indicijs vnd Zeugnussen zufrieden / welche man mit fleissiger Erforschung nach deß Lasters Art vnd Natur haben kan. text. *in c.fin.de.testib.cog.* & ibi glossa. Vnd wird diese Lehr in Tribunalibus als von der Catholischen Kirchen approbirter Process in observatione viridi, beständig behalten. † Vnnd wie wol Carolus der Fünfft in seinen Constitutionib. nicht außtrücklich meldet / daß man auff zweyer oder dreyer complicum vnd Zeugen denuntiationes oder Bekantnussen zur Folter schreiten sol/ thut doch solches nichts zur

 Sach

Sach auch nicht zu achten ist / weil es von
O Käyser Carolo nicht verbotten. † dann
es war sein Intent vnd Meynung damahlen nicht / alle besondere indicia zu nennen
vnnd zubeschreiben (welche fast vnzahlbar
seind) noch etwan auch die Gemeine vnd
Particular Rechten vmbzustossen; sondern
etliche geringe Zeichen den Richtern anzuzeigen / auff welche sie procediren könten.
Es referirt auch / vnd beruefft sich offt selbsten Carolus auff den rechten Brauch/
Raht vnd Lehr der Rechtsgelehrten / sonderlich wo sie in beständiger praxi vnd viridi observantia gehalten werden.

V. Weiters hat man bey diesen votis
vnd Bekantnuß der Mitgespielen fleissig
in acht zunehmen / daß man nach beschaff-
P enheit der Person/so wol der Zeugen † als
Q auch der Beklagten † procedire / vnnd
vmbständig auffmercke: sonderllich ob die
Rei oder Zauberische Persohnen ad banchum juris darauff bestehen/vnd biß in den
R Todt verharren † ob viel oder wenig votirt haben / vnnd auff ein Person gestorben
seyen/damit man auß dergleichen rechtmessigen indicijs ein reifflich Vrtheil fassen/
vnd

vnnd zur Tortur schreiten möge.

VI. Man kan auch diese General vnd gemeine Regul zugeben/so *ex l. 1. ff. de quaestion.* abzunehmen: daß zur Tortur solche starcke indicia von nöthen seyen / auß welchen ein Richter vermuthendtlich abnehmen kan/ daß der Gefangener schultmässig sey / vnnd möge anders nichts vbrig seyn/ als daß er die That bekenen müsse. † S

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. II.

IN praeced. *titulo* sunt recensita indicia quae ad specialem inquisitionem & etiam capturam viam aperiunt; in hoc *tit.* nunc agitur de indicijs quae ad torturam sufficiunt. Vbi dubitari posset, *num tortura ullo casu adhiberi possit.* Equidem eleganter contra torturam loquitur Coras. *cent.* 1. *SCti Tholosani. c.* 58. quae & ipso *ICto* teste res est fragilis & periculosa, & quae veritatem fallat. *L.* 1. *§. quaestioni. de quaest.* Immanem praeterea sapit Ethnicorum, à quibus profecta, barbariem, quam nec Nero spectavit, de quo Histo- A

ricus. *Iussit scelera fieri, non spectavit.* verumtamen hæc & similia huc comportare, nec operę precium neq; necessarium est dubium illud anxiè decidere, siquidẽ minime sunt mutanda quæ certam interpretationem semper habuerunt dicente ICto in *l.* 23. *de legib.* Sanè nonnulli hominum ad jurandum contemptu religionis faciles sunt : alij per quam timidi metu divini numinis usq; ad superstitionem. *l.* 8. *de codit. institut.* sic etiam plerique; patientia, sive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit : alij tanta sunt impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta, velint. *l.* 1. §. 23 *de quæst.* non tamen vel ideò *jurisjurandi*, vel *torturæ*, illud litis expediendæ. *l.* 1 *de Jiurando.* hoc veritatis eruendæ ; *l.* 1. *de quæst.* remedia tolli debent ; sed utroq; probe dispiciendum, cui vel juramentũ deferri *l.* 3. *de jiurand. l.* 4. *de in lit. jur.* vel tortura decerni debeat. *l.* 7. *l.* 10. §. 3 *de q.*

B Omissis *Doctorum* fluctuantibus opinionibus de triplici indiciorum discrimine ; quæ nimirum ad capturam; quæ

quæ ad torturam; quæq; ad condemnationem faciant: ego unum judiciorum genus, sed plures ejusdem species, seu gradus statuo. Qualitate enim & quantitate inter se differunt; rei naturâ, & proprietate nequaquam; nisi quod eorumdem probabilitas; & probabilitatis legitima demonstratio, diversos effectus sortiatur; idq; ex *legum* atq; D. *Caroli V. Imp.* præscripto, in *ordin. crim art.* 6.

Qamvis ut hoc addam, in re ipsa fortassis non tanta dissensio est, sed saltē quo ad loquendi modum: cum in effectu indiciorum discrepantia cōcedatur. De effectu vero ubi constat, panem si vis, voca lapidem & da mihi dum famesco & ero cōtentus. *Ait Mimus*. Omnia indicia debent esse legitima: legitima autē indicia sunt, quæ ex legitimis causis proueniunt, veluti per testes legitimo modo, hoc est, juratò examinatos *l. juris jurandi.* 8. *C. de testib. cap. nuper. de testib.* prout verò testes jurati, ex propria scientia vel ex auditu seu fama publica, de ipso delicto vel dilicti adminiculis quibusdam, deponunt, ita indicia argumentave proba-

 bilia

bilia aut minus probabilia inducunt, atquè hinc personas reas vel capturæ vel quæstionis periculo aggravant. Confer quæ dicam infrà in decisione *q.* 12. §. *volui hæc præmitterre.* & quæ habet Delrio. *lib.* 5. *sect.* 3. *vers. Hæc indicia volunt Dd.* Unde quoq; fit quòd indicia quædam sunt *levia*, quædam *gravia* & urgentia quædam *gravissima* & indubitata. Vid. Minsing. 6. *Obs.* 97. Clar. *quæst.* 20. *num.* 1. Et hi sunt indiciorum gradus, qui intuitu probabilitatis ac certitudinis quam gignunt, diversos operantur effectus, nimirum capturam, torturamvè: Sed an etiam operantur ad effectum condemnationis? de hoc dicam *lit. seq.* C. Atq; hisce necessarium consequens est, eo clariora & verisimiliora & propinquiora requiri indicia, quò actus judicialis majoris præjudicii fuerit reo:¦Unde *ad cõdemnationem* debent esse indicia indubitata & luce meridiana clariora. Minsing. 6. *Obs.* 97. *n.* 6. ad *torturam* requiruntur urgentia & apta ad plenè persvadendum animum judicis. Minsing. *d. Obs. n.* 5. sed ad *capturam* & *inquisitionem specialem* necessaria sunt indicia

dicia gravia, nimirum in crimine Magiæ, de quo agimus, quoniam ob tale crimen captura damnum est irreparabile, quæ existimationē hominis illæsam esse non patitur, eundem si non juris, saltem facti infamia aggravantem. Paul. de Castr. *in L.* 4. §. *condemnatum. de re judic.* sufficiunt tamen ad *inquisitionem generalem* indicia levia, cum & possit aliquando formari nō præcedentib. ullis indiciis si in genere saltem constet delictum esse commissum, veluti segetes corruptas, infantem occisum, & maleficia esse frequentia: de quo dictum ad *tit. præced.* 1.

Hanc quidem gradationem alii improbant, ac corruptelā vocant. Clar. *d. q.* 20. *n.* 3. quæ tamen revera æquitati & rationi consentanea, quod benè docet Farinac. *de inquisit. quæst.* 3. *n.* 47. & ex ipso Delrio. *d. lib.* 5. *sect.* 3. *in pri.* Cœterum quæ sint indicia levia, quæ gravia, quæ gravissima, dicam ad *lit. seq. D.*

Dicit Minsing. 6. *Obser.* 97. *num.* 6. Quædam indicia esse indubitata, & ea cum aliis sufficere ad cōdemnationē; Et idem in terminis Magiæ ex *Binsfeldio* & C

aliis notavit Valentia *disp.* 6. *q.* 13. *punct.* 4. §. 4. in hujuſmodi criminibus atrocibus & exceptis, naturâ ſuâ ſecretis, probationem per conjecturas & indicia, & denuntiationes complicum, etiam ſine propriâ rei cõfeſſione, ſufficere quidem ad condemnandum, ſed pœnâ mitiori quam ordinariâ: quod tamen dictum *Valentiæ* non undiquaq; probandum rectè admonuit Tanner. *in processu adverſus Sagas.* c. 1. *n.* 28. atq; de eo vide quæ dicam infra in deciſione *q.* 8. Cæterum illã difficilem quæſtionem; *an ex præſumtionibus & indiciis corporaliter & ad mortem poſſit condemnare Iudex?* deiicimus ad *tit. ſeq.* 7. tractant eam doctè & latè Farinac. *quæſt. crim.* 86. *n.* 1. *& ſeqq.* Gomez. *de delict. c.* 12. *rubr. de probat.* Tiraq. *de pœn. temp. cauſa.* 27. *n.* 6. Menoch. 1. *præſumt.* 92. & optimè Molina. *de I. & I. tract.* 4. *diſp.* 15. *n.* 13. ubi hoc notandum eſſe docet, majorem præſumtionem requiri ad aliquem cõdemnandum *criminaliter*, pœnamq; illi injungendam, quam ad eum damnandum *Civiliter*, id alteri adjudicando, de quo inter eos eſt contentio: quare quod aliquando eſt ſufficiens, & violenta præ-

ſumtio ad hoc ſecundum, non eſt violenta & ſufficiẽs præſumtio ad illud primum. *Exemplum* eſt in illa *Salomonis* præſumtione, ob quam adjudicavit puerum illum, quæ vera erat illius mater: ut enim notant Panor, & alii in *c. afferre de præſumt.* Præſumptio illa ſufficiens fuit ad damnandum civiliter eam, quę non erat vera illius pueri mater, filium alteri adjudicando: non vero ſufficiens ad damnãdum eam criminaliter pœnâ ordinariâ, quâ propter id delictum erat digna: undè non legimus, Salomonem talem pœnam illi inflixiſſe. *Exemplum* verò violentæ præſumtionis ad damnandum aliquem pœnâ capitis eſt, ſi evaginato enſe ſanguineq; conſperſo conſpiciatur fugere de loco, in quo relinquitur aliquis interfectus. Imò verò juxta Panor. *c. tert. loco. de probationibus*, & Bart. *in L. fur. ff. de furt.* violenta erit præſumtio, ſi ſolũ conſpiciatur egredi fugiẽs enſe ſtricto de eo loco. Item violenta præſumtio adulterii, & ſubindè ut pœna capitis imponatur, eſt: ſi quis nudus reperiatur in eodem lecto cum nuda aliena uxore. Atque hæc

ſunt indicia ſufficientia ad condemnationem, de quibus ſermo eſt. *l. ſciant C. de prob.* Minora verò alia, ut quòd comminatus prius fuerit aliquis alicui mortem, qui poſteà reperitur interfectus, quamvis ad torturam ſufficiant, aut ad pœnam arbitrariam, & ad vehementem præſumtionem: non tamen ſufficiunt ad damnandum pœnâ ordinariâ. Confer benè Farinac. *quæſt. crim.* 52. *n.* 50. *& multis ſequentibus.*

Diſſentit Fachin. 1. *contr.* 29. qui in puncto juris generaliter defendit, ex præſumptionibus reum nunquam condemnandum, ſed tantummodo torquēdum eſſe; Videtur quoad præſumtiones idem dicere Minſing. *d. Obſ* 97. *num.* 9. tametſi quoad indicia aliud ſtatuat. Sed tu vide *Farinac.* & *Menoch. dd. locis.* qui concludunt hoc totum relinqui *arbitrio judicis*, qui pro indiciorum & præſumtionum qualitate, ac pro conditione perſonæ arbitretur, an extrà ordinem Reus damnari, an verò torturæ ſubiici debeat, ut ita ſervari vidit, & per exempla commonſtrat Farinac. *d. quæſt.* 86. *n.* 66. ubi ſubiicit,

cit, si judex videt reum robustum & talẽ, qui facilè spretâ torturâ eam sustinebit, deveniet ex indiciis indubitatis ad illum condemnandum in pœnam extraordinariam; si verò verisimiliter crediderit, eum dicturum in torturâ veritatẽ, tunc ad torturam, ut delicta perfecta ordinariè puniantur, si velit, devenire potest.

D Eleganter ait Vasq. *illustr. contro vers. lib.* 1.*c.*14. *n.*2. nullum esse genus probationis quod judicem ex toto certum reddat, ea de re, quæ in controversiam vertitur, nam ut lex noluit integram fidem adhiberi uni testi, quia potest mentiri, ita quoq; duo aut tres, vel etiam mille testes mentiri possunt: Sed tamen duobus, vel tribus fidem adhiberi jubet, eo quod verosimile sit (ut legi visum est) duos vel tres verum dicturos, sicq; huic conjecturæ, & verosimilitudini fidem adhibemus, quam fallere non posse, ignoramus: sed humana cognitio, & peritia ulterius sese non extendit, ita tradunt communitèr Doct. *in c. afferre. per tex. ibi de præsumpt.* Bart. & alij *in l. admonendi, colum.* 2. *ff. de jureiur.* ideo *in l.* 3. §. 1. *ff.*

1. *ff. de testibus.* Imperator per Jureconsultum ibi relatus, ait: *Tu magis scire poteris quanta fides sit testibus adhibenda*, non obscurè significans, probationes esse arbitrarias, vel saltem in ejus judicis arbitrio plurimum esse relinquendum. Atq; hinc etiam bene infertur quæ indicia sint levia quæ gravia, quæ gravissima hoc ordinariè pẽdere à Judicis arbitrio, eũq; judicare debere, personarũ & rerum circumstantijs trutinatis, q̃ indicia ad quid sufficiant, an ad torturã capturam, pœnamve extraordinariam. Farinac. *de indic: quæst.* 37. *n.* 192. Mynsing. 6. *obser.* 97. *n.* 2. *&* 7. quod arbitrium debet ille dirigere ad normam juris scripti, vel consuetudinarij, & receptas interpp. opiniones & praxim patriæ quod est singulariter notandum. Vide Mynsing. *d. obs* 97. *n.* 8. & eleganter Farinacium *d. quæst.* 37. *n.* 193. *& seqq.* vnde non potest nova inducere & formare indicia ex sua, *ut dicunt Doctores*, cervice, & ex illis ad torturam vel inquisitionem specialem devenire, sed imo debet habere indicia à jure approbata & quæ in jure subsistant: debet

arbi-

arbitrium eius esse regulatum secundum Leges & Doctorum approbatas sententias. Eleg. Farinac. *d. q.* 37. *n.* 193.

Regula hæc: *torturam legitimis non præcedentibus indiciis minimè posse inferri*: generaliter obtinet, tam in exceptis, quam criminibus non exceptis: prout docet eleganter Farinac. *de indic. & tort. q.* 37. *n.* 79. 80. 81. & 82. Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1385. *num.* 4. ubi dicit *communem* hanc esse sententiam, quod in omnibus criminib. exceptis legitima requirantur indicia. Licet enim multi *Dd.* dixerint, in atrocissimis & exceptis permissum Judici jura transgredi, ut in his ordo sit ordinem juris non servare, prout fuit originale dictum Innocentii *in c.* 1. *de constitut.* referente Farinacio. *d. q.* 37. *n.* 86. quem secuti sunt *communiter* Dd. ut videre est apud relatos per Roland. *in consil.* 7. *n.* 6. *vol.* 1. & *consil.* 12. *n.* 11. & *seqq. vol.* 3. Menoch. *de arbitrar. quæst.* 84. *num* 9. Mascard *d. concl.* 1385. *n.* 13. & *seq* plenissimè Tiraquell. *de pœn. temperand. causa* 49. *n.* 16. & *omnibus seqq.* hocce tamen vel nō est verum, dicit Farinac. *d. q. n.* 90. vel solum-

ſolummodo procedit, quando jām conſtat de delicto, non etiam ubi adhuc quæritur an reus deliquerit; quomodo iſtud dictum *Innocentii* moderantur & explicant *communiter* Dd. quos allegat & ſequitur Farinac. *d. quæſt. num.* 90. procedit igitur iſta doctrina *Innocentii* ſaltem in puniendo, poſtquam conſtat de Rei delicto; non etiam in procedendo & torquendo, quando inquiritur an Reus deliquerit, quo caſu ut absq; legitimis indiciis præcedentibus aliquis torqueatur; nec ulla jura, nec æquitas permittunt. Farinac. *d. q. n.* 79. *& n.* 89. Maſcard. *d. conclus. n.* 4.

Atquin dixeris quod in atrociſſimis leviora requiruntur indicia, & in iis, Judex debet eſſe promptior ad torturam. Dicente idem Roland. *d. conſil.* 7. *n.* 5. *& ſeqq.* Maſcardo. *d concl.* 1385. *num.* 13. *lib.* 3. Confer quæ dicam infrà in deciſione *q.* 20. Verùm reſpondeo non indè ſequi, in atrociſſimis poſſe Reum torqueri ex nō legitimis & inſufficientibus indiciis, tametſi poſſit ex levioribus, ſiquidem quæ indicia leviora in iis criminibus atten-

dun-

duntur ea sufficientia censentur, prout notavi *ad tit. praced.* 1. *lit. p.* & dicam pluribus infrà *in decisione dictæ q.* 20.

Amplia prædictam regulam, ut sine legitimis præcedentibus indiciis Judex nec leviter quidem possit reum torquere, imò nec terrere, per tradita Farinacii *d.q.* 37. *n.* 96. *&* 97. Mascar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 352. *n.* 14. Dissentit Baldus quē refert Farinac. *d. loco. n.* 98. qui dicit sine sufficientibus indiciis posse aliquem in atrocissimis terreri, quia vultus Judicis in talibus debet apparere terribilis. Baldum plurimi sequuntur quos itidem refert Farinacius *d. num.* 98. *&* 99. qui & ibidem *numer. sequente* 105. doctè & subtiliter hanc materiam declarat; & doctrinam *Baldi* procedere dicit, existentibus quibusdam indicijs licet non sufficientibus & legitimis ad torturam, attamen ob quæ Reus leuiter torqueri, aut terreri possit; nullis verò existentibus indicijs nec ad terrendum vel leviter torquendum deveniri potest, quo sensu dicit *Farinacius* superiorem ampliationem esse capiendam; Benè tamen *ibidem n.*

103.

103. monet Judices, ut in priori casu ex qualibus qualibus suspicionibus aut indicijs non statim ad territionem etiam *verbalem* deveniant contrà personas timidas, *puta mulieres*, & similes, in quibus ut experientia docet quotidiè, & ego sæpius observavi, *ait Farinacius*, possunt aliquando tantum minæ de torquendo, quantum in alio homine robusto, nec timido, tortura ipsa. Plura ibi habet *Farinacius* notatu & scitu digna.

F Est hæc prima ac ferè præcipua difficultas, ex ijs, quæ hodiè circà processum adversus Sagas in quæstionem veniunt; *Vtrùm in hoc crimine sola denuntiatio complicum, absq; ullis aliis indiciis sufficiat ad capiendas & torquendas personas denuntiatas, etiam bonæ alioquin famæ?* De qua difficultate distinctè & plenè agam infra in decisione *quæstionum* 7. 8. 9. *&* 10. Mihi ex Catholicis præter Patrem *Tannerum* vix alius scriptor visus fuit, qui fidem omnem denuntiationibus complicum derogarit scripseritque illis quantumvis multiplicentur, absque alijs indiciis adversus bonæ famæ personas prorsus

sus nihil credendum, quod est, meo judicio, contra *communem* & receptam *praxim* loqui, & qui *jure naturali*, quod in criminibus exceptis sequimur, vel criminosissimis nihil unquam credendum asserit, mihi sit incredibilis: si nihil illis credendum, cur etiam *positivo jure* in hoc crimine de sociis interrogantur & ad denuntiationem admittuntur? sciendum enim *communem esse Dd: sententiam*, maleficos & mathematicos de cōsociis interrogari & torqueri posse. eleg. Farinac. *quæst. crim.* 43. *per totam*: quod & jcivili cautum. *l. fin. C. de maleficis.* & omnium praxi receptum est, testante Farinacio. *d. q.* 43. *n.* 67. & Carolinâ constitutione quæ est in imperio servanda, sancitum. P. H. O. *art.* 31. imò & judicem teneri interrogare, & reum in cōscientiâ teneri denunciare socios, est sententia Theologorum, quos vide citatos apud Binsfeld. *de confess. malefic. membr.* 4. ubi videbis plura de hoc puncto scitu digna. Et ergo Judices frustrà adstringerentur ad interrogandum si non deberent eis fidem habere. Certum igitur est aliquam habere

bere

bere debere, ſed quantã & ad quid? non adeò certum eſt. Ex cõmuni Dd. ſententia gignit nominatio (*nempè, quod notandum, facta ab uno complice, nõ quæ facta à pluribus, de qua res eſt certior*: Idoneam præſumptionem contra ſocios, ſi ſequentia concurrant; nempe ſi non ſit defectus in perſonâ, qui elevet fidem: hujusmodi autem defectus rarò cõtingit. Admittũtur enim infames: tales ſunt omnes cõplices: ideo minus fidei meretur eorum teſtimonium, quam virorum bonorum: admittuntur tamen ad denuntiationem & teſtimonium, quia vix poſſunt alij haberi, & malefici non ſolent hoc crimen niſi coram complicibus committere & ſolis illis detegunt: & infamiæ hoc impedimentum, eſt juris poſitiui: ideo lex poteſt in eo diſpensare ex juſtâ cauſâ, ut fecit. debet tamen, hæc complicis denuntiatio eſſe facta in torturâ, eo quod cum ſint infames, parum illis extra torturam credendum.

Debet autem hæc tortura ſpecialiter adhiberi pro confirmatione ſuæ depoſitionis, nec ſufficit prima tortura, in qua

qua reus suum delictum confessus est, sic Clarus §. *vlt. q.* 45. Antequam vero specialiter torqueatur pro confirmatione depositionis illius in tortura ; inqua suum crimen fassus ; factæ, debet eandem depositionem sponte ratificare, nõ secus ac ipsam principalem delicti confessionem. Marsil. §. *diligenter num.* 153. Carrer. *de indic. & tort.* §. *octavum indicium. numeri.* 17. & 22. postea poterit coram nominato ; ad confirmationem suæ confessionis ; & vt socios magis afficiat; & ut defectum infamiæ expurget, & ad omnem alium bonum effectum, iterum subdi toturæ, sed admodum levi, sic post Böer. Boss. Clarum. Farinacius *quæst.* 43. *numer.* 139. qui testatur sic Romæ practicari. Atq; hoc est *reum torquere in caput alterius*: & ejusmodi torturam in caput alterius in causâ veneficij feliciter aliquando successisse memini.

Sunt prætereà alia requisita huius nominationis, quæ enumerabo infrà *in decis. q. 9. circà finem.* singulariter autem requiritur, ut nominator nihil iræ vel rancoris habeat, vel odij cum nominato; ut

nominans diligenter interrogetur de certâ causa scientiæ & omnibus circumstantiis, *quis*, *quid*, *quando*, *ubi*, *cum quibus*, *quomodo*? ut quoq; judex diligenter attendat an nominans notoriè sit impœnitens; & deniq; ut inquiratur à vicinis an nominata persona fuerit de tali crimine à fidedignis unquam diffamata vel suspecta habita. P. H. O. *artic.* 34. §. 4. & *artic.* 44. ibi, **und dieselbig Person dessen sonst auch berüchtig.** Ubi, ut obiter hoc addam, singulariter observandum est, hoc quod in *dd. artic.* dicitur, denuntiatam personam super crimine isto aliàs infamatam esse debere, capiendum de denuntiatione *unius*, in quibus terminis loquuntur, non *plurium*, quod doctè probat Delrio *lib. 5. in append. 2. quæst. 4. per totam*, & *quæst. 5. vers. ex his jam patet: in fine.* & *quæst. 7. vers. Doctores etiam cum agunt.* quod ideo moneo, ne quis hinc concludat, nominationi *plurium* non esse fidem habendam si persona denuntiata non sit ét super hoc diffamata, adeoq; plurium nominationibus nihil credendum esse contrà personas bonæ famæ,

con-

contrà quam sententiam plurimis disputabo infra *in decis. quaest.* 10. Quomodo & Doctores Patavini apud M. Anton. Pereg. *consil. de Sagis. n.* 33. *& seqq.* responderunt, *dictos artic.* 31. *&* 44. loqui de denuntiatione ab uno complici facta; quae verò requiruntur in denuntiatione unius, non requiruntur etiam in denuntiatione plurium, juxta Patavinos. *d. consil. n.* 34. *& seqq.* & Dd. Friburgenses. teste Delrio. *d. append.* 2 *quaest.* 4.

Ad ista requisita debet Judex diligenter attendere; secus quisquis fecerit & vagè cuicunq; nominationi crediderit, quin *hinc lacrymae* & ex tali processu periculum certum creetur innocentib. indubium est. Et istum in casum Tannerus *in suo tractat. Theologico de processu contrà Sagas. cap.* 3. *n.* 87. verissimè recitavit dictum Ecclesiastici *cap.* 4. *vers.* 1. ibi: *Verti me ad alia, & vidi calumnias, quae sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum* (calumniatorum) *violentiae cunctorum auxilio destitutos. Et laudavi magis mortuos, quam viventes: & feliciorem utroq; judicavi,*

qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Ac fortè, ut hoc addam, posset videri de rarò contingentibus quæstionem hic esse, cum vel nunquam vel rarissimè denuntiationes pluriũ solæ possint esse & sine aliis adminiculis, ubi enim bonæ famæ persona à plurib. denuntiatur, quam erit facilè, ut vel fuerit cum una ex iis familiariter conversata, sit inter illas vitæ genus simile, & dignitas æqualis &c. Vide infra decisionem *quæst.* 10. Et quid multis? poterit haud difficulter circumspecto & pio Judici de veritate nominationis cõstare ex ipsis etiam circumstantiis quibus oportet eas vestiri. Sed ad rem.

G Hic quæritur: *an unius denuntiatio ad torturam sufficiat?* quam quæstionem latè examino & negativè decido infrà *in quæst.* 7. quo Lectorem remitto, ubi *Gometz. Farinc. Menoch Bertaz.* aliosq; authores citatos reperiet, quos hic non repeto.

H Vide quæ dicam infrà in dicta *qu.* 7. *vers. Et ergò reus de se ipso confessus:* ubi pluribus moneo Judicem, ut cum uno solo

ſolo complice ſemper requirat indicia urgentia, bewehrte Anzeigung / ſive argumenta evidentia, priuſquam *torturam* dico etiam in caſu Magiæ, *capturam* decernat, per rationes quas ſubiicio *in d. q. 7. verſ. atquin inquies*: & *in quæſt. 11. verſ. atq; hinc:* quod ſingulariter notandum. Si verò *lector* ſcire voluerit quæ ſint indicia approbata à jure, cum quibus juncta nominatio unius ſocii criminis faciat indicium ad torturam contrà nominatum, illa commemorat inſignis JC. Farinac. *quæſt. crim. 43. à n. 163. ad num. 177.* quæ in hanc ſummam contraxit Delrio. *d. l. 5. ſect. 3. verſ ad torturam.* Primò ſi accedat unus teſtis oculatus major exceptione, poterit judex procedere ad torturam valdè gravem, quia tunc habet pluſquã ſemiplenam probationem, non tamen facit iſte teſtis plenam tunc probationẽ, ut malè putarunt multi recẽtiores: nam non poteſt dici plenè probatum, vel reus convictus, niſi per duos ſaltem exceptione majores, talis autem nunquam eſt ſocius criminis. 2. Si accedat non unus teſtis auritus, ſed ut minimum duo:

 hi

hi enim faciunt præſumptionem aliquã. 3. Si accedat inimicitia gravis nominati cum occiſo, vel damnificato. 4. Si accedat fama contra nominatum, ſed hoc in diget explicatione, de qua vide infrà *in concluſione hujus tit. verſic. tertio:* 5. Si accedat, cum dicto ſocii criminis fuga nominati ob metum non juſtum, vel ſuſpicionem non vehementem, inquiſitionis contra eum formandæ, antè accuſationem formatam, vel antequam ad actum judicii aliquem ſit proceſſum coram judice non inclementi; aut ſolito procedere non temerè, neq; præcipitanter: his enim caſibus, ſi judicium deſerat, neq; citatus compareat, vel abſentiæ juſtas cauſas adferat; vehemens oritur ſuſpicio: 6. Si accedat ſtricta amicitia & aſſidua converſatio nominati cum nominante, tanta ut faciat valdè veriſimilem præſumptionem participationis in crimine 7. Si accedat ſecreta collocutio nominati & nominãtis ante crimen cõmiſſum habita: verbi gratia, antequam ſegetes deſtruerentur, puer necaretur, &c. Plura horum indicia, quæ cum nomi-

mination e unius socii criminis juncta, torturæ locum faciunt, recensebo infrà *in conclusione hujus tituli. vers. sextò huc refer.*

Consentit Delrio *libr.* 5. *in append.* 2 *quæst.* 1. *concl.* 1. *in fine.* quem tamen mirari subit, postquam dixit illam sententiam judici in utroq; Foro sequendam esse, quod subiicit, si quis tamen contrariam secutus fuerit & ex unius complicis nominatione torturam decreverit, eum Syndicatui non subjacere; Sic sanè vel omni casu Judex plusquam æquo severus excusari posset, quod nunquam desint qui temerè dissentiant maximè in his criminibus exceptis, ubi etiam reperti sunt plurimi, qui affirmare non erubuerunt, in atrocissimis etiam absq; indiciis legitimis aliquem torqueri posse: quos citat ac culpat Farinac. *de indic. quæst.* 37. *num.* 85. *&* 86. Et jam suprà *in hoc. tit. lit. D.* monuimus debere Judicem receptas interpp. opiniones & praxim patriæ sequi; ut *Delrio* fermè videri possit modum excessisse ac etiam nominationi unius complicis quasi per indi- I

rectum nimium tribuere voluisse; sed viri docti juxta & pii laudem non diminuo quam ei eleganter auxit Antonius Faber. *in Cod. ad tit. de Malefic. & Mathemat de fin. 2. n.* 11. cujus verba referam. *Ex omnibus* inquit Faber, *unus est Martinus Delrio ICtus & Theologus clarissimus, qui disquisitionum Magicarum libris omnia, quæ ad hunc tractatum pertinent, adeò diligenter prosecutus est, & accommodatè ad præcepta fidei usumq; forensem, ut neq; copiosius, neq; ornatius quicquam scribi potuerit, dignum planè opus tanto viro nec minus pietatis, quam eruditionis fama conspicuo inter tot tantosq; Societatis* JESU *Patres, quibus nihil ætas nostra tulit, feretq; aut eruditius, aut religiosius, nihil deniq; toti Christianæ Reipublicæ in tanta seculi infelicitate utilius*. Hæc ille:

K Ad hos auctores Lectorem remitto: docet idem eleganter *Binsfeldius* in hac materiâ diu versatus, *de confess. malefic. concl. 6. in prin. & dub.* 1. *ibidem.* Quæ requirantur ad fidem nominationis, dixi *in præced. lit. f.* præter ea requiri dicit Farinac. *d. q.* 43. *n.* 177. ut talis nominatio complicis, adeò verisimilis appareat, ut ju-

judex ex ipso quoq; testium numero, & qualitate deponentium, & persona eorum, contra quos deponitur, & aliis facti circumstantiis, quasi certo credat nominantem non mentiri. Deinde qnod socius criminis socios nominans non patiatur, nisi hunc unum defectum: nam si plures habeat, etiam si tantum duos v.g. quod non tantum sit infamis & criminosus. sed etiam sit vilis, abjectus, Aleo, vel aliàs inhabilis, tunc ne inexceptis quidem facerent indicium ad inquisitionem specialem, nedum ad torturam, etiamsi in tortura suam nominationem confirmasset, quia hæc unicum supplet defectum tantum: quod procedit, multo fortius in nominante socio cirminis inimico, perjuro, vel vario & sibi contrario. Ita *Farin. d. q.* 43 *n.* 177. *ad num.* 195. de quo tamen postremo dicam plenius infrà *in hoc tit. lit. p.*

Hæ sunt rationes quibus movetur Tanner. *in d. tract. Theologico de proc. adv. Sagas. cap.* 2. *per tot.* quas refero & examino infrà. *in decis. quæst.* 9. *&* 10. quo Lectorem remitto, ne crambem bis coctam ei apponam. L

Pro

M Pro hac ſententia plura fundamẽta & auctoritates adduco infrà in deciſ. *dicta quæſt.* 9. ubi etiam argumentum hic adductum pluribus illuſtro.

N De praxi ac proceſſu Curiarum Germaniæ notoriè conſtat; idem ſervari in Parlamento Burdigalenſi, teſtatur Boer. *deciſ.* 319. ubi *n.* 17. refert ſic bis fuiſſe judicatum ob nominationem duorũ & trium reorum: Et Curiæ Pariſienſis hanc eſſe praxim teſtatur Papon. *lib.* 22. *tit.* 13. *art.* 2. *&* 3. ſic etiam ſervari in regno Neapolitano ex aliis memorat Clarus *quæſt.* 21. *num.* 9. *&* 11. atq; de hac praxi teſtes ſunt innumerabiles Doctores & JCti *Friburgenſes*, & *Ingolſtadienſes* apud Delrium *lib.* 5. *in append.* 2. *quæſt.* 2. *ferè in fine.* & quoq; *Patavini* apud M. Anton. Peregrin. *d. conſ.* 2. *de Sagis. n.* 19. *& ſeqq.*

O Novi JCtos & amicos meos qui præter indicia in Carolinâ Conſtitutione expreſſa, in crimine Magiæ, alia non admittunt; quibus non adſentior; Eſt namq; ipſorum argumentum nihili & merè negatiuum & tale: Carolina Conſtitutio inter cætera indicia maleficii nõ ponit

ponit duorum vel plurium denuntiationem. *artic.* 44. Non est ergò curandum hoc indicium: Nam Caroli mens non fuit omnia indicia commemorare, quæ sunt ferè infinita: Sed quædam ponere, eaq; leviora quam sit denuntiatio, quæ judici liceat sequi: quis nescit illud *Ulpiani*, leges non posse ita scribi, ut omnes casus quæ quandoq; inciderint comprehendant: & ideo illum qui jurisdictioni præest interpretatione ad similia procedere, & jus dicere debere, *l. neque & seqq. D. de legib.* Quare, quod cæteris legibus Imperatorum commune est, hæc Carolina ex aliis juris scripti & consvetudinarii decretis interpretationem admittit: cnm non appareat Carolum voluisse per eam communia vel particularia regionum jura tollere: contrarium potius colligitur, quoniam ipse Carolus in locis nonnullis illarum cõstitutionum, se, Judicemq; remittit ad jus commune & consilium Jureconsultorum: licet ergò in non expressis judici hæc sequi, maximè si confirmentur, recepta in locis illis praxi & decisionibus judiciorum. Confer

fer huc, quæ dicunt ICti Patavini apud M. Anton. Peregrin. *conf. 2. n. 106. de Sagis.* indicia sufficientia ad torturam in crimine Magiæ nonnulla attulit, & pro sufficientibus firmavit constitutio Imp. Caroli. V. *d. artic.* non tamen taxativè stat, adeò ut etiam ex aliis sumi posset indicium, veluti si ultrà nominationem criminosi concurreret nominati fuga extemporanea, inimicitia cum damnificato, secreta collocutio cum nominante, Fama vehemens &c. Ita *Patavini.* Et adde similiter in hanc sententiam Mollerum *in comm. ad Constit. Saxon. part. 4. constit. 2. n. 13.* Et quæ in casu non absimili controvertunt Legistæ: *Num alia causa exheredationis admittantur, præter expressas in Nov.* 115? quod ipsi *communiter* etiã contra expressa verba istius Novellæ affirmant. teste Iasone *in Auth. non licet. C. de liber. præter. n. 6.* Ludovv. Schwartz. *lib.* 1. *Miscell. jur. c. 5. in fin.* Clar. *§. testamentum. q. 41. n. 2.* Sichard. *in d. auth. non licet. n. 7. & 8.*

P Nimirum debet judex diligenter perpendere, an testes, seu socii criminis

socios

socios nominantes, sint singulares, inimici, mulieres, minorennes, aut præter infamiam plures patiantur defectus, de quibus in literis præcedentibus F. &. K. monui: Et an testes singulares in crimine magiæ admittantur, & quæ sit singularitas testium explico & decido plenius infrà *in quæst.* 18. pro ut ago ibidem de mulierum testimonio, *in quæst: seq.* 19. ubi vide. *An verò malefici denuntiantes, implicitì etiam aliis criminibus, faciant indicium ad torturam, maximè quando sunt plures?* Hæc una quæstionum, in qua, duæ sunt opiniones contrariæ valde probabiles. Sanè *Delrius* hic sibi non constitit, aut mutavit: Equidem *lib.* 5. *sect.* 3. *vers. conditiones autem requisitæ:* statuit, si socius criminis socios nominās plures habeat defectus, V. G. quod non tantum sit infamis, sed etiam vilis, abjectus, periurus &c. tunc ne in exceptis quidem facere inditium ad inquisitionem specialem, nedum ad torturā etiamsi in tortura suam nominationem posteà confirmasset &c. addita hac ratione, quia hæc unicū supplet defectum tantum; ita *Delrio ibidem*

dem communem interpp: ſententiam ſecutus fuit, quam tenent etiam Farinac. *quæſt.* 43. *n.* 178. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitra. c.* 474. *n.* 54. Maſcard. *concl.* 1311. *n.* 12. & 13. Cravet. *con.* 6. *n.* 54. Bertaz. *conſil.* 3. *n.* 32. pluresq; alii relati à Baiardo ad Clarum. *in pract. q.* 24. *n.* 128. & ab ipſo Delrio. *d. lib.* 5. *in. append.* 2. *q.* 7. *in prin.* quo tamẽ in loco *Delr.* mutat atq; ab hac *communi* recedit, ac ſtatuit *indiſtinctè* quod in ciminibus exceptis, ſi aliter veritas haberi non poſſet quam per ſocios criminis, illos, etiamſi plures defectus patiantur, multisq; aliis criminibus implicati ſint ad inquirendum & ad torquendum à judice admitti poſſe; quod etiam exiſtimat Baiardus ad Clarum *d. loc.* ubi poſtquam *Dd.* multos in ſententiam ſuperiorem nominavit, & argumenta illorum propoſuit, hæc verba ſubdit: *ſed quicquid ſit de jure veritas eſt quod cõſuetudo ſervat, ut omnes teſtes cum tortura admittantur, etiamſi mille defectus paterentur: aliàs rarò ſocii criminis dictum fidem faceret, quia pauci ſunt ſocij criminis, qui pluribus defectibus non ſint notati, & ſic delicta remanerent impu-*

impunita: *Ego tamen arbitror, quod tales testes, cum sint magis infames, majori torturâ sint afficiendi, ad eorum dicta convalidandum:* ita Baiardus: cui tamen etiam quoad praxim obloquitur Farinacius. *d.q.* 43.*n.* 178. ubi inquit: *Ego tamen in socio criminis patiente plures defectus bonis Judicibus testari possum, nunquam in Vrbe vidisse, quod fuerit ad torturam deventum, nisi ultrà inculpationem socij criminis concurrerent alia, quæ de sola indicium facerent.*

Nihilominus reperio Bossium *tit. de indic. n.* 156. *circa finem*, quem & Baiardus *d. loc.* allegat, de eadem praxi & consuetudine attestantem, quot & idem tenet Joseph. Ludovic. *decis. Lucensi* 15. asserens se pluries ita practicasse: atq; hanc practicam licet *Bertaz.* & *Roland.* per Farinacium. *d.q. n.* 184. & Baiardum *d. loco.* allegati, impugnare tentatint, *tamen.* (ait Baiardus ad Clar. *d. loc. n.* 25.) *dicant quicquid velint, ita servatur & sic vidi, & ego quoq; practicavi.* Vbi iterum se opponit Farinacius *d. q. n.* 184. dicitq; hanc consuetudinem, seu praxin non esse ullo pacto extendendam extrà statum Me-

diolani, in quo Clarus versabatur: per ea quæ in terminis scripsit Roland. *in consil.* 94. *n.* 21. *& seq. vol.* 4. & *consil.* 98. *n.* 22. *vol.* 4. & in simili ipse Farinacius, *quæst. crim* 45. *n.* 16. *& seqq.* Quare putat *Farinacius* cum communi, nisi forsan cum dicto socij criminis V. G. perjuro, vel aliàs criminoso, cōcurrerent non solum adminicula; sed illa quidem etiam gravia, tunc non posse ex tali dicto ad torturam deveniri, neq; aliter hoc practicari debere &c.

Sanè plurimum est momenti in hac quæstione positum: etenim si Rei denuntiantes qui plures defectus patiuntur, ad torturam non probant, *juxtà communem Dd. sententiam*; sequitur denuntiationem plurium sociorum criminis nūquam ad torturā indicium facere vel certè contrà personam denuntiatā, si ea bonæ famæ sit, non debere attendi, siquidem istâ communi sententiâ positâ, tunc utiq; per bonæ famæ exceptionem inditium plurium complicum seu infamium & scelerosarum personarum tantò facilius eliditur. Sunt vero om-

nes ſagæ & veneficæ, (*quæ eſt ratio conſequentiæ*) perſonę plerumq; viles, ſunt mulierculæ rudes; ſunt præter Magiam omnibus quaſi ſceleribus contaminatæ. Quare harum denuntiationibus nihil tribuendum; aut ſaltem contrà perſonas bonæ famæ nihil fidendum.

Atque hæc eſt una ex potioribus rationibus, quibus Tannerus *in d. tract. Theologico, de proceſſu adv. Sagas, q.2.n.* 48. plurium complicum nominationes enervare imò iis omnem credulitatem denegare voluit. Quod cùm nullo modo concedendum, neq; etiam facilè *à communi, imò communiſſimâ Dd. ſententiâ* recedendum ſit; præſtabit fortè cum *Dd. Friburgenſibus*, quorum etiam meminit Delrio *d. quæſt.* 17. quoad crimen Magiæ diſtinguere; *inter crimina quæ ſunt ordinariè conjuncta & quaſi huic Magiæ crimini ſubordinata; Et ea quæ ab invicem planè ſeparata ſunt, nec cum Magiâ habent connexionem.* Quoad priora crimina rectè ſtatuitur; eiuſmodi plures defectus aut crimina nõ obſtare, quo minus ſocii criminis ad inquirendum & etiam ad torquendum

probent: Quoad crimina posteriora verò, potest concedi, socios denuntiantes iis implicitos indicium ad torturam nõ facere. Prioris generis crimina, cum maleficio semper conjuncta, sunt crimina *hæresis*, *læsæ Majestatis divinæ*, *apostasiæ*, *blasphemiæ*, *Sodomiæ*, *parricidii*, *homicidii*, *sacrilegii*, *&c.* quæ fusius refert Binsfeld. *in comm. ad L. nemo. C. de Malef. & Mathemat. in prin.* Posterioris generis sunt, crimina *perjurii*, *latrocinii*, *raptus*, *furti*, *&c.* quibus criminibus malefici non semper sunt innodati. Cum igitur de prioris generis criminibus loquatur *Tannerus*, apparet eius argumentum, stante hac distinctione, contra Nominationes non concludere.

Est verò hæc distinctio admittenda, Enimverò quia malefici criminibus prioris generis semper sunt innodati; Et ergò si maleficos testes seu socios criminum, aliis criminibus & quidem etiam illis ipsis cum maleficio conjunctis, carere esset necesse, nullus unquam esset testis idoneus, atq; sic Lex criminosos & infames ad testimonium in criminibus

ex-

exceptis ferendum frustrà admisisset ac frustrà Rei in crimine veneficii de complicibus interrogarentur. &c. Atq; superiorem illam *Tanneri* objectionem contrà nominationes, cum *Delrio* prævideret, ipse retractatâ priore sententia, de qua *in lib.* 5. *sect.* 3. statuit ac defendit *indistinctè*, quibuscunq; etiam criminib. maleficii testes obnoxii sint, eos ad torturã, si plures sint indicium facere, sed majori tortura esse afficiendos ut hæc eorum varios defectus expurget ac suppleat. Vide Delrium *d. lib.* 5. *in app.* 2 *q.* 17.

Nimirum an denuntiata sit bonæ & integræ famæ; an eiusdem aut inæqualis dignitatis cum denuntiante; &c. de quibus in præced. dictum satis. Ut absolvã, dico cum Patavinis ICtis *in d. consil.* 2. *n.* 18. credendum erit maleficis denuntiantibus, si ex verisimilibus conjecturis, vel ex qualitate deponentium, vel ex personis eorum, contra quos deponunt, falsa non dicere præsumantur. Vide textum *in capit. in fidei. de hæret in* 6. Q

Necesse est ut reus in sua nomina tione non vacillet aut variet, sed constã- R

ter perseveret, etiam in speciali tortura, de qua docui antè *lit. f.* nam deponens varius non modo ad torturam, sed nec ad inquisitionem sufficiens indicium præbet, ut ex communiore sententia receptum. de qua Farinac. *quæst.* 43. *n.* 185. Et meritò; quia deponens varius perjuro non absimils est. idem Farin. *d. q.* 186. sed de hoc articulo dicam plura *infra tit. seq.* 8. & 9.

S Ita in terminis tradit elegans scriptor Farinac. *quæst.* 37. *n.* 3. debere indicia esse tam urgentia & certa & luce meridiana clariora, ut judex sit quasi certus de delinquente, & ut nihil aliud ipsi dedit, quam rei confessio. Confer. Mynsinger. 6. *Obser.* 97. *n.* 4. Atquin, hoc posito, dixeris, quomodo igitur sufficiāt in exceptis leviora indicia, quod tamen affirmatum suprà *in tit. præced.* 1. *lit. p.* imò quomodo hæc doctrina in practica fuerit servanda, cum nunquam ferè eveniat casus, in quo indicia reperiantur ita clara, certa & luce meridiana clariora, prout supponitur, ita ut sola ipsius rei confessio desit, aut si talia reperiuntur,

non

non erit locus torturæ, sed condemnationi. arg. eorum quæ dicimus *tit. seq.* 4. Farinac. *d. q.* 37. *n.* 5. Verum ad prius jam supra *d. lit. p.* respondimus, ubi vide: posterius tollit eleganter ipse Farinacius *d. n.* 5. *& seq.* ubi inquit, hoc intelligendum non in genere probationis, sed in genere indicij: hoc est; quæ sint apta ad plenè persuadendum animum Judicis, non tamen ad plenè probandum: Ex indicijs si plenè persvasum Judici de culpa rei & reum esse noxium (etiamsi hoc non plenè probatum, quia deest confessio rei:) procedit ipse ad torturam: sed si haberet plenas probationes, tunc deberet procedere ad condemnationem. Vide pluribus Farinac: *d. n.* 5. *&* 6.

CONCLUSIO.

EX dictis constat, quæ sint optima indicia, ex quibus Judex in hoc crimine ad torturam tutò possit procedere. Præter indicia in Constit. Criminali *art.* 44. posita & exempli causa tantũ scripta *per ea quæ ante dixi. lit. O.* sunt nonnulla alia indicia jure approbata. veluti 1. No-

minatio unius socii criminis, cui adminiculantur alia indicia, quorum aliqua recensuimus ad præced. *lit. b.* Secundò. Nominationes plurium complicum, de quibus latè disputo infrà *in decis qq.* 7. 8. *&* 10. Tertiò. Fama: Quæ autem requirantur ut dicatur verè esse Fama? & quomodo ea probari possit? dictum suprà *ad lit. præced.* 1. *lit d. & g.* Hic observa si fama fuerit vehemens & orta à personis honestis & fide dignis, tunc sola sine alijs adminiculis facit inditium ad torturam; vehemens autem censetur non ex numero testium (qui impertinens est ad hoc) sed ex causis suis: nam si causæ seu conjecturæ unde orta, sunt verisimiles, graues & urgentes, censebitur esse vehemens, secus si non orta sit nisi ex levibus, frivolis, & non probabilibus tum enim non sufficeret Fama ad torturam: ita quidem egregiè Farin: *d. quæst.* 47. *n.* 28. *& multis seqq.* Sed vide quæ dicimus infrà *in decis. quæst.* 11. prout nec sufficeret si non orta à personis honestis & fide dignis, V. G. ortum habeat à complicibus; quomodo fama propter denuntiationes com-

complicum post incarcerationem vel accusationem orta, nihil adminiculatur neq; in judicio debet attendi; sed quid si orta fuisset ante accusationem & incarcerationem? Existimat quidem Delrio. *d. lib.* 5. *sect.* 3. *vers. nam fama vehemens:* famam hujusmodi adminiculaturā: vix enim potest, *inquit*, in hoc crimine famæ initium ab alijs, quam complicibus oriri, sicuti id contingit in omni re turpi, de qua non solet nisi inter infames personas tractari, ut de meretricio, alea, lenocinio & similibus fatetur & confirmat Farinac. *d. quæst.* 48. *n.* 160. Quam *Delrij* opinionem putarem posse sequi, si antè ipsam inqusitionem generalem institutam, ejusmodi fama contra certam personam ab inhonestis & complicibus in populum sparsa fuisset; verum si primū orta fuisset post eam, probabilius putarem, talem famam in judicio non debere attendi, quomodo etiam fama, cœptâ jam inquisitione, ex perversa officialium loquacitate orta, insuper haberi debet. Confer. P. H. O. *art.* 25. §. erstlich ob der Verdacht / & quæ notavi *ad tit. praeced. lit.* f.

Quartò. Fuga: de qua sufficienter diximus antè, & licet fuga *antè inquisitionem formatam vel accusationem* porrectam, contrà fugientem gignat ordinariè suspicionem & præsumtionem non levem doli & delicti commissi, non tamē sola, sine adminiculo alio, facit semiplenam probationem: quare neq; sufficit sola ad torturam, quicquid multi dixerint. egregiè Farinac. *quæst. crim.* 48. *per totam.* & Mascard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 819. *& concl.* 531. adde Mynsing. 6. *Obs.* 98. Clarum. *quæst.* 21. *n.* 23. Verum si fuga sit arrepta post inquisitionem, tunc ex ea nulla prorsus oritur delicti præsumtio. eleg. Farinac. *d. q.* 48. *num.* 35. Quintò. Minæ: Si venefica alteri minata fuerit incantare & fascinare. P. H. O. *art.* 44. ibi: **oder jemandt zubezaubern betrawet**: sive quis hoc minetur expressè vel tacitè sive ænigmaticè, v. g. faciam ne doleat tibi caput: extraham tibi pennam de alâ: & similia: si tamen post eas minas delictum subsequatur *d. art.* 44 ibi: **vnd dem Bedrawten dergleichen geschicht**: quod ita intelligendum ut subsequatur incontinen-

nenti, non ex intervallo: hoc autem decernere permittitur Judicis arbitrio, qui considerare debet qualitatem personarum & an antè habuerit opportunitatẽ delicti committendi; nam si statim non habuit, & fecit statim ac eam nactus est, intervallum nihil elevat indicium. Vide doctè & latè Farinac. *quæst. crim.* 50. *n.* 14. *& per totam.* atq; hæc est causa, quod in *d. art.* 44. prædicta verba indefinite fuerint concepta, ut de intervallo temporis Iudex decerneret. Quod si igitur Minas delictum damnumvè est subsecutum, *communis* sententia est, teste Farinac. *d. quæst.* 50. *n.* 7. *&* 9. efficax hoc indicium esse ad torturam, quando nimirum minans est *persona malæ vitæ* & *solita minas exequi*; quod intellige si sit dubium, quis delictum commiserit, & minator in hoc ipso delicto commisso sit malæ famæ. Vide Clar. *d. quæst.* 21. *num.* 37. Peguer. *decis. crim.* 18. *num.* 11. eleganter & latè more suo Farinac. *d. q.* 50. *per totam.* ubi hoc indicium Minarum distinctè explicat ac limitat. Quid verò si sint *Minæ ambiguæ*, & quæ possunt significare vindictam

ctam legitimam ſive juris? V. G. *ulciſcar, ſolves, pænitebit te, non ſic abibit*: & talia. Reſpondeo: ſi minator ſolitus ſit *via juris* ſe ulciſci, hujuſmodi minæ indicium ſufficiens non præbent; verum ſi conſuevit ſe vindicare *via facti* (ut ſolent veneficæ) in his Iudex potius debet ſequi ſententiam *Farinacii*, volentis etiam tum fore indicium ad torturam. *d. quæſt.* 50. *num.* 22.

Sextò. Huc refer illa indicia, quæ plura enumero infrà *in deciſ. quæſt.* 12. *circà finem*, quibus adde hæc ſequentia. Si unus teſtis exceptione maior deponat ſe vidiſſe ſagam propinantē equo, qui mox mortuus, potionem: aut ſi duo teſtes legitimi deponant nominatum exercuiſſe actum aliquem, qui ex communi maleficorum praxi ſolet ad maleficium dirigi. v. g. q̄ ſtans in aqua, retrò tergum aquam projecerit in aërem, vel q̄ ante exortam mox grandinem, viſus ſit lapidem ferire bacillo: vel flores de varijs arboribus lectos in ollam conijcere: vel virga aut manu percutere, vel inungere animal, quod paulò poſt mortuum: Hæc quidē

ait

ait *Binsfeld. d.loco. tit. de indit. sub inditio.8.* esse indicia vrgentissima, quorum vnumquodque per se sufficiat ad torturam; de quo tamen valdè addubito, nihilominus si horum aliquod accedat ad nominationem unius complicis, certum est, tunc sufficere ad torturam. Conjunge quæ diximus *ad præced. lit. h.* Quibus indiciis & hæc annumerari possunt, si nominatus inveniatur in stabulo aut domo alterius, tempore & loco quando non debet, & maleficium posteà subsecutum fuit. Item si veneficæ dum capiuntur, aliqua dicunt vel faciunt, quibus significent se sibi timere à morte, actum esse de se, neq; se vivas manum Judicum evasuras. De quibus latè Binsfeld. *tr. de confess. malefic. in indic. per tot.* quem de indiciis hujus criminis Magiæ ante omnes alios videbis; & post hunc Delrium, *lib.5. sect.4. & 5. per totam.* qui dicit hæc indicia maximè verisimilia esse, & quod haud dubiè non tantum faciunt cum nominatione complicis concurrentia semiplenam probationem: adeo ut sic semper unum istorum indiciorum cum nomi-

minatione tali, qualem requisivimus; sufficiat ad torturam: Sed etiam ex multorum sententia, quædam ex his sola sufficiunt: quod tamen non libenter practicarem: sed semper vellem unum ex urgentissimis, cum alio leviore; vel plura semper leviora concurrere: ita *Delrio*; quod singulariter observandum.

Septimò. Si quis usurpaverit, res, facta vel verba, quæ sapiant incantationẽ **Mit solchem verdechtlichen dingen / Geberen worten vnd wesen vmbgehet / die Zauberey auff sich tragen. P. H. O.** *art.* 44. exempla sunt, si olla cum unguentis magicis vel cum buffonibus; vel alia instrumenta huius perfidiæ in ædibus alicuius sint reperta Menoch. *de præs. quæst.* 89. Binsfeld. *d. tr. indic.* 8. Godelman. *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 26. Dixi verò: *verba quæ sapiant incantationem*: quia non idem existimo de verbis quibus abutuntur vetulæ **zum segenen oder** uti loquimur, **böthen** / tametsi ejusmodi factâ; præsertim frequentia, suspicionem aliqualem gignere possint, maximè si fiant cum quadam objuratione ad maleficia eximenda. De quo vide doctè Delr. *l.* 6. *c.* 2. *per tot.*

Præ-

Præter hæc superius recensita indicia *Dd.* alia nonnulla recensent, minus tamen certa & urgentia: veluti, 1 si inquisita stigma habeat, cui si acicula penitissimè infigatur, tamen nullum dolorem sentiat aut sanguinis minimum eliciat; de quo ait Remigius *lib.* 1. *c.* 5. hanc notam inustam ita jam pro comperto habere rerum capitalium vindices, ut indè quæstionis ac tormentorum sæpè initiũ faciant. consentiunt Bodin. *lib.* 4. *c.* 4. *subfin*, Godelman. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 26. *post. princip.* Damhoud. *prax. crim. cap.* 61. *n.* 134. verum hinc incertum nasci indiciũ volunt alij: Binsfeld. *dict. tract. indic.* 14. quem probat Delrio. *d. l* 5. *sect.* 4. §. 28. Sanè non dubitarem, si stigma fuerit insensibile (quale Dæmon suis mancipiis solet imprimere, præsertim iis quibus diffidit eos constantes fore, *Bodin.* & *Godelm.dd.loc.* & cujus stigmatis origo vetustissima est, docente Delrio *lib.* 2. *disq.* *c.* 4. *vers. Decimo, corporis alicui parti modo huic, modo illi:*) exindè, saltem famâ mala, nominationevè unius, aut alio adminiculo accedente, ad torturam posse procedi;

cedi; sed si cicatrix tantum, aut signum forte simile leporis vestigio, aut bufonis pedi &c. in facie vel corpore appareat; inde certum indicium minimè nasci. Et quod dicit *Delrio*; si advertant se pungi, fingere dolorem possent, etiam quem non sentiant, Et eam ob rem monendos Judices, cum acu vel pugiunculo jubent stigma pungi; id tàm cautè fieri debere, ut striges non advertant; solere enim illas cum adverterunt fingere se vehementer stimulatione hac cruciari; hoc ipsum ego Judicibus in cautelam suggerem, ut si stigma tale inquirere velint, prius strigum oculos obtegant, ac tum simulent quasi pungant, quod si striges nihilominus humeros contrahant, ac tanquam pungerentur se dolores sentire fingant, vel ex hoc solo suspicionem augeri nemo opinor facilè negabit.

2. Si dum torquentur, nullas emittant lacrymas, nam censent *Dd. quidam*, Sagas flere & lacrymari non posse, tametsi gemere suspirareq; videantur, & omni conatu lacrymari conentur; Et ideò hoc indicium ponunt Bodin. *lib.* 4.

c. 1. *post med.* *& cap.* 4. *post med.* Grilland. *de sortileg. q.* 9. *n.* 5. Verum istud cum *Binsfeldio*, *Godelmanno*, inane & frivolum signum reputat. Delrio. *d. lib.* 5. *sect.* 4. §. 25. etenim fieri potest, ut sit talis quarundã constitutio corporis, ut flere nequeant: Novi pueros, *ait Delrio*, quos citius flagris discidisses, quam vel unam lacrymulam excussisses: Præ aliis tamen *Grilland. d. loc.* hanc verissimam notam putat; maximè *quoad Mulieres*, qua constet eas non verè, sed fictè tantum pœnitere: cujus rei, cum videat se rationem nullam naturalem idoneam reddere posse, confugit ad supernaturalem, vultque id fieri à divina providentia in pœnitentiæ favorẽ. Censet itaq; *Grillandus*, si saga lacrymetur, verè illam pœnitere ex animo: si non lacrymetur, fingere pœnitentiam. Nunquam judici auctor fuerim huic conjecturæ inniti, ut certæ vel idoneæ: Nam experientia illa, quam ex aliquibus ait *Grillandus* se collegisse, fallax est & incerta. Tum quia nonnunquam ipsa doloris magnitudo lacrymas deficcet, & plane tollat, juxta illud Orchestræ. *Sene. in Oed. vers.* 57.

Fletuq; acerbo funera & quæstu carent:
Quin ista tanti pervicax clades mali,
Siccavit oculos, quodq; in extremis solet,
Periêre lacrymæ.

Solet ait, & verum est. Jam ex adverso sæpe præ lætitia quidam lacrymantur, *juxta illud ejusdem in Thyn.*

Subitos fundunt,
Oculi fletus: nec causa subest.
Dolor an metus est? an habet lacrymas
Magna voluptas?

Nec juvant illum argumenta à Canonibus petita, quibus tantum probatur lacrymas esse signum pœnitentiæ & nubis mœstæ animum obsidentis profluvium: Lacrymis quoq; peccata dilui, & fæditatem animo elui: quæ ut verissima sunt, ita minime probant: nullum pœnitere, nisi & lacrymetur: quidam sunt tam duro vultu, tam sicco cerebro, ut lacrymari nesciant; etiam *pueri*: possunt ergò *mulieres* quoq; tales reperiri. Nam pueri nō minus humidi, non minus ad lacrymas faciles, quam illæ. Nam itaq; certum vel veneficii vel impœnitentiæ signum est, non posse lacrymari; de quo posteriore

plu-

pluribus agit Delrio. *lib.6.c.1.sect.3. vers. in contritione procuranda.*

Cæterum, ut hoc subiiciam, de quodam inquisitore amico meo accepi, ipsum parum lacrymis, sed plurimũ risui tribuisse, ac hunc modum observasse **daß er den Zauberischen**/ jam in chorda ligatis ac mox torquendis, **ein Liecht unter die Augen halten lassen**/ac casu quo riderent, eas torqueri jussisse; quod innocentem in tantis angustiis constitutum ridere posse, vix sit possibile; verum commentum hoc fallax est, ridiculum & arbitrarium.

Alia indicia minus certa minusq; urgentia, veluti, quod sumitur *ex mendacio Rei, variatione, vacillatione & titubatione ejusdem*; hæc inquam & similia doctè & latè more suo explicat Farinac. *q. crim.* §2.*per totam.* sufficere quidem illa possunt *ad inquirendum*, non verò sufficiunt *ad torturam*, nisi singula sint adjuta aliis prę-sumtionibus & indiciis; Sanè quando quis loquitur tremens, trepidãs, timens, vel pallens, vel sudans prę angustia timoris, existimo istud indicium non esse sufficiens *cum variatione*, quia nimis est fal-

lax, & dubium & debile, quoniam multis hoc contingit, duntaxat sollicitis de proprio honore & metuentibus potentiam adversariorum aut Judicum asperitatem, quamvis innocentissimi sint, adeò ut plerunq; nesciant præ perturbatione quid dicant, ut egregiè Farinac. *d. q.* 52.*n.*48. Clarus.*q.* 21.*n.*38.

De *conversatione* potest dubitari quatenus indicium faciat? siquidem cõversatio & amicitia est de se bonum, absurdum verò est ex eo, quod bonum est, malum præsumere velle, & amicitiam, quæ est virtus, in nomen delicti transferre, inquit ex *Natta* Farinacius *q. crim.* 43.*n.*172. Equidem etiam P. H. O. *artic.* 44. statuit, inde indicium oriri, **so jemand sonderlich Gemeinschafft mit Zaubern oder Zauberin hat** / quod sicuti *de veneficis certus & convictis* concedi. Vide Berlich. *part.*4. *concl.pract.*4.*n.*146. ita potest dici, in dubio quemq; bonum præsumi, cujus amicitia ac conversatio nemini debeat esse nociva. Quare scias id intelligendum esse de conversatione *cum malis hominibus infamatis de eodem delicti genere,*

eaq;

eàque assiduâ & stricta amicitia, ut si verbi gratia, nominato cum nominante tanta fuerit conversatio & amicitia, ut faciat valdè verisimilem præsumtionem participationis in crimine, sicuti id fusè & prudenter explicuit Farinac. *d. quæst.* 43. *num.* 174. *& numer.* 177. Et *quæstion. crim.* 52. *num.* 58. *& sequentibus.* Itaque *d. artic.* 44. intelligi debet de personis publice ob Magiæ crimen infamatis, si quis cum iis strictam amicitiam colat assidueque conversetur, qualis amicitia cum veneficis jam convictis aut confessis nemini esse potest; Quod verò quidam inde etiam sumant indicium, si Inquisiti *oculos in terram defigant*, hoc fermè nihili est, potest enim ex pudore oriri, nec est proprium unius in specie delicti, ac ne in genere quidem delicti sufficiens argumentum. Et ait ille *Theologus*, volare docendi sunt oculi & repere, *volare* ad Deum, *repere* ad sepulchrum. Grande bonum, oculus tranquille pudicus.

Et castigatæ collecta modestia frontis.

Unde quoad oculorum in *terram* defixionem indicium sumi non debet.

Quare de his & similibus indiciis prudenti judici parum curandum est, quod non adverterunt Godelman. *lib.* 3. *c.* 3. & Bodinus *de dæmonom. lib.* 4. etiam *malæ physiognomiæ* prout & *malo nomini* nimium tribuentes. Confer Delrium. *lib.* 5 *sect.* 4. *per totam.*

TITULUS III.

Wie mildt oder scharpff die Tortur sein solle / vnd ob man die Vnholden schärpffer als andere Reos torquiren soll.

I.

ES ist bekant genug / auch jederzeit bey Rechten bräuchlich / daß wo man in groben Sünden vnd Lastern auff eine gefangene Person inquirit / vnnd dann genugsame bewerung / vnd indicia sich sehen lassen (wie im vorgangenen Titulo ist angezeigt) man
A könne zur knechtlicher quæstion † vnnd Tortur schreiten: Weil nun mehr kein andere Mittel seindt / mit welchen der Reus

zur

zur Bekantnuß möcht gebracht werden. Dann ob es die Billigkeit vnd Menschliches Mitleyden wol erfordert / daß man einen Menschen mit solchem scharffen vnnd peinlichen Fragen als viel möglich / verschonen sol / so er in der Güte die That bekent / so muß doch entlich / wañ er in seinem halßstarrigen Läugnen verhart / die gewöhnliche Quæstion vor die hand genommen werdẽ / damit das Laster mit der Warheit entdeckt werde.

II. Insonderheit aber vergönnen die Rechten / vnd lehrt es die Vernunfft / daß in criminibus exceptis, vnnd privilegierten Lastern / die Rei ehe vnd bälder † als in anderen geringeren torquirt sollen werden: vnder welchen das erst vnd fürnembste ist die vergiffte Zauberey vnd Hexe Laster. Vrsach dessen wird von den Scribenten gegeben. Erstlich / weil dieses Zauberey Laster gemeiniglich zu Nacht zeit vnd im finstern begangen wird / an orth vnd enden / da die Thätter nit von jederman / sondern allein von jhren Mitgespielen gesehen werden / welche sich vor den verführischen Geistern auffs aller eusserst verschweren /

B

N.B.:

ren/ bey straff der ewigen Pein ein zunemẽ/ wann sie jemand von dieser Geselschafft verrahten wollen Zu dem / weil es / wie gesagt / ein crimen exceptum ist / vnd kein Privilegium zur Freyheit/sondern zu grössere Straff erhalten hat; werden die Leges vnd Statuta, in dem man drauff inquirirt/ nicht aller ding gehalten / sondern auß billichen Vrsachen vnnd vernünfftiger Vermuhtunge deß Richters / in einem vnd im
C andern † doch mit aller Bescheidenheit vnnd guter Vorsehung nach Rechten zu handlen / vnderlassen. Wie dieses schön vnd außführlich beweiset Bald. *in authent. Sed novo jure. C. de seruis fugitiuis* vnd andere DD. *in addit. ibidem.*

III. Ehe dann aber der Richter die Quæstion der Tortur vor die handt nimbt/
D sol er zu vor † wol erfaren/ob nun alle mögliche Mittel an dem Reo versucht seyn/ also/daß derselbig alles gütiges Versprechen/ auch mit Ernst vorgehaltene Ermahnung oder Betrohung grösserer Straff verachte / oder in Windt schlage. Oder ob auch
E der Reus vielleicht appellirt habe † wie vnnd was gestalt die Apellation geschehen

sey/

sey/ob er ohn Vrsach/ohn ernst/oder allein mit schlechtlichen vnd blossen worten/oder mit gleicher nichtiger außredt sich allein schön gemacht vnd entschuldiget habe/wegẽ auff jhn gethane Beweiß vnd Zeugnussen. Weiter sol er verstehen/ob wichtige vnd genugsame indicia seyen bey gebracht worden/ vnd dem Reo selbsten insinuirt † vnd wol vorgehalten seyen. Dann wo etwan an diesen conditionibus einer oder anderen mangeln würde/ oder der Richter in diesem oder jenem zweifflete / künd vnd sol noch nicht zur Tortur geschritten werden. Wie deßgleichen / wann der Reus das Laster gütiglich bekant hette † soll allein deß Lasters halben (wo nicht etwan wegen der Gesellschafft so mit gesündiget) nicht gefoltert werden / wie im folgenden TIT: IV. zu sehen. Nach dem aber dieses alles vorgangen ist/ vnd der Richter auß billichen vnd rechtmessigen Vrsachen / welche er seinen Gerichts verwandten vorgetragen / völlig geschlossen hat/ sol dem Reo zu gleich / nach dem er sich mit Speiß vnd Tranck gelabet hat/ noch ein zimliche freye zeit/ als 5 oder 6 † stund vergönt werden/damit er die einge-

F

G

H

noirtiene Speiß vnverdäwet/ mit Schmertzen nit wider von sich gebe. Zu dem sol wol in acht genommen werden / daß nicht etwa durch scharpffe Instrumenta, oder grobe Leut in der Folter dem Reo die Bein vnd glieder der massen zerrissen werden / daß er hernacher (wo er vnschüldig erklärt würd) weder jme selbsten/ noch andern im Leben etwas mehr nütz/ sondern schädlich vnd vberlästig seyn müsse. So von den Rechten verbotten wirdt. *L. quæstionis modū. 7. de quæst. ibi, quæstionis modum magis est Iudices arbitrari oportere: itaq; quæstionem habere oportet ut seruus saluus sit, vel innocentiæ vel supplicio.* Vrsach: Es muß der Reus vor vnnd nach der Tortur nach Leibs vermögen gesund bleiben/ vnd so wol zur entlassung/ als wider zur Folter/ wo es von nöthen wer/ bequem vnnd Starck seyen / wie in *prædicta. l. 7.* gesagt wirdt. Daher dann ein Richter sehr vnfreundlich / rühmsüchtig/ auch vbel handlete/ wo er einen Menschen nicht mehr als ein Besti oder Viehe achten † oder mit herber vnd voller Bitterkeit / alles herauß pressen wolt / da doch in gleichen vnmessigē procedirn wol einer biß weilen vnverrichter

ter Sach ablassen muß / da er vielleicht Gottes vnd deß rechten vergessen hat / oder der Reus vnder der Folter erlegen ist.

IV. Es ist zwar nicht ohn / daß in grossen vnd schweren außgenommen / vnd sonderlich auch in diesem Hexerey Laster die Iudices vnd Richter mehr vrsach haben / mit scharpffen † quæstionibus vnd Tortur zu procedirn / vnd wird jhnen von Rechten nicht verbotten / sondern viel mehr erlaubt vnd angebotten *per l. edictum.* 8. *ff. de quæstion. ibi: cum capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari & inuestigari possunt, quā per reorum quæstiones, efficacissimas eas esse ad requirendam veritatem existimo & habendas censeo.* Dann dieses Zauberey Laster ist so groß vnnd weitläufftig / daß es fast alle andere † in sich begreifft / vnd vber alle ist / dann die aller höchste Mayestat Gottes wird dardurch fast verunehret vnd geschmähet / es wird die Hohe Obrigkeit / vnd gantze Christliche Gemeine verletzt / es werden grobe / stumme vnd vnaußsprechliche Schäd vnnd Laster darbey begangen / Menschen vnd Viehe / Lufft vnd Elementen / das liebe Getreyd / Felt- vnd Baumfrüchten mit aller

aller Menschen Schaden verunreiniget beschädiget/vnd welches der gröst Menschē Schad ist/ Leib vnd Seel deß verheissenen himmlisen Paredeyß vnd Vatterlands beraubt/vnd vnsern geschwornen rachgirigen Feinden/vnd verdampten Gottlosen Geistern in der Höllen zugesellet. Weß wegen die mit der Zauberey behaffte Leut bey Rechten M † Feinde deß Menschlichen Heyls genänt werden;

Jedoch sol ein Gottsfürchtiger Richter jederzeit der Billigkeit ingedenck seyn/ vnd wie er es hernacher vor Gott getrawet zu verthädigen/ handlen : Als nemblich nach beschaffenheit der Persohn / dessen Alter vnd Standts/mit aller Sorgfältigkeit/ vnd Gerechtigkeit / wie es jhm sein gut Gewissen vnd Gott eingegeben hat. Dann all dieser Handel wirdt eines verständigen N Richters guter discretion † vnd bescheidenheit von der Obrigkeit vnd den Rechten heimgestelt. *l. de minore. §. tormenta. l. quæstionis de quæst. ibi: tormenta autem adhibēda sunt non quanta accusator postulat, sed ut, moderatæ rationis temperamenta desiderant.* Et ibi. *Quæstionis modum magis est judices arbitrari oportere &c.*

V. Wei-

V. Weiters damit aller Exceß vnnd Vnbilligkeit cauirt vnd verhindert werde/ sol man in Tribunalibus vnd Gerichtstätten nicht allezeit auff vnerhörten/ oder exquisite † new ersuchte weiß vnd Manier zu O foltern gedacht seyn/ weil man sich bey solchem new erfundenen oder vngewönlichen Weiß vnd Manieren zu peinigen grösserer Gefahr zubefahren hat/ vnd bißweilen auch wegen etwa einer superstition vnd verbottens Aberglauben so mit einläufft/ der neydige böse Geist der Zauberischen Person Bekantnuß verhindert. Sondern es wirdt fürs best gehalten/ daß man sich bey gewöhnlichen Landsbrauch halte/ oder mit dem so von der Catholischer Geistlicher oder weltlicher Obrigkeit zur zeit wirdt für gut erkant/ oder vorgeschrieben/ contentiren lassen. Vnnd ist zu dieser zeit auch in diesem/ wie wol sehr grossem Laster im brauch/ die Regul Pauli III. Bulla 58. nach welcher ein Reus vber ein Stund aneinander/ vnd in eim Tag nit mehr als einmal † gefoltert sol werden. P Dann es haben dieses zu vnderschiedlichen zeiten viel Tribunalia erfahren/ daß nach zimlicher

an-

angethaner Peyn / die Rei entweder bald bekennen / oder wo jhnen zu scharpff zugesetzt wirdt / auch wol jhren Kopff / wie man spricht / dörffen auffsetzen / vnnd auß vnd mit angeborner Stärck / vnd steiff gefasten Sinn vnnd Fürsatz sich wollen eher tödten lassen / als jhre That bekennen.

Von einer solchen Zauberin erzehlet D. Nicolaus Remigius: Deß Hertzogen in Lothringen vor kurtzen Jarẽ geheimer Rath / vnd Iudex im Hexischen Proceß *lib. 3. dæm. c.* 8. Daß Margareta Valentina / als sie ein gantze stund gefoltert ward / hat wider sich das geringst nit geredt noch bekänt / aber als bald sie der Iudex nach außgestandener Folter loß gebẽ wolt / hat sie jnen erst vmb verzeihung gebetten wegen jhrer halßstarrigkeit / darnach sich deß lasters schüldig geben vnd ordentlich alles erzehlet / wie sie vom bösen Geist sey verführt worden vnnd was sie bey sei-

seiner geselschafft für laster begangen habe.

Meldet auch Remigius darbey / daß er etliche gesehen habe / die wol zwey oder 3. mahl für vnschuldig loß gegeben waren / vnd hernacher alles bekent haben.

Eben dieses / daß es nicht allezeit mit der Folter außgericht sey / bestettigt ein Zauberische Person / mit Namen Barbara Sileta / bey gemeltem Remigio *lib. 2. cit. c. 2.* so in Anno 1587. ist justificiert worden. Als die Scharpffrichter / spricht er / jhre Instrumenta zur Folter außlegten / sahe sie dieselbe an / vnd mit verachtung selbiger redet sie die Herrn Inquisitores bescheidenlich also an / Ist diß ewer grosse weißheit / daß jhr vermeynt / jhr wolt von mir durch die Folter etwas erfahren vnd außpressen? Ich wolte ja all ewer anschläg vnd versuchten Gewalt leichtlich außschlagen / aber

aber jhr solt aller dieser arbeit vberhaben sein / dieser vrsachen wegen/ weil jener mein Lehrmeister mir keine Ruhe läst/ biß daß ich meine vier vbrige Kinder so noch bey lebē seind/ jhme auch verheiß/vnd seiner grausamen Tyranney auffopfere. Aber das ist bey mir einmahl beschlossen/ daß ich mich lieber dem allerherbstē vnd bittersten todt gutwillig ergeben wil / als das jenige thun / damit ich nur meine Kinder von sölcher armseligen dienstbarkeit erhalten vnd erretten möge / welche ich bißhero hab müssen außstehen vnd leyden. Dann wann ich nach außgestandner Folter darvon käme/müst ich diß gewiß haben; entweder grösser vexation vnnd Plagen als der Todt selbsten ist / von jhme leyden/ oder aber wider meinen willen/vnd

ge-

gezwungen meine liebe Kinder ergeben vnd auffopfferen.

Auß dieser Historÿ ist erstlich wol abzunehmen / ob sie schon zu anderen zeiten zu wunder schweigen köñen / vnd jr Sach gantz heimblich halten / jedoch so bald sie zur Gefängnuß gebracht werden / pflegen sie / wie wol nicht allezeit sich balt zubekehren / vnd hat dieses schier einziges Mittel / der getrewe Gott / als zu jhrer Bekantnuß fast notwendig / durch die liebe Obrigkeit wol verordnet / daß sie also durch die Qual der Gefängnuß vnd Tortur jhrer Bekehrung ein Anfang machen / vnd wieder zu Gott / wann sie ja jhrers Heils nicht gar vergessen seyn / kommen mögen. *Vide eleganter Remig. lib. 3. dæmon. c. 8. in. fine.* Fürs ander / daß auch das Weibs volck wol erkent / daß es in deß Menschen freyem Willen stehet / daß er sich zu Gott bekehre / oder hartnäckig in der Boßheit verharre. Endtlich auch / daß die Iudices wissen sollen / daß bey den Leutē / die sonsten von Natur Gut vnd auffrichtig seindt / bißweilen mehr die Güte als die Schärpffe zuwegen bringen / vnd sich deß

wegen mehr guter einsprechung / als harter betrowung / wo es helffen kan bey mennig-lichen gebrauchen sollen.

VI. Andere Weiß vnd Manier zu fol-teren / so etwa bey denen so auff die leges Ecclesiæ vnd jura canonica wenig halten/ Als da man zur Prob die Vnholden in tieffe Wässer sencket / oder wie vor zeiten auff Kohlen oder glüend Eyssen tretten läst/ vnd der gleichen scharpffe vnmenschliche Tormenta seind zur zeit von der Catholischen Kirchen verbotten weil nicht allein viel abergläubische Superstitiones, mißbräuch vnd Vnglauben mit einschleichen/ sondern auch/ weil sie vngewisse probationes seyn/ wie dan auch der Almächtig Gott nicht einem jedē seine Wunder zeygen wil. Solch-es aber von Gott zu begeren / oder bey der Quæstion zuerfahren / heist auß grobem Verstandt mit Sünd Gott versuchen. Diese Prob wird vulgaris genant / weil sie von keinen Canone oder gemeiner Satz-ung eingeführt ist/ sondern von dem gemeinen Mann allein erfunden / vnd durch deß bösen Satans Listigkeit ist eingeführt worden. Solche Prob wirdt außtrücklich von dem

dem Bapst Honorio III. *c. fin de purga. vulga.* verbotten † Im fall auch ein Richter durch solche verbotten vnd falsche Mittel einen Reum zur Bekantnuß gebracht hette/könt er jhn doch mit Recht zum Todt nit verurtheilen/ welches ein gemeine Lehr vieler Doctoren ist Glos. Bartol. vnd andere *l. penult. ff. de quæst. Vide Clar. l. 5. §. fin. q. 55. Emm Sà. in Aphorism. verb. confessio. Delri. lib. 4. disq. c. 4. q. 5. sect. 3. in fine.* Farinac. *quæst. 43. n. 193.*

Es gefelt auch sonderlich D. Binsfeld. *in comm. in tit. C. de malef. & math.* ein Newe vnd Leichte Manier die Reos zur Bekantnuß zu bringen/ welche Marsilius *ad l. 1. de quæst.* fast rühmbt/ da er von zweyen Zauberischen Weibern schreibt/ daß er sie durch kein ander Folter habe können zur bekantnuß bringen/ als durch das/ so man tormentum insomniæ nennet/ Ein folter der Vnschläffigkeit oder embsiges wachens. Der Reus wird auff ein Banck gesetzt/ vnd zween darzu bestelte Knecht werden jhme zugesellet/ diese verhüten fleissig/ daß er nimmer einschläfft/weder deß Nachts noch am Tag/ vnd wann der Reus das Haupt

auff ein Seyt sencken låst / vnd schläfferich ist / stöst jhn der Knecht so auff derselben Seyten sitzt / vnd hebt jhm den Kopff wider auff. Deßgleichen thut der ander Knecht / wann er auff der ander Seyt sencken vnnd schlaffen wil. Wann aber die Knecht müde seindt / vnd selber schlaffen wöllen / sol man zween andere wachtsame Knecht / die bey jhm wachen / herbey bringen / die jhm keine ruhe oder platz geben zu schlaffen / biß daß er alles gutwillig bekånt hat / mit verheissung / daß sie jhn nach der Bekantnuß zu guter Ruhe führen wöllen. In dem er nun auff solche Manier zwo Nacht vnnd einen Tag mit dem Schlaff ist gepeiniget worden / sol er / wie sie sprechen / nothwendig das Laster / wo er sonsten schuldig ist / bekennen müssen. Es sagt auch gemelter Marsilius, daß er diese Weiß an den halßstarrigen Reis offt vnd glücklich versucht habe / vnnd ist der Meynung / daß kein Mensch so hart oder wild erfunden werde / welcher dieses tormẽtum, dz doch lind scheinet zu seyn / vnd dem Leib nit wehe thut / vberwinden könne. Vnd wirdt auch jetziger zeit an etlichen Orthen versucht: wiewol auch bey diesem vnfreundlichen

facillim9. torquendi mod9

lichen Torment etwan ein Kranckheit zu besorgen ist/ dann ein Mensch/ welcher deß Schlaffs beraubt wird/ pfleg leicht von sinnen zukommen/oder wird im Sinn † dermassen verendert / daß / wann mann jhn etwas fraget / wenig mit gutem Verstandt/ oder eins fürs ander / vnd wie man spricht/ Weiß für Schwartz zur Antwort gibt. R

Derowegen dann wirdt fürs best gehalten / daß jedes Orths gebräuliche Instrumenta vnd Tortur behalten werden / auch in diesem excepto vnd außgenommenem Zauberey Laster. Wie dises wol die Dd. observirt habē/ wie zusehen bey den Doctorib. Patavinis *apud M. Anton. Peregrin. consil. 2. de Sagis n.* 141. Wiewol Friburgens. Academ. auch etwa ein newes gestatten/ wann die alte Weiß nicht für genugsam erkant wirdt. † Der Hohe vnd Obrist Magistrat zwar / kan auß billichen Vrsachen dieses vnnd jenes in diesem handel verendern/ aber nicht andere / so im nach gesetz seindt: damit die gemeine Ordnung mit verletzūg der gemeinen vnd particular Rechten vnd der Justici selbsten nicht vmbgestossen werdt / vnd weilen bißweilen in Flecken vnd S

Dörffern etlich schlechte Leut zu diesem Gericht gezogen werden / so etwan den Folter Knechten nicht auff die Finger sehen / künt bißweilen ein grober Excess vnd Fehl begangen werden / weil solche Leut nit auff die Menschen / sondern allein auff das Gelt sehen / welches sie mit gewalt / vnd weiß nit mit was newen Instumenten außpressen wollen. Wo dann die alte gewönliche quæstiones vnnd Foltern durch newe Leut vnderlassē würden / hat ein verstendiger Richter auff solches wol einzusehen / welcher auch selbsten mit andern weisen Leutē / so zū Examine wol verordnet vnd gezogen seyn /
T bey der Tortur allzeit zugegen seyn sol. † Wie in dieser Sach Expertissimus D. Binsfeldius *commen. in tit. C. de malef. & mathem.* dieses wol notirt vnd genugsamb zuverstehen gibt.

Daß man aber dem Reo das Haar läst abschneiden / ein Sack anlegen / vnnd mit der gleichen jhn zur Tortur vnd Bekantnuß præpariren kan ohn Sünd vnnd auß guter Meynung wol geschehen / allein deß wegen / daß er etwan kein verbottene Sach oder Kunststuck bey jhm verborgen halte /

halte / vnd die Verbundnuß mit dem bösen Geist leichtlicher entdeckt vñ abgelegt werde / wird diese Ceremoni in Tribunalib. für gut erkant. Wo einer aber dieses brauchen wolt / weil er vermeint / der Reus müst nach abgeschnittenen Haaren gleich bekennen / were es ein verbottene superstition vnnd Mißglaub / vnnd sol zu diesem Endt nicht gebraucht werden. Es pflegen die Zauberer Characteres, zeichen / Wurtzeln vnnd dergleichen Lumpen sachen / die sie von den Bösen vber kommen / zu dem Endt / daß sie fest seyen / vnd in der Tortur nicht schwetzen können / in den Haaren vnd andern örthern deß Leibs verborgen zu halten / welche je weilen / wie wol nicht allzeit jhnen durch helffen † Von einen solchen / welcher Zauberische characteres vnnd Buchstaben bey jhme hatte / schreibt Remig. *lib*. 2. *dæmonolat*. *c*. 4. vnd Paris. de Puteo, neben andern Historicis. Daß zu der zeit / als Silerius der Königin in Dennemarck Christianæ fürnehmer Raht / war heimblicher weiß vmbgebracht vnd als balt ein Inquisition vnnd

V

 fl.issiges

fleissiges nachfragen erfolget/ ist einer auß denen / die vmb die Sach wissenschafft trugen/ Benignus mit namen (der zwar leichtlich hett können entweichen/ weil er nicht inheymisch war) von freyen stücken dem Inquisitori, oder denen die jn suchten entgegen gangen/ dieweil er sich auff etliche Teufflische characteres oder buchstaben / so er von einem Marckkrämer oder Stöhrer vberkommen hat / verliese: vnd hat jhm auch der Anschlag wenig gefehlt/ dañ die Folter Instrumenten seindt eher zerbrochen / als er bekant hat. Zu letzt/ weil jhn sein Gewissen beängstiget/ vnd die That lenger nicht verbergen kundt / hat er selbst freywillig bekāt/ vñ ist enthaupt wordē.

Mit was Geistlichen Mitteln solche Künste sollen nidergelegt werden / wird sönderlich Tit. VII. infra angedeutet.

VI. So viel das Interrogatorium vnd Manier die Gefangene in der Quæstion zufragen / anbelangt / werden vnderschiedliche / doch von der Obrigkeit approbirte Interrogatoria den Iudicibus vnnd Examinatoribus vorgeschrieben / vnnd zu halten befohlen. Es schreiben auch von solchen genugsamb Sprenger. *par.* 3. *mallei. malef. q.* 14. & 15. Grillan. *q.* 7. *n.* 7. Als nemlich was sie dem verdampten Geist für ein homagium, oder Eydpflicht leisten / auff was Manier / solennität vnd Ceremonien solches zugehe / wie sie zu solchen kommen / was sie jme verheissen / mit wz worten / was er jnen hergegen zu haltē geleistet / wz für ein Nutzen / Gelt / Ehr / oder Gut / sie von jhme verhoffen zu vberkommen / wie sie hinauß auff die Zauberischen Dantzplätz gebracht werden / ob sie zu Fuß hin gehen / oder geführt werden / warauß das Hexe Schmär / vnd an welchen Orthen / mit was zuthun sie es kochen vnd zubereiten / mit was Sachen sie die Menschen / Viehe / vnd Früchten verletzen vnd beschädigen / welche vor oder nach reysen auff die Zaubertäntz. Ob es gewiß sey daß sie wachend zu den Zaubrischen X

schen zusamenkünfften/ vnd durch die Lufft leibhafftig fahren / mit was Gelegenheit oder Mittel sie hin vnnd her kommen/ ob es jnen villeicht bißweilen getraumbt habe/ ob sie jhre Mitgespielen vnd böse Geister an solchen Orthen durch eine Verblendung/ oder aber wesentlich vnd warhafftig mit augen gesehen habẽ: was sie für Opffer vnnd Diensten jrem Abgott erzeigen vnd leisten müssen/ was sie am fleissigsten vnd meisten verrichten müssen/ wie vil vnd welche Zauberische Leut mit jnen auff den Hexeplätzen vnd bey den Geistern gewesen seyen/ zu was end vnd wie offt / zu welcher zeit sie müssen zusamen kommen/ was daselbsten jhre Verrichtung sey wie lang sie sich pflegen auff zuhalten/ an was örther/ in der Wiltnuß in Bergen oder fremden Häussern/ rc.

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. III.

AD torturam jam diximus, quæ sufficiant indicia, *tit. præced.* 2. Nunc videndum *qualis hæc esse debeat? quando iteranda? decernendavè? & an in criminibus exceptis major debeat adhiberi, quam in criminibus aliis?* & quæ ejusmodi alia. Sicuti verò tortura regulariter inferri non potest, nisi legitima præcedant indicia, prout probavi *in tit. præced.* 2. ita sequitur, quod ubi hæc indicia præcedunt, reus regulariter torqueri possit. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 89. *num.* 2. Farinac. *quæst. crim.* 38. *n.* 1. qui sic communiter *Dd.* omnes sentire, Et in specie hoc tradunt, quod indiciis exsistentibus possit Judex tutè ad torturã devenire. Et quamvis per torturam nonnunquam fieri possit, *ut innocens pro incerto scelere certissimas luat pœnas*, dicente D. Augustino. *libr.* 19. *de Civit. Dei.* frequenter tamen cogitur Judex eam adhibere, *cum qui se negant crimine quo accusantur teneri torquentur, ut facino-* A

ris

ris veritas, quæ in dice voce non promitur, dolore corporis exprimatur. teste Beato CYPRIANO. *ad Demetriam.* Si itaq; possit aliter quam per tormenta veritas haberi abstinendum Judici tormentis; Verum hodiè præter quæstionem vix aliud eruendæ veritatis remedium superest. Cōfer quæ notavi *ad tit. praced. in prin.*

B De criminibus atrocioribus & occultis (inter quæ præcipuum est *crimen veneficij*, quod ideò inter *excepta*, ut ita dicam, rectè vocari potest *exceptißimum*, ob ipsam scilicet ejus enormitatem, pernitiem & obscuritatem) hic quæritur: *An judex in iis promptior & facilior debeat esse ad torturam?* Quam quæstionem decidam latè infrà *in quæst.* 20. Jure certum est ubi aliter veritas haberi nō potest, facilius concedi ut veniatur ad quæstionē. *L. Divus Pius. 9. in prin. ibi: Sed si aliter veritas inveniri non possit, nisi per tormenta, licet habere quæstionem, ut & Divus Pius rescripsit. ff. de quæstionib.* Et *in L. praced. ff. eodem: ibi: cum capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari & investigari possunt, per reorum quæstiones, efficacissimas eas esse ad re-*

qui-

quirendam veritatem existimo, & habendas censeo: Quare cum in hoc crimine strigũ rarò vel nunquam aliter queat veritas haberi, quia conveniunt de nocte, & in locis desertis & talia crimina nisi coram complicibus committunt, & solis illis detegunt, atq; hinc sunt difficilis probationis. Menoch. *de arbitrar. casu.* 116. *num.* 14. Sequitur in hoc crimine, ut in aliis occultis promptiorem ad torquendum debere Judicem; ac vel maximè, si & eaedem delicta oculta, sint quoque *atrociora,* quia quo gravius est morbus, hoc opus est remedio efficaciore & celeriore. Hinc Imper. *in L. nemo deinceps.* 3. *C. de Episcop. audient.* rescribunt: *patiatur* (nimirum nullo die feriato obstante, de quo tamen Vide Farinac. *d. q.* 38. *n.* 107.) *tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorq; monetæ.* eleg. Baldus. *in d. L. nemo deinceps. num.* 3. Clarus. *lib.* 5. *quæst.* 64. *n.* 6. & ibidem Bajard. *in not. n.* 19. *qui vocant hanc communem sententiam, nimirum in his criminibus Iudicem ad torquendum promptiorem & faciliorem esse debere.* Confirmatur quoq; eadem sententia ex iis quæ *ad tit.*

præ-

praced. 1. & 2. notavimus, scilicet his criminibus leviora indicia sufficere ad torturam. Et ergo vel inde sequitur, quod in iisdem Iudex animosior & promptior debeat esse ad torturam; quomodo loquuntur in hac quæstione *Dd. Patavini* apud M. Ant. Peregrin. *consil. 2. de Sagis. n. 94, & 97.* Cæterum videri posset, hanc quæstionem captatoriam esse, aut certè frustraneam; constat enim, quamvis in his criminibus leviora indicia sufficiant, ea tamen debere esse sufficientia, adeò ut sint apta ad plenè persvadendum animum Judicis, sicuti notavi *ad tit. praced. 2. in fine.* Quo igitur sensu Judex in hisce magis promptior aut facilior erit ad torquendum? sed de hoc infra.

C Originale dictum fuit *Innocentii* referente Farinacio. *quæst. crim. 37. n. 86. & seq.* in atrocissimis permissum Judici jura transgredi, ut in his ordo sit ordinē juris non servare; de quo vide antè alios Tiraquell. *de pœn. temper. causa 49. n. 16. & omnibus seqq. & quæ supra ad tit. pracedent. notavi.*

D Quando Judex ad torturam suffi-

cien-

cientia indicia habet, priusquam tamen ad actum ipsum deveniat, ad hæc sequẽtia debet attendere. 1. ut constet prius de corpore delicti. Imò non solum ad torturam, sed nec etiam ad inquisitionẽ & capturam deveniri non potest non constito de corpore delicti, secundum communem & ab omnibus approbatam opinionem, de qua egregiè Farinac. *de inquisit. quæst. 2. n. 1. & seqq.* Secundo. Ut reo sit data indiciorum copia, & processus contra ipsum jam formati & tempus ad se defendendum sufficiens. 3. ut reus nec sit confessus, nec convictus *de quo notabimus infrà hoc tit. & tit. seq.* Quartò ut per interlocutoriam reum jam damnarit ad quæstionem, expressis in sententia causis, cur; & reus non appellarit, aut frivole & calumniose appellarit: appellationi enim non frivolæ aut calumniosæ deferendum est: adeo ut contra eam tortus & confessus nequeat condemnari. Farinac. *quæst.* 38. *num.* 17. Si tamen constet judici frivolam vel calumniosam esse, potest eam contemnere: poterit autem credere talem esse, quando in processu

cessu erunt indicia legitima ad torquendum quæ reus in termino sibi concesso non sufficienter expurgavit. Si de hac re judex dubitaret, omninò deberet appellationi deferre, & à tortura supersedere. 5. debet judex postquam reus cibum vel potum sumpsit, propter periculum vomitus, ut minimum quinq; vel sex horis, à quæstione abstinere. 6. debet pro gravitate delicti, certitudine indiciorum, & qualitate personarum, etiam qualitatem & gravitatem tormentorum remittere vel acuere: Quæ singula ordine proponit, & egregiè more suo illustrat Farinac. *d. q. crim.* 38. *à. n.* 2. *ad n.* 32. atq; de quibusdam explicatius dicam in sequentibus.

E Quamvis Judex habeat in processu legitima ad torquendum indicia, non tamen de facto potest absq; alio procedere ad torturam, nisi prius interloquẽdo pronuntiet; Reum fore torquẽdum, secundum Farinacium *quæst.* 38. *n.* 7. ubi reprehendit illos Iudices, qui sitientes sanguinem humanum potius, quam Iustitiam, & cupientes haberi justi cum nõ

sint,

ſint, nolunt pronunciare, reum eſſe torquẽdum, ut evitent appellationem à dicta Interlocutoriâ interponendam. Cõfer Gomezium, *tom. 3. var. reſolut. c.* 13. *de tortura reorum n.* 21. *poſt medium & n.* 23. *in prin.* Et ita non ſolum omnes Doctores tenent, ſed etiam in practica omnes Criminaliſtæ communiter obſervant *dicente Gomezio.* Et licet aliàs *verba ſunt Farinacii d. q.* 38. *n.* 8. Judex fatuus dicatur exprimendo cauſam in ſententia, communiter tamen obſervatur, ut in decreto torturæ Judex exprimendo cauſam ſummatim recenſeat omnia indicia & omnes præſumtiones, quibus movetur ad infligendum Reo torturã. De qua communi practica Vide Clarum §. *fin. q.* 93. *verſ. fuit aliquando dubitatum.* ubi tamen teſtatur apud eum in ſententiis criminalibus diffinitivis non inſeri cauſam, niſi quando Rei in contumaciam condemnantur. Quod & hodiè moribus noſtris non ſolum in definitivis, ſed etiam interlocutoriis, & ita nunquam in ſententia cauſam exprimi notorium eſt. Cæterum ab iſto decreto torturæ poſſe *ICivili*

vili appellari, probat textus *in L. 2. C. de appellat. recip.* Et per istum textum, cujus verba satis de se clara sunt, sic expressè affirmarunt *Bart. Bald. Gl. & Dd. communiter ibidem.* Gomez. *d. loco. n.* 23. Verum quicquid sit de Iure Civili & fortè secundum citatos *Dd* etiam in aliis curiis observetur, de stylo & foro nostræ patriæ deq; consuetudine notoriâ, de qua attestantur Geil. *lib.* 1 *de Pace Publica. cap.* 20. *num.* 36. Mynsing. 4. *Observat.* 41. *&* 42. in criminalibus non recipitur appellatio tàm à definitiva quàm ab Interlocutoria. Si tamen super nullitate causæ criminalis agatur, appellatio recipitur in Camera. Mynsing *d. Obs.* 42 Geil. 1. *obs.* 1. *n.* 27. *&* 28. puta si civis & subditus indebitè detineatur. Franc. Bursat. *consil.* 201. *n.* 14. *lib.* 2. Si inquisitio injustè & informiter instituatur; item si indiciorum copia per eos, ad quos illa res pertinet, petita; petentibus sit denegata. *Bald. Castrens. Purpur. Alciat. Cæpolla. Socin. senior. & alij allegati* à Cothmanno *vol.* 3 *resp.* 29. *n.* 437. *&* 438. Item si tortura vel indebitè, vel immoderatè, & indiscretè adhibeatur

tur vel aliud gravamen irreparabile inferatur: Farinc. *quæst.* 38. *num.* 12. ubi *num. seqq.* multa notabilia ponit, quando videlicet appellatio à decreto torturæ possit à judice reiici tanquam evidenter calumniosa & frivola &c. de quibus hic lectorem monere superfluum, quippe hodiè in causis criminalibus omni appellationis viâ præclusâ. Cæterum ut id breviter inspergam, sunt plurimi qui appellationes in criminalib. licitas esse, & Germaniæ nostræ moribus recipi, in cõtrarium respondent, E quibus est Cothman. *vol.* 3. *resp.* 43. *n.* 64. & *responso.* 15. & 16. *vol.* 1. ubi multos alios allegat. V. etiam Dan. Moller. *cap.* 3. *lib.* 4. *semestr.* Petr. Friderum Mindan. *de processib. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 2. quem fortè præter meritum durius perstringit A. Reyger. *in not. ad Mynsinger. d. Obs.* 41. Consentit tamen *Geilio & Mynsingero* VVesenb. *in ϖ. ff. de appellat. recip.* ubi dicit hanc consvetudinem in plerisque locis Germaniæ observari. Ego litem hanc non facio meam, sed saltem moneo: *tene quod temet usus & non eris delusus.*

F Existentibus indiciis sufficientib. Reus nondum torqueri potest, nisi prius eo posito *ad largam* (sicuti loquitur Farinac. *d. q.* 38. *n.* 3.) datoq; ei competenti termino ad faciendum suas defensiones una cum copia indiciorum contrà ipsum existentium, secundum communem & pariter ab omnibus approbatam opinionem, de qua testantur Menoch. *de arbitr. casu.* 77. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *c.* 13. *n.* 21. Plotus. *in L si quando n.* 636. *C. unde vi* & Farinac. *quæst.* 39. *per totam n.* 1. *& aliquot seqq.* ubi infinitos allegat, & ibidem. *num.* 13. explicat, quid sit, *ponendum esse Reum ad largam*, videlicet ad carceres publicos, in quibus possit ad sui libitum alloqui & consulere suos Advocatos, Procuratores, & amicos. Et quamvis nō desint, qui velint *in atrocissimis* Iudicem non teneri antè torturam, reum ad largam ponere, sed tãtum ei dare commoditatem alloquendi Procuratores & Advocatos in præsentia Iudicis, Fiscalis, vel Notarii; attamen eos reprehendit Farinac. *d. quæst.* 39. *num.* 14 qui vult ut semper Rei ad largam ponantur cum libera

bera potestate alloquendi quos volunt: Et ita si faciet Iudex, *inquit Farinac.* tutius faciet. Benè tamen *Farinacius* id limitat, nisi subsit timor subornationis testium, ac si ultrà timorem subornationis concurrat etiam atrocitas delicti, tunc posse Iudicem licet non in totum defensiones Reo tollere, benè tamen defendendi modum restringere & limitare, nimirum etiam quoad allocutionem liberam, ut hanc non concedat nisi in pręsentia Notarii, vel Fiscalis aut alterius personæ ab ipso deputandæ. Vide Farinac. *d. quæst. num.* 70. Cæterum de copiis indiciorum dandis probabiliter addubitatur, *nunquid sit danda copia indiciorum & processus informativi in criminibus atrociorib. exceptis?* De hac quæstione dixi *supra in monitis*; Et omninò existimo tàm dandam esse Reo copiam indiciorum, quàm ei non denegandum esse Advocatum: In exceptis criminibus non posse denegari Reis Advocatum, unanimiter tenuerũt *Dd.* omnes quos citat ac laudat Delrio. *lib.* 5. *in append.* 2 *quæst.* 38. eleganter Cothman, *vol.* 3. *resp.* 29. *n.* 153. *& seqq.* & ICti

 Pa-

Patavini apud M. Ant. Peregr. *cons. 2. de Sagis. n. 145. & multis seqq.* Et ergò si reis concedendus est Advocatus, utiq; minimè copia indiciorum ipsis denegari potest. Quare optimè Gregorius de Valentia *disput. 6. quæst. 13. punct. 4. §. ult.* in causa maleficii dandas defensiones reis, audiendosq; Advocatos, sicut in cæteris causis: prudenter tamen simul admonens, nomina testium contra Reum testificantium, non esse edenda reis & eorum Advocatis, quando propter personarum potentiam imminere posset testibus aliquod periculum: Quin immò putarem, etiamsi nullum sit periculum, haud tamē ea esse edenda scilicet in hac causa veneficii, propter periculum Nominationis, ne hujus criminis Rei hinc permoti, ipsos testes posteà in tortura denuntient, ac criminis socios nominent: atq; hoc singulariter est notandū, quod & ita in hoc crimine exceptissimo observatum memini; quamvis alias in aliis causis regulariter sola dicta testium non sufficiat publicari nominibus tacitis. Quomodo eleg. Pontifex *in cap. 21.*

& 24.

& 24. *de accusationib.* respondet *non solum dicta, sed etiam ipsa nomina, ut quid à quo sit dictum appareat, publicanda, & exceptiones seu replicationes legitimas admittendas, ne per suppreßionem nominum infamandi, & per exceptionum exclusionem falsi deponendi audacia præbeatur.*

Concludo igitur Reis in hac causa esse dandam copiam indiciorum, & concedendum Advocatum; quando tamen Judex intelligit subesse certum periculũ, ne per talem communicationem debita processus in hoc crimine expeditio frustretur, eo quod Advocati velint minutias, ut solent, discutere, vel ut fermè fit, reus indè pertinacior ad negandum efficeretur, licebit ei restringere tempus ad faciendas defensiones, & decernere, quod copiæ exhibeantur Advocatis originalia indicia per eos, videnda, prout eleganter Farinac. *d. q.* 39. *n.* 112. ubi testatur ita in atrocissimis in Urbe servari. Et ut Advocatorum technis atq; moris occurratur, potest Iudex statuere, ut cum Reo nunquam soli sint, sed semper cum eo agant se præsente vel Fiscali

vel Notario, ut sic omnis subordinatio, instigatio & induratio ad negãdũ impediatur, prout dictum jam antè ex Farin. *d. q.* 39. 14. *& n.* 70. Et satis occurritur huic Advocatorum retardationi *per Constitut. Carolinam* P. H. O. *artic.* 88. juxta quam poterit cogi Advocatus, *ut sub juramento promittat*, se Reum ad negandum delictum non instigaturum aut subornaturum, & non usurum nisi justis defensionibus, & cum reum viderint criminosum esse, se cessaturum à defensione, Bajard. ad Clarum. § *hæresis n.* 22. Quod si igitur Iudex posteà deprehendat Advocatum tricari, dolosè procedere, vel aliquid frustratoriè proponere, *potest iterum exigere jusiurandum*, imò si vehementer præsumat de dolo Advocati, potest illius propositionem reiicere, & ultra procedere. Sic ex *Farinac. Bajardo. Deciano, aliisq; Criminalistis* eleganter ICti Colonienses *in Consilio quod extat apud Cothmannum vol.* 3. *post responsum.* 29. *n.* 237. *& seqq.* & latè ipse Cothman. *in d. resp.* 29. *num.* 153. *& multis seqq.*

G Quando contrà Reum adsunt tot

indi-

indicia & probationes, ut illum reddant nedum suspectum, sed etiam convictũ de crimine, de quo agitur, tunc in quam ipse Reus sic convictus non torquetur, sed condemnatur, quia tortura non nisi in subsidium & ubi veritas aliter haberi non potest, infligenda est, *per textum expressum in l. Divus Pius 9. in pr. ff. de quæstionibus.* qui quidem textus licet loquatur in servis & in causâ pecuniariâ, generaliter tamen in omni personâ, *per Doctores communiter*, intelligitur ut videre est apud Boër: *decis.* 163. *n.* 1. Mascard. *de probat. lib.* 5. *concl.* 1385. *n.* 3. Bossium. *in tit. de indic. & considerat. antè tortur. n.* 129. Bertaz. *consil.* 153. *n.* 8. *lib.* 1. Farinac. *d. q.* 38. *n.* 4. *vide quæ notavi. suprà ad hunc tit. lit. b.* An vero quis ex indicijs convictus possit damnari? de ea quæstione notavi, suprà *ad tit. præced.* 2. *lit. C.* & dicam plenius infrà *ad titulum.* 7.

Stantibus inditijs Judex non potest torquere Reum, quando comedit vel bibit; sed debet exspectare per aliquot horas, quibus digestio perficiatur, ne scilicet vertatur torquendo stomachus, & H

vomendo patiatur, & sic non possit Reus examinari: Clarus *in pract. §. fin. quæst. 64. vers. decreta tortura.* JCti Colonienses *in consilio. quod extat apud Cothmannum. vol. 3. post. responsum. 29. n. 247.* qui ideò dicunt, debere Judicem animadvertere, ne Reo torquendo cibus vel potus præbeatur, aut si datus sit aliquot horis postsumptionem à torturâ abstinere. *Verum per quot horas exspectabit?* JCti Colonienses *d. loco. apud Cothman.* dicunt, debere Judicem decem vel saltem octo horis post sumptionem abstinere, & tot horas de consvetudine servari testatur *Clarus. d. loco.* sed credo, cum Farinacio *d. q. crim. 38. n. 32.* quod sufficiat exspectare *per quinq; aut sex horas* quoniam eo tempore est perfecta digestio, & stomachus aliam cœnam requirit. Atq; ita vidit servari Farinacius. *ipso attestante d. n. 32.*

I. Judex sedulo curabit, ut *humano more* Reus torqueatur, & quoniam abundans cautela non nocet, hinc Facultates Iuridicæ in responsis suis hæc inserunt verba: **mit der Tortur Menschlicher weise zubeleggen.** Semper namq; *in torturis*

ris ad bibendis debita mensura, & is modus debet observari, qui vel æquitati ac moderationi Christianæ, vel naturali modestiæ & verecundiæ consentaneus est. Eleg. Farin. *quæst. crim.* 38. *n.* 34. *& seqq. ubi modos & gradus torturæ rectè proponit.* Confer etiam Cothman. *respons.* 29. *n.* 229. *& seqq vol.* 3. *ubi modum inculpatæ severitatis adhibendum esse, benè docet.* Debet igitur Iudex, *licet delictum sit atrocissimũ*, eum modum & diuturnitatẽ quæstionis in eo servare, ut corpus Rei maneat illæsum. *L.* 7. *de quæstionibus*. illæsum dico quoad carnis lacerationẽ, aut ossium vel nervorum fracturam, nam quoad discompaginationem sive disiunctionem iuncturarum & ossium non immoderatã, vix in tormentis ea potest evitari. Delrio. *lib.* 5. *disquisit. sect.* 9. *vers. torturæ modus.* Hic possunt nonnulla *de gradibus torturæ.* notari, ex *Farinacio. d. q.* 38. *n.* 34. vel ea potissimum de causâ scitu digna: etenim cum torturæ modus judicis arbitrio relinquatur, *per ea quæ notabo ad lit. seq. n.* scire oportet *quot sint gradus torturæ*: ita enim judex hoc suum arbitrium circâ modum torturæ certius regulare

lare poterit. Est verò magis *communis Dd. opinio*, & usu servata, *quod torturæ gradus sint quinq;.* Primus est, quando judex mandat reum spoliari, ligari, funi applicari, & in ordine poni, ita ut nihil aliud deficiat, quam sola elevatio, Quo quidē *primo torturæ gradu* judex vtitur, quando indicia sunt levia, & non talia vt sufficiant ad plenam torturam, licet bene reū suspectum cognoscat, item judex eo vtitur non in robustos, versutos, atquè dolosos viros, sed in debiles timidos, pusillanimos, ac delicatos: qui ut experientia docet cum hoc solo primo torturæ gradu delicta fassi sunt sæpissime: licet enim hæc sola territio non possit propriè dici tortura, quia vere corpus, non affligit, nec illi dolorem incutit, quia tamen bene torquet animum animoq; ob illum timorem, dolorem & cruciatum non mediocrem affert, iccircò saltem largo modo potest dici tortura,

Secundus torturæ gradus erit, quando reus in tortura elevatur, ibidemq; detinetur modico tempore, videlicet per vnum *Ave Maria*, per vnum *pater noster*, vel per

per vnũ *Miserere*, absq; tamen vlla squassatione, & isto secundo gradu torturæ, quæ etiam potest appellari levis, vti possunt judices, quando habeant reum magis suspectum, quam in primo gradu, & indicia sunt plene probata, non tamen sunt ita plena, & ita propinqua, vt ad pleniorem, seu graviorem torturam deveniri possit.

Tertius est gradus, quando judex detinet Reum in tortura per spatium duorum *Miserere*, vel paulo plus, absq; tamen squassatione, & ad hoc devenire solet judex, quando indicia sunt plena, & plene probata, delictum tamen non est atrox, vel si atrox, reus tamen est nobilis vel alias honestæ familiæ, ac bonæ conditionis, & famæ; his enim casibus judex potest adhibere hunc tertium torturæ gradum.

Quartus est torturæ gradus, quando reus diutius detinetur in tortura, videlicet, vel per tertiam partem unius horæ, vel per mediam, vel per duas tertias, partes, vel etiam per horam integram, cum uno, duobus, vel pluribus ictibus funis,

vel

vel squassationibus. Et ad hanc torturæ speciem nunquam judex devenire debet, nisi prius indicia sint urgentia, & bene probata: & ob id reus sit suspectissimus, quod habeat membra robusta, & quod crimen sit atrox, & scandalosum.

Quintus & ultimus est torturæ gradus; quando reus in tortura suspensus pertinaciter negat, & torturam ipsam parvipendere videtur, judexq; ultra ictus & squassationes, de quibus in præcedenti gradu, mandat in ejus pedibus ligari, vel compedes ferreos, vel aliud simile pondus. Et ad istud tormenti genus, quod sævissimũ est, & ex quo corpus dilaniatur membra dissolvuntur, & quandoque à corpore evelluntur, ita quod torti rei utplurimum magis mortem expetant, quã talem crudelem torturam sustinere, judices devenire non solent, nec debent, nisi ultra requisita in præcedenti quarto torturæ gradu crimina non solum sint atrocia, sed atrocissima &c. *Hæc Farinac. d. loco.*

K Quæritur: *An in atrocioribus & exceptis major debeat adhiberi tortura, quam in* aliis

aliis criminibus? Et respondent *Doctores cōmuniter*, in hisce acerrimam esse torturam adhibendam. Clarus *quæst*. 64. *n*. 32. Brumus. *de indit & tort. part*. 2. *q* 5. *n*. 52. Farin. *d. quæst*. 38. *n*. 34 *& seqq*. Boss. *in tit de indic. n*. 172. 174. *& latius. n*. 195. *&* 200. Grammat. *decis*. 34. *n*. 38. *& decis*. 35. *n*. 4. Alexand. *consil*. 62. *n*. 5. *lib*. 3. & JCti Patavini apud M. Peregrinum. *cons*. 2. *de Sagis. n*. 114. *& seqq*. qui in specie de delictis *nocturnis*, *occultis & secretis* agunt in quibus sicut Iudices proniores esse debent ad torturam, *per ea quæ notavi suprà lit. b*. sicquoq; si inditia urgeant, acerrima adhibenda est tortura. Quæ est illatio prædictorum ICtorum *d. loco*. ubi tamen addunt, de eo non posse certam dari doctrinam, quia pro modo indiciorum ac etiam ipsarum personarum tormenta sunt augenda & minuenda. & quandoq; plena tortura danda est, quandoq; minor, aliquando levior. *Clarus & Farinac. dd. locis*. Atq; hinc præcitati Doctores hoc totum prudentis Iudicis arbitrio comittendum censent, ut torturam intendat vel remittat, prout in conscientia

tia judicabit de quo notabo pluribus *ad lit. sequentem. n.* quod uti non impugno; sic hoc in casu optimum tamen putarem *sequi loci consvetudinem*, ita ut Iudex præter solitum morem nec facilè in exceptis criminibus torturam adhibeat; nec modum in provincia usitatũ excedat. Optimè ICti Patavini *d. consil.* 2. *num* 138.

Consvetudines Curiarum in modo torquendi sequendæ sunt:

Curiarum stylus in ordinibus indiciorum servandus est.

Stylus fori quoad torturam & alia servandus est.

Et in his atrocioribus & gravioribus delictis servandum esse stylum & loci consvetudinem multoties dixere scriptores. *Clar. Innocent. Mascard. Farinac. & alii* quos laudant Patavini *d. consil.* 2. *n* 141.

Inter crimina excepta potissimum esse videtur veneficium, seu Magia strigum, cum quo crimine ordinariè alia crimina quam plurima, eaq; gravissima

tum

tum in Deum, tum adversus homines solent esse conjuncta: Talia sunt. *Primò*: Hæresis seu infidelitas: pleriq; enim à fide Christiana & Catholica, nonnunquã etiam ab ipso Deo, & SS. Trinitate, per manifestam apostasiam deficiunt, Deum aut saltem Christum; fidemque Christi abnegantes, ac fidei in baptismo susceptæ abrenuntiantes: aut certè non credentes diabolum esse malum & fallacem spiritum, eumq; una cum suis alseclis pœnas æternas subire: Unde Prosper. Farinacius *tractatu de hæresi, qui habetur parte* 8. *operum criminalium q*. 181. §. 1. *n*. 46. ex Delr. *disquis. mag. lib*. 5. *sect*. 5. refert; *lamias esse suspectas de hæresi, & rarò hanc suspicionem fallere*. Et *sect*. 15. *ait*, lamiarum seu strigarum crimen cum hæresi conjunctum esse. *Secundò*: idololatria in cultu diaboli, cui totas se mancipant, & sacrificia offerunt, aliosq; deferunt honores. *Tertio*: Blasphemiæ in Deum, Christum, B. VIRGINEM, & omnes Sanctos. *Quartò*: Omnis generis sacrilegia, quæ per abusum Sacramentorum, rerumq; sacrarum, & ipsius sacratissimæ

Euchariſtæ nefandam dehoneſtationē, ſæpiſſime committunt. *Quintò*: Luxuria infanda, ac nefariæ cum dæmone commixtiones. *Sextò*: Damna proximorum, ut homicidia, mortes animalium, vaſtationes ſegetum, aliaq; ſimilia, quæ fuſius etiam referunt Binsfeldius *Commentario ad legem*, *Nemo. Cod. de Maleficis & Mathematicis, in principio*, & Delrius *diſquiſit. Magic. libr. 5 ſect.* 16.

M Ex hiſce *ad præcedentem lit. l.* dictis patet, veneficos & ſagas tanquam non ſolum in Deum ac religionem impios & blaſphemos, ſed ēt omnium peſſimos ac nocentiſſimos ſalutis humanæ ſeu *communis hoſtes ſalutis*, uti loquitur Imper. *in L. fin. C. de Malef. & Math.* dignos eſſe morte & extremis ſuppliciis, ac omninò è Republ. quoad fieri poteſt, exterminandos. juxta illud *Exodi. 22. verſ.* 18. *Maleficos non patieris vivere.* Et benè Imp. *in L multi. 6. C. de Malefic. & Mathemat. veneficos* inquit, *quoniam naturæ peregrini ſunt feralis peſtis abſumat*: quod explico fuſius infrà *ad prin. tit.* 12. Quare nequeunt à graviſſi-

NB mo peccato excuſari Magiſtratus, qui ejuſ-

ejusmodi crimen, quantumvis sæpè apertis indiciis satis sese prodat, per oscitantiam dissimulant. Neq; hic mihi tempero, quo minus adscribam quod singulariter notandum esse monuit his verbis Delrio *lib. 5. disquisit. Magic. sect. 4. vers. Tertio si dubium sit. In Magiæ crimine*, ait Delrio, *semper sub mortali peccato unusquisque tenetur, confestim Sagas denunciare: Et ideò qui non revelant hoc crimen, extra Confessionem sacramentalem, acceptum indicium contrà se, saltem ad inquisitionem etiam specialem præbent.* Quomodo ergo propitiis auribus audiemus illos, qui pleraq; ejusmodi strigum crimina ac speciatim corporalem translationem & consvetudinem cum Dæmone negant, vel aliàs ipsam etiam Apostasiam extenuant, ut Sagas ab ignis supplicio liberent, *Sed de his agam plenius in decis. qq. 2. & 3.* Nota.

Communis hæc opinio est, *torturæ modum Iudicis arbitrio committi*, quam firmat Carolina Constitutio. *art.* 58. & textus expressus *in L. 7. de q.* Et ibi hoc notant *Gl. Bartol. & communiter omnes*, & *ad saturitatem Marsilius* inquit Farinac. *quæst.* N

38. *n.* 33. *in fin.* eleganter præ aliis Menoc. *de arbitr. casu* 271. Cravet. *consil.* 287. *n.* 6. Bertaz. *consil. crim.* 215. *n.* 3 *lib.* 1. Farinac. *d. n.* 33. qui benè docent circa modum torturæ non posse dari certam & determinatam regulam, cum hoc totum dependeat ex gravitate vel levitate delicti: Item ex qualitate indiciorum, nunquid scilicet levia aut urgentia sint, & an plura vel unicum: item ex qualitate personæ torquendæ, an sit robustus, fortis, debilis & delicatus, an minor an major, an senex, an juvenis, an sanus an infirmus, an timidus an versutus & his similia; Unde *citati Dd.* admonent Judices ut minus torqueant Nobiles & Doctores quam plebejos & minus etiam debiles quam robustos &c. tametsi ut hoc addam, *Clarus* ex communi opinione neget *Doctores* torqueri posse, quem vide *lib* 5. §. *fin.* *q* 64. & adde Gotofred. *ad L.* 8. *ibi*: *quæstiones neq; semper in omni causa, & persona desiderari debere arbitror. ff de quæst.* Quod quidem jure ordinario verum est, attamen in crimine maleficii & in cæteris exceptis, nec nobilitas nec dignitas per-

se excusat à tormẽtis, *per textum expreßißimum in L. etsi excepta. 7. C. de Malef. & Mathem. L. de minore 10. §. 1. de quæst.* latè Farinac. *quæst.* 41. *n.* 100. Covarr. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 9. nihilominus Doctores & Nobiles levius torquendos docet. Decianus. *consil.* 93 *n.* 137. quod æquum est, ut & illud, contra tales exigi indicia clariora quam contrà alios. per tradita Bajardi ad Clar. *d. q.* 64. *n.* 63. Confer quæ notavi supra *ad tit.* 1. *ferè in fine.* Verum tamen etiam hæc & similia *ab arbitrio judicis* dependent, qui his casibus ex enormitate delicti & gravitate indiciorum rectè arbitrabitur Stat itaq; à judicis arbitrio modum torturæ dependere. Verum arbitrium illud non quodvis libidinosum, affectatum & in proprio cerebro natum, sed juridicum & legibus naturalibus & civilibus consentaneum, & ex ipsa Jurisprudentia haustum arbitrium accipi & intelligi oportere, plurimis monet Cothman. *vol.* 5. *resp.* 29. *n.* 247. Et jam ante dixi, debere Judicem arbitrium suum in tortura adhibenda *ad consvetudinem & stylum fori lociq́;* dirigere; Cæteroquin cũ

nero in tract. Theol. de processu advers. venefi. cas. cap. 3. in fin existimo, præstare si Principes & Rerumpublicarum Rectores illimitatam illam Judicum arbitrandi licentiam certis limitibus ac definitis quibusdam regulis circumscribant; ut sic debita mensura, semperq; modus in torturis adhibendis certius observari possit.

O Licet legitima adsint contrà Reum indicia, non tamen Judex tormento novo aliquo, sed solito & consveto tantum, quod in similibus delictis, adhiberi solet, uti debet, nisi velit Carnifex Justititiæ appelari & animam suam sepeliri in inferno. juxta Farinac. *d. q.* 38. *n.* 55. *& seqq.* Quæ verò solita & consveta tormẽta sint, recenset Farinc *d. quæst. n.* 61 *& seqq.* sic ordinariè in omnibus fermè locis adhibetur tormentum funis, sed, ut vulgo dicunt, cordæ, manibus rei post terga ligatis, quod est jure probatum & in praxi receptissimum. *L. nullius. C. ad l. jul. Maj. l. decuriones. C. de pœnis* item appropinquatio ignis ad plantas. Clar. *d. q.* 64. *n.* 35. Farinac. *d. quæst.* 38. *n.* 69. vel compe-

pedes ferreos vel baculum infrà pedes ponere vel deponere reum & refrigeratum iterum sublimem facere, & similia memorata à Farinacio *d. loco.* Ex quisitissima torturæ genera memorat quoq; Cothman *vol. 3. resp. 29. n. 229. & seqq.* præsertim *n.* 236. ubi dicit, quando corpori nudo sulphur incensum & ardens injicitur, novo prosus torquendi modo; vel quando umbilico ferreum instrumẽtum, vermibus refertum, imponitur, aut vermes ad scindendum atq; rodendum Rei corpus per focum & ignem in instrumento excitatum, irritãtur & magis magisq; armantur. Ejusmodi torturæ atrocitatem & ferocitatem in Reum jura non permittunt, & ipsa humana conditio abhorret.

Pauli 3. sapientissimi Pontificis Bulla. 58. meritò cunctis Judicibus sequenda foret, quæ vetat reum in tortura ultrà horæ spacium detineri excepto tamen tormento insomniæ, *de quo infrà in hoc tit:* itaq; non licebit torquere reum per tres vel quatuor horas, pro ut scio quosdam nedũ iniquos, sed ignotos Judices fecisse.

le. Vide Delrium *lib.* 5. *in app.* 2. *q.* 27. qui tamen concedit cum Farinatio *in quæst.* 38. *n.* 54. alijsq; nonnullis Doctoribus, in atrocissimis delictis reum torqueri posse ad unam horam aut paulò amplius, ut tamen si adhibeatur tortura ultrà horam, non excedat quartam partē secundæ horæ *Farin. d. n.* 54.

Q De hac purgatione *vulgari* disputo copiosè *infrà in decisione quæst.* 1. quo lectorem remitto. Et præterea agunt de illa S. Thomas. 2. 2*dæ. q.* 95. *a.* 8. *in add.* 3. D. Anthonin. *part.* 4. *tit.* 15. *c.* 34. §. 2. *&* egregiè more suo Delrio *lib.* 4. *disquisit. cap.* 4. *q.* 3 4 *&* 5. De purgatione *Canonica* videbis Menoch. *de arbitrar. judic. casu.* 274. Clarum. §. *fin. quæst.* 63. *n.* 4. & benè Simancam *in praxi tit.* 54. *n.* 13. qui toto illo titulo hanc materiam rectè prosequitur. Conjunge Sprenger. *in mall. malefic. q.* 15. *& seqq.*

R Tormentum insomniæ seu vigiliæ optimè nobis descripsit Faninac. *d. q.* 38. *n.* 70. *&* 71. Baiard. ad Clarum. *d.* §. *fin. q.* 64. *post. n.* 105. *& seq.* sed illo hodie ex prædicta ratione non utimur: Et hinc

subit

ſubit mirari, quare Delrio *lib.* 5. *ſect.* 9. *v. torturæ modus. in fine.* hoc tormentum omnium optimum & tutiſſimum eſſe putaverit, eoq; maximè utendum quoad Mulieres, præſertim honeſtiores, ut ſunt Moniales &c. cum tamen dicente *Farinacio* tormentum illud inſupportabile ſit, tum ratione temporis, tum ratione immenſi cruciatus & doloris; adeoq; ſolum in atrociſſimis conſvetum fuerit.

Jam ſuprà monui, debere Judicem ad ſtylum curiæ ac receptum morem patriæ in modo torturæ adhibendo attendere. Unde poſſet dubitari. *Utrum conſvetudines locorum, quoad modum torturæ ſimpliciter ſequendæ ſint, cum magna ſit differentia perſonarum, indiciorum, criminum, ita quod non ſemper uno & eodem modo poſſit procedi, & caſus, cauſæ, & genera tormentorum, ſive lege, ſive conſvetudine nequeant determinari?* Sic quidem in præſenti tenuerunt Doctores Patavini *in d. conſil.* 2. *de Sagis. n* 141. quod uſus & ſtylus curiarum præcisè ſequendus Judicibus, etiam in gravioribus & atrocioribus. Clar. *lib.* 5. §. 1. *n.* 6. Menoch. *de arbitrar. caſu.* 474. *n.* 62.

Malcard. *concl.* 1317. *n.* 47. Farinac. *q.* 43. *n.* 144. Sed etiam *Doctores Friburgenses* fatentur Judices à novis & inusitatis in provincia torquendi modis abstinere debere, & in hoc crimine consvetis & solitis uti, si tamen modus torturæ in provincia receptus esset admodum remissus, & pro criminis gravitate & personæ qualitate non satis acerbus: tunc is qui est consvetudine generali, aut legum interpretatione in aliis provinciis approbatus sequendus foret: Quemadmodū enim grassantibus delictis supplicia exacerbanda sunt. *l. aut facta § fin. D. de pæn.* ita & quæstionum modi, lege aut consvetudine permissi, sunt intendendi: vera hæc esse affirmat Delrio. *lib.* 5. *in append.* 2. *quæst.* 35. nec ipse dubitat quandoque modum torturæ solitum ex justa causa mutari posse: sed *à quibus*? an *ab omnibus judicibus*? non arbitratur id *Delrio.* Et rectè. De *judicibus inferioribus*, qui in statuta jurant, sequor sententiam *Dd. Patavinorum in consil.* 2. *de Sagis. n.* 142. *apud M. Ant. Peregrin.* nec puto illos arbitratu suo consvetudines & statuta, quib. subsunt, mutare vel transgredi posse: occurrente

necessitate eorum est Principem consu-lere; *Summos vero Iudices*, qui judicant au-ctoritate suprema, nec jusiurandum il-lud præstant, quoniam astringuntur sola æquitate, puto non quidem pro libitu statuta illa & receptas consvetudines transgredi posse, vix enim id fiet sine gra-vi scandalo, sed posse prudenti arbitrio illas moderari, & interpretari, pro exi-gentia casus occurrentis argumento si-milis distinctionis, quâ Dd. utuntur in quæstione *an judex contra privatam scien-tiam ex allegatis & probatis judicare teneatur? de quo articulo dicetur infrà ad tit. 6.* Cer-tum est plus debere licere supremis illis quam infimis. Hæc quæstio eandem dif-ficultatem in Germania non habet, ubi sequendæ Cõstitutiones Carolinæ cum congrua Iperitorum interpretatione.

Eleganter Farinac. *quæst. crim.* 37. *n.* 145. *Quando Iudex, inquit, aliquem torquet, debet esse præsens torturæ, & benè semper vi-dere reum, quomodo se habeat, & an deficiat, nec ne, & si videt illum deficientem, debet sta-tim mandare illum deponi, alias si hanc n[...]d hibuerit diligentiam, positoque reo in to[...]*

ra, vel abeat, vel ad alias stantias divertendo ibidē edat forsan, & bibat, ac, quod pejus est, ludat, prout vidi plures judices hæc & similia facere reum relinquendo, vel solum, vel manib. custodum, ut plurimum crudeliū, & indiscretorū, tortusq; ob id deficiens in tormentis moriatur: non crederem hunc judicem immunem à pœna saltem extraordinaria pro modo culpæ ex eo, quod non assistit torturæ, prout assistere, debet, secundum Menoch. de arb. quæst. libr. 3. casu 340. n. 13. vers. in dubio credo esse præsumendum. *Assistant ergo judices semper torturæ, & si assistere nolunt timore pœnæ legalis, assistant saltem, ne adveniente morte rei subeant calumnias & vociferationes popularium & vulgarium, quia aliquando de facto propter hujusmodi casus armata manu contra officiales etiam innocentes insurgunt, prout alias evenisse testatur Clarus. §. fin. q. 64. sub versic. Iudex autem: & Fari- acius. d. loco.*

V Reperiuntur multi malefici, qui cōtumacissimè tormenta perferunt, muniti, ut ipsi vocant, remedio sive maleficio *[illegible]urnitatis:* quod maleficium tradunt [illegible]poni ex corde, vel alijs membris intan-

fantuli non baptizati, violenter necati, & in pulverem redacti, quibus cineribus corpori inspersis, vel occultatis, silentij hanc vim consequantur. de quo vide antè alios Sprenger. *in mall. malef. p. 3. q.* 14. *&* 15. Certum est in tormentis multos hoc silentium retinere, vt scriptores plerique testantur, & quotidiana narrat, experientia. Vide, si placet Grilland. *q.* 4. *n.* 12 Jod. Damhouder. *in praxi crimin. cap.* 37. *n.* 21. *&* 22. Fit autem hoc artificio Diaboli multis modis, quorum quosdam observat Binsfeld. *in l.* 7. *C. de. malefic. p* 1. *concl.* 15. Etenim multiplex est causa hujus silentij, *vel enim tacent quia dolorem non sentiunt*, vel *quia loqui non possunt etiam si sentiant*; vel *quia nec sentiunt, nec loqui possunt*; ut quando profundo somno opprimuntur, (somnum hunc conciliat dæmon causis mere naturalibus, ut medicamentis soporiferis & similibus) vel sane, *quia licet sentiant & loqui possint; robusti tamen atque fortes omnia tolerant, & obstinato animo cruciatum interrogationesque omnes contemnunt*; Vt non sentiant, solet dæmon efficere per quædam natura-

lem vim obstupefaciendi sensus habentia, quibus fit, ut vel dolorem non sentiant, vel lenior & tolerabilior dolor videatur, de qua re doctè disquirit Delrio. *lib. 2. quæst.* 21. Aliquando pondera appensa ipse levat, & corpus ipsum sublevat, funes quoque quibus ligati & extensi laxat, aliquando vero ea quæ corpori infligi videntur; ipse alio avertit, aut vim eorum priusquam corpus contingant tollit, aut aliquid medium densum & solidum, quod simul facit ne adstantibus sit, conspicuum, interponit. Aliquando denique corpus, ipsum malefici ex eculeo tollit, & aliud substituit: quæ cuncta cum DEUS permittit; illi facillima sunt, *rarius tamen hanc superpositionem corporis alterius confingere puto frequentius vero aversionem illam sive depulsionem, item interpositionem* cum Delrio *d. loco.* Silentium etiam solet Diabolus inducere occupatione corporea malefici, præclusis illi interius faucibus & ore, ea moderatione, ut non præfocetur, loqui tamẽ non queat; interdum etiam organo auditus sic obstructo, ut judicis voces interrogatio-

neisq;

nesque non exaudiant rei; quorum omnium exempla suggerit Nicol. Remigius *lib. 3. Dæmonol. c. 8. & 9.* Aliquando duntaxat prope adsistit & dehortatur à confessione, adhortaturq; ut brevia hæc tormenta spe vitæ præsentis longioris, & æternæ cum illo beatitatis, fortiter ferāt; demum addit minas, & intentat sæviora, si quid promant. Denique solet illis mēbranulas & alia instrumenta magica, varijs notata Characteribus, suppeditare, quibus in locis corporis secretissimis abditis, ex pacto sensum adimit doloris.

Vt his Judices obvient; quid non moliuntur? multa rite, multa perperam. Et ad removendā taciturnitatem quosdam modos recenset Berlich. *part. 4. concl. 4. n. 171. & seqq.* nimis tamen frigidè, & melius de hisce modis ac Judicum cautelis contra maleficium taciturnitatis disserit Delrio *d. lib. 5. sect 9. vers. vt his Iudices obvient.* sunt qui aquam frigidā sed prophanam ori infundant; id si *in ipsa quæstione fiat*, quia cruciatū adfert, & periculosam convulsionem, pars tormenti censendum; si *post quæstionem*, adhuc æstu-

æstuante corpore, idem arbitror: *si diu post*, quid operari queat nisi ex pacto & maleficè non intelligo; minus *si ante quæstionem*, vt plerique solent: cavendum ergo ab hoc modo. ita Delrius: quæ junge Berlich. *d. concl.* 4. *n.* 173. Qui *benedictam aquam* infundunt, sive ante quæstionem sive in quæstione. si sic directè ad veritatem promendam putant eas adigi, vereor ne superstitiosi: sin indirectè, quod obsessas credant, vel dæmonem prope adsistere, & ideo piacularem hanc undã propinant, vel inspergunt, non ausim damnare. Probem magis. Catholicis enim constat fugando dęmoni efficacem hanc lympham: quare fortassis etiam svadendum, ut citra superstitionem circumcirca equuleum aspergatur locus, & sit in loco qnæstionis usui futura aqua benedicta. Ita ex sententia Catholicorum Delrio: *Quem Vide lib. 6. c. 2. sect. 3. q. 3. lit. Dd.* ubi antiquitatem aquæ benedictæ & efficacitatem variis exemplis docet. Et nominatim W*ierum* sive mendacii sive impudẽtis calumniæ arguit. Plurimi alii modi hac in re traditi sunt à

Spren-

Sprengero & sociis *in mall. malef. part.* 3. *q.* 14. quos ipse Delrio. *dicta sect.* 9. examinat. Primum suadent Reum diligenter induci verbis & rationibus, spe dubia addita: quod forte nō damnabitur ad mortem si confiteatur: ut veritatem non celet, & Deo det gloriam: hæc diligentia laudabilis est: Nam multiplicata informatio proborum virorum, solent disponere ad veritatem eruendam. Et expertum est, quod per hujusmodi informationes maleficæ taliter confortatæ fuerint, ut in signum resistentiæ in terram spuentes, quasi in faciē diaboli dicerent; faciam q̄ justū erit, & consequenter crimina sua fatebantur. Ita *Spreng. cum sociis d. loc.* Deinde dicunt, debent capilli capitis & barbæ abradi, imò & per totū corpus ēt in partib. secretioribus; si fæminæ sint à fæminis, si viri à viris: & sic cavebitur inhonestas ex inverecūdia: Confer Bodin. Godelman. Remig. aliosq; quos citat Berlich. *d. loco. n.* 174. Et hoc remedium multum prodesse inter alios duobus exemplis lectu dignissimis, quorum ipse testis oculatus & judex fuit, confir-

mat Damhouderius *prax. crim. d. c. 37. n. 21.* Cæterum benè in hac tonsione *Delrio* illud monet observandum, si fiat duntaxat, ne maleficium lateat foraminibus corporis insertum, vel crinibus inspersum, ritè id fieri: eademq; de causa putarem, ait Delrio, ne qua unctio subesset, etiam totum corpus aqua calida prius diligenter abluendum: sed si tonsio fieret ex opinione, quod per eam robur corporis & animi fortitudo pereat, *exemplo Samsonis*, (in quo totum id divina virtute contingebat) putarim seriò hoc esse Magicum & superstitiosum. Reliqua quæ varia addunt Sprenger. & socii *d. part. 3. q. 15.* refert & piè examinat Delrio. *d. lib. 5. sect. 9. in fine.* partim ea sunt non satis pia, neq; religiosa, & quædam sapiunt tentationem Dei, fallaciq; duntaxat nituntur experientiâ. Quæ ideò mitto: Hoc ridiculum & merè superstitiosum est quod habet Godelman. *de mag. & venef. lib. 3. cap. 10. n. 19.* & improvide ex eo refert Berlich. *d. concl. 4. n. 168.* quosdam ne dolores sentiant, hos versus pronuntiare.

Im-

Imparibus meritis tria pendent corpora ramis:
Dismas & Gestas in medio est divina potestas.
Dismas damnatur, Gestas ad astra levatur.

Quis non hæc rideat? scilicet jam vis etiam in Hexametri pedibus? Plura ut dixi, Spreng. *d part.* 3. *Mall. Malef. q.* 15. Grilland. *d. q.* 4. *n.* 14. Bodin. Godelman. relati à Berlichio. *d loco.*

Imprimis poterit Judex instituere interrogationes ad formulam illam à Grillando. *de sortileg. d. q.* 7. *n.* 7. traditam: *Quid sit illa professio, quam faciunt cum dæmone, & quibus modo ac ordine ad illam accedant & quibus cæremoniis & solemnitatib. in ea utantur: Ad quid se obligent dæmoni? Sub qua forma verborum fiat ipsa obligatio? quæ sint ab eis servanda & ad quæ teneantur? quæ præmia habeant, & quæ habere sperent ab earum* Principe *Dæmone; ex quibus rebus simplicibus vel mixtis componant unguenta, quibus liniant corpora sua dum vadunt ad ludos? cum quibus etiam rebus faciant alia venefica maleficia? quem ordinem teneant, quando accessuræ sunt ad ludos prædictos? sit ne verum* ✠

quod vadant corporaliter, vel illa sit illusio sive visio quædam in apparentia, in mente, & intellectu? casu quo accedunt corporaliter, an ambulent pedibus propriis, vel aliter deferantur, & quomodo, & per quem? Item quomodo & qualiter celebrent sacrificia, offerant preces & munera dæmoni? item quæ sint illis in præcipua observantia in dicta professione?

Et alia hujusmodi quæ judici ex præcedenti inquisitione, vel denuntiatione videbuntur exquirenda: postea poterit interrogare de singulis, *num hæc & quando, & cum quib. &c. fecerint?* in his utile erit à levioribus quæ facilius confitentur, ad graviora progredi, ideoq; ultimo demum loco *de copula cum dæmone* interrogare, quod prudenter admonuit Sprenger. *dicta parte* 3. *mallei malef. q.* 14. & 15. difficilius enim Sagæ hunc concubitum, quam cætera, confiteri solent: Præcipuè verò & diligenter Judices de causa & occasione quærant, quæ nimirũ causa illos illasvè ad tam horrendam apostasiam permoverit, quævè occasio fuerit per quam Diabolus eos easve primum seduxerit? Deprehendi ex Actis judicia-

riis ad Facultatem nostram missis, Judices in originem & primam occasionem hujus Apostasiæ frequenter non inquisisse; quod tamen omninò fieri debet & expedit. Mihi nuper ab amico fide digno, *Consiliario Cæsareo*; relatum fuit, juvenem quendam, quem in Italia noverat, à Diabolo in formâ speciosæ Virginis se ostentante, prius ad illicitos amores invitatum deinceps ad venerium congressum incogitanter admissum fuisse, qui posteà seductori illi, cum se manifestaret, fidem etiam invitissimus promittere impio pudore coactus fuerit: Juvenis ille proximè in superiori Germania, cum parentibus suis, incineratus fuit. Existimabat quidem amicus meus illum ex tali causa & ignorantia, potuisse pœna mitiori, ac fortè gladio puniri, quod tamen hic in medium relinquo. Simile quid, sed feliciore exitu, lege apud Hierem. Drexelium *Niceta suo. lib. 2. c. 5. §. 5.*

TITULUS IV.

Ob die Unholden öffter als einmahl sollen gefoltert werden. Auch ob man einen jeden Zauberer schuldig sey zu torquiren / wann er schon gütlich bekännt hat.

I.

SO lang der Richter noch im zweiffel steht/ob er genugsame Vrsach habe/die Tortur vnd Folter zu repetiren vnd zuwieholen/ sol er auff die miltere Seyten schrei-
A ten † vnd noch zur zeit von der Tortur abhalten. *l. interpretatione* 43. *l. si. præsens* 32. *de pæn.* Welches ingleichen zuhalten / wann deß Rei Leibs Stärck zur Foler vnuermöglich vnd zu gering ist / da er sonst dieses wegen an der Gesundheit verletz/ oder vielleicht sterben würd / wie in l. unius 18. §. 1.
B de quæstionibus. gesagt wird † Endlich was in diesem Puncto zu halten / haben die
C Rechten einem verständigen Iudici † vnd sei-

seiner bescheidener discretion heimgestelt Bald. Bartol. Marsil. Menoch. Salicetus vnd andere welche allegiret Farinac. de indic. & tort. q. 38. n. 87.

II. Ingenere allein / vnnd in gemein zureden / ist bey den Rechten erlaubt / daß man den Reum, welcher schon die Folter hat außgestanden / wiederumb ad quæstiones pœnales vnnd peinlicher Folter / wo wichtige Vrsachen vorfallen † bringen kan. *l. repeti. ff. de quæst. l. vnius §. 1. ff. eod.*

Die erste Vrsach warumb man die Tortur wiederholet / ist / wann grosse vnnd wichtige Indicia vnnd Zeugnuß auff den Reum von newen ergangen seindt / nach dem er die Folter hat außgestanden / vnd doch nichts bekant hat / vnd die DD. Legibus citatis. vnd interpretes halten dieses vngezweiffelt. Iul. Clar. Farinac. &c.

III. Die andere Vrsach ist / wann der Richter den Reum in der ersten Tortur zum theil / vnd nicht gantz oder complet hat foltern lassen / weil er entweder darunter ist kranck worden / oder weil der Richter vermerckt hat / daß er in seinem steiff gefasten

Sinn halßstarrig verharren / vnd nicht bekennen wolt. Dan daß dieses wol geschehen kan / wann kein dolus malus oder Betrug darbey / (auff welches wol zusehen) gefunden wirdt / dociren † vnd haltens für recht.
E J Cti. Friburgens. Bonon. Patavi. auch Bald. Bartol. Marsil. Menoch. Farina. Iul. Clar. vnd mehr andere. Dann weil er die indicia durch allein die miltere applicirte Instrumenta vnnd geringe außgestandene Peyn / welche am ersten / vnd vor an pflegen vorgelegt zu werden / noch nicht elidirt vnd vmbgestossen hat / muß er sich durch völlige angetragene Tortur recht purgiren vnnd gut machen.

IV. Die dritt Vrsach / warumb man die Folter repetirt / ob er schon ein mahl völlig vnd gantz torquirt ist worden / vnd die Folter hat außgestanden; wann der Reus oder Rea sein complices vnd Zauberische Mitgespielen nicht nennen wil. Dann die Zauberey wirdt selten ohn Gesellschafft angefangen / vnd fast nimmer ohn sie geübet / wie man in Tribunalibus jederzeit erfahren hat. Vnnd wirdt dieses in allen Curijs vnd Gerichtsstätten bey dem Zauberey Laster

ster vngezweiffelt obseruirt † vnd in praxi gehalten *argum. l. fin. C. de accus.* Es sollen aber zwey oder drey Tag zum wenigsten zwischen beyden Torturen/ ob sie schon scheinet/ daß sie noch starck darvon kommen seyen/ vergangen seyen. Wie Acad. Patavi. dieses erkläret / damit sie ohn Gefahr deß Rei oder Reæ, vnd nach Beschaffenheit seiner Stärck könne nützlich repetirt werden. † F

V. Die vierte Vrsach dieser Repetition ist auch genungsamb bekant vnnd bewerht/ wann der Reus oder Rea, nach dem er sub prima quæstione, vnd bey der ersten Folter bekänt hat/ wider zu rück schlegt/ vnd sein bekantes Laster laugnet: † als dann wird die Tortur an jhme wider erholet/ obschon kein newe indicia seyn bekommen worden. Dann durch dieses Laugnen deß Rei, werden die ersten indicia wider lebendig / vnnd stehen in allem wie zuvor wider jhn / welche er durch die zweyte vnd widerholte Tortur entweder muß vmbstossen/ oder der That in allem wider gestendig seyn. Bosl. Iul. Clar. Marsil. Gomez. Bart. Bald. vnnd mehr andere allegiret von dem Farinacio G H

nacio in quæst. 38. n. 91. Daher dann in allen Tribunalib. vnd Gerichtstätten diese der Tortur Repetition vnnd Widerholung als bräuchlich gehalten wird. Den Richtern aber sol jederzeit Gott für Augen stehen / daß sie in aller Billigigkeit / vnd als miltreich Menschen / mit den Reis auch ein Mitleyden zutragen gesinnt seyen / So wird dann alles in guter Ordnung / nach Gottes vnd der Rechten Meynung vnnd Willen von jhnen gehandhabet / vnd zu jhren grossem Lob vnnd Verdiensten bey dem gerechten Gott verrichtet werden / der Liebe Gott auch / dessen gröste Gnad vnd Hilff sie sonderlich bey diesem dunckel Hexerey Handel wol zu begehren vonnöthen haben / wirdt jhnen sein getrewe Hand bieten / vnd helffen / daß deß Zauberey Lasters halben Beklagter / entweder bald zur Bekantnuß gebracht werde / oder im Fall sich einer genugsamb purgirt vnd entschüldiget hette / der Peyn bald entlediget werde.

VI Ob nun ein Reus oder Rea nach zwey mahl auß gestandener Folter / ferners zum dritten / oder mehr mahlen wegen seiner Bezüchtigung in der Zauberey sol peinlich

lich gefoltert vnnd torquirt werden / wird bey Iuris ciuilis vnd Canonici hochgelehrten Doctorn disputirt / vnd zur Frag gestelt / vnd wird endlich von etlichen dieser Außschlag gegeben / daß man keinen mehr als drey mal vnd zu dreyen vnterschiedlichen Tagen oder Zeiten foltern kan vnd sol. Andere D D. so in der Anzahl geringer seind / halten / es sey genug mit zwey mahlen / welcher mitler praxis fast in Germanien jetziger zeit vsurpirt vnd gehalten wird Wiewol vor diesem auch die Rei, welche wider geläugnet haben / zum dritten mahl seynd zur Folter gestelt worden. Weil aber in dieser Sach die jura communia keinen Außschlag geben haben / hält man sich bey dem particular vnd besonderem Brauch jedes Orts/ vnd ist einmahl/ auch einem sehr harten vnd starcken Menschen genug / so er zum dritten mahl müste die schwere Peyn der Folter außstehen. Was aber darüber geschehe / were zu viel / vnnd schier nicht Menschlich. Tria sunt omina. Drey mahl ist Göttlich/ hält daß gemein Sprichwort. Vnnd solche Anzahl dreyer Folterungen spricht Bossius tit. de tortura. n. 44. sey nie

von

von frommen Gottsfürchtigen / sonder von bösen vnd scharpffen Richtern vnterweilen vberschritten worden. Wirdt also die Sach eines getrewen Richters arbitrio prudenti, vnd rechtmässiger discretion heimbgestelt.

Daß aber bißweilen bey etlichen Menschen ein oder zwey mahl repetirte Tortur nichts außricht/ ist bekant vnd von eim solchem halßstarrigen Knecht/ so etlich mahl nach der Folter hat wiederruffen/ schreibt Marsilius. die Geschicht hat sich vnder jhm selbsten / als er deß Hertzogs zu Meyland Rath vnd Richter war/ zugetragen. Es kam mir ein (Ribaldus) oder arger Dieb (spricht er) vor / so wegen eines Diebstals angeklagt war/ dieser bekant in der Tortur / darnach ad banchum juris, oder vor der Gerichtsstätt leugnet er alles wider/ Vnd ich frag jn eins mals/ warumb hast du dir doch im Sinn vorgenommen/ daß du dich so offt foltern läst/ wer es dir nit viel besser/ daß du vor Ge-

Gericht dasselbig gestehest das du bey der Folter bekänt hast? als daß du dich so offt peinigen läst? Vnnd dieser arger Lecker antwortet mir/ vnd sagt: Herr/ es ist besser/ daß mir tausent mal die Arm zerbrochen werden / als die Gürgel oder Keel nur einmahl. Dañ man findt noch vil Medicos vnd Balbirer / welche die Bein der zerbrochen Arm wider können zusamen vnnd in jhre alte stätt setzen ; aber es ist kein Artz so gut/ der einem die Gürgel / wan sie gebrochen/ vnd jre gebein könne wider gantz machen. Vnd darumb wil ich liber von ewern Hencker Knechten außgezogen werden / als mit meinen füssen die Galgenleyter auff steigen. Weiter sagt er/ warumb kan ich nicht eben so wol vor der Gerichtsstatt/ da mirs mein leben kost/

mein

mein zung vmbwenden vnd sagen/ Nein / als das ich sag/ Ja. In warheit es war ein abgefeimter schalck/ vnnd doch must ich jhn loß geben/ dann er wolt nimmer ad banchum juris vnnd vor der Gerichtstatt gestendig sein welches er in der Folter bekant hat. Diß schreibt Marsilius.

VII. Zum Fünfften vnd letzten wird die Tortur repetirt / weil die Zauberische Personen bißweilen sehr vnbeständig seyn/ vnnd werden noch nach jhrer Bekantnuß/ wann sie sich bey Gott nicht beständig halten / von bösen Feind beängstiget / vnnd gemartert / welcher sie auch mit trawen vnd schlägen zu zwingen sich vnderstehet / daß sie von Gott wider abfallen/ vnd alles läugnen sollen. Was man aber in diesem Fall thun sol/ wirdt Tit. VII. angezeigt.

Endtlich so viel vom letzten Theil dieses Tituls zu reden / Ob man einen foltern solt wañ er schon von sich selbsten / vnd gütlich bekänt hat / ist kürtzlich dieses als gewiß zuhalten/ wie anfänglich gesagt ist/ daß kei-

ner

ner soll peinlich gefoltert werden/ welcher seine Laster vnnd Thaten vor Gericht bekánt hat/ außgenommen/ wann er der Mitgespielen † oder ander Vrsachen wegen müste wider vorgestelt vnd zur Question gebracht werden/ in welchem Fall dan auch der Iudex protestando, vnd mit seiner Entschuldigung pflegt dem Reo zu insinuiren/ daß er dieses nit deß schon bekantes Lasters/ sondern gesagter Vrsachen wegen anfange/ wie genugsamb in vorigẽ ist angezeigt. Vñ ist ein gemeiner praxis, so in Curijs vñ Gerichtsstättẽ fleissig gehaltẽ wird. Dann etliche dieser Leuhte seindt so willig zubekennen/ dz sie sich hertzlich frewen/ wan der Tag vñ Stundt ankomb/ zu welcher sie von der Obrigkeit zur Hafften gebracht/ vnnd nur wegen begangnes Laster schlechtlich gefragt werden/ ja bißweilen dörffen sie auch wol bitten/ daß man jhnen jhr recht thue/ vnd nicht wider zu der Tyranney deß gehässigen Feindts / od' zu längerem Leben kommen last. Dieses gibt genugsame Zeugnuß ein Zauberin/ von welcher *Nicolaus Remigius lib.* 3. *c.* 6. schreibt / daß *Anno* 1587. *Nicolaa Morelia*, Ein Weib in Loth-

ringen

ringen kundt sich nicht selig genug schätzen/ von der zeit an/ von welcher sie jhre Zauberey bekantnuß vor Gericht gethan hatte/ damit sie sich nun mehr wider dem L. Gott/ vnd dessen Heiligen diensten ergeben köndt/ vnd von der verfluchten vnd sehr Tyrannischen Dienstbarkeit deß Höllischen Trachens sich entlediget hätte. Sie hette zwar dieses von dreyen Jahren her allzeit im Sinn/ vnd sich zu Gott zubekehren im willen gehabt/ hät es aber nimmer können ins werck richten/ ja wol auch kaum gedencken dörffen dz nit alsbald jener Gesell solches na jhr gerechnet hätte.

So sol man dann diesen armen Gefangenen alle gute Mittel zu jhrer Bekehrung mit fleiß verschaffen/ vnnd als Christ mild vnd mitleydig sie nicht mehr mit Betrowung vnd Folter schrecken/ anfechten wann/

Historiam nota

Confitentes non esse amplius molestandos.

wann sie selbsten / so viel jhnen möglich zu thun bereit seindt / damit sie nicht von den Tyrañischen Geistern etwa in solchen jhren grösten ängsten † vnd Betrübnussen jhren letzten Theil deß lebens ärger machen als den ersten / vnd (darfür sie der liebe Gott behüten wölle) endlich gar an jhrer Seligkeit verzweiffeln / vnd gar verlohren würden.

VIII. Es geschicht wol auch / daß etliche villeicht mißglaubige / oder curiosi judices, desto weniger mit solchen freywilligen Bekantnussen zu frieden seyen / weil sie nicht verstehen oder glauben wöllen / daß solche seltzame Thaten / welche die Rei außsagen vnd bekennen / oder mit solcher vnerhörte weiß zu fahren vnnd zu zuspielen / begangen haben / warhafftig oder menschlich geschehen seyen / sondern vielleicht durch ein dunckel Gesicht oder Verblendung der Augen gesehen oder verbracht werden: machen derowegen so wol jhnen selbst / als auch andern die Sach perplex vnd verwirt. Vnd weil sie alles gantz fürwitzlich erforschen vnd außgründen / zu dem aber welches wider jhren Verstandt / nicht verstehen wollen / gerathen sie je weilen in einem Jrthum /

vnnd werden zum theil vngleubig. Etliche auch/ so in diesem Zauberey Handel keinen guten Grund gelegt haben/ vnd etwa durch Ketzerische Schrifft vnd Bücher / als deß Wieri vnd andern so die Zauberey nicht anders als ein Freye Kunst / oder nur für Phantaseyen vnd Träum achten † eingenommen seyn; mögen wol / wo sie nicht mit offenen reden jhre falsche Meynung an tag thun / jedoch als heimliche getrewe Hexen patroni vnd Freund/ die Sach gern disputirlich machen wöllen / vnnd wann es möglich wer / wider die wahre Kirche Gottes/ welche die Zauberey Laster zu verfolgen mit Gott gebotten hat / das gantze Werck verdüschen oder niederlegen. Wie vnglücklich aber solche Politische vnnd vermeinte Eyfferer der Ehre Gottes diesen Handel füren / hat man zum öfftern bey etlicher Länder Tribunalibus vnd processibus erfahren/ da etliche entweder alsbald nach angefangenem Proceß wider die Vnholden/ die Sach gantz verwirrt / vnd den Beklagten mehr zu jhren freyen vngottsförchtigen Leben/ als zur Bekehrung vnd rechtmessiger Straff verholffen haben / oder andere/ welche

welche die Werck für vnmöglich hielten/ in welchen sich die Vnholden vnnd Zauberer schuldig geben / alles für Fabel vnnd närrische Phantasey bey menniglichen außgeschryen / vnd die Leute in einen falschen Wohn vnd Ketzerey gebracht. Daher noch auff den heutigen tag auch bey etlichen Catholischen / vnd nicht schlechten Leuten / ein solche jrrige Meynung eingewurtzelt daß es jhnen schwerlich auß zureden ist / daß alles solches / was sich bey der Zauberey vnnatürlicher weiß zu trägt / vnnd von menniglichen so es geübt / vnnd glaubwürdig mit Eydesschwur für Gericht bestettigt wirdt / warhafftig vnd in der That wie sie außsagen / sich habe zugetragen. Welche Wirrigkeit vnd Perplexität der Oberherren / dem gemeinen Mann je weilen auch zu Ohren kombt / sonderlich aber wo es dieselbige / so mit diesen Laster behafft seyn/ erfahren / können sie jhnen solche zweyffelhafftige Meynung zu jhrer Außredt wol gebrauchen/ vnd sie mit jhrem eygnen Vnglauben bezahlt machen. Zu welchem jhnen jhre Lehrmeister die kluge Geister getrewlich helffen / dann sie wissen den Richtern

mit solchen beschlagenen Worten vnnd Außreden zubegegnen / auß welchen im Glauben ein vbel fundirter Mensch sich nicht leichtlich expediren vnnd außwicklen wird. Aber all solcher Irrthumb rührt her auß Furwitz / Eigensinnigkeit / vnnd Vnglauben / mit welchem sie dermassen eingenommen werden / daß sie endlich den gantzen Handel in zweiffel setzen / vnd nichts damit wollen zuthun haben. Wo sie aber Ampts wegen den Proceß führen / vnd dabey sein müssen / wirdt von jhnen solche wichtige Sach nicht anders versehen / als wann es nicht vmb Gottes Ehr / oder der Seelen gröstes Gut / sondern nur vmb den Pfennig zu thun were / vnnd gilt bey jhnen gleich viel † ob dieses Laster außgereutet oder fort gepflantzet werde. Daher dann etliche Richter gefunden werden / welche mit den Hexen eben wie ein Katz mit der Mauß spielen / vnd lassen sie nach jhrem gefallen / wann sie jhre Fürwitz mit jhnen verbracht haben / vnd etwa zur Prob jhrer Beschuldigung auff den stecken fahren / oder Vngewitter haben machen lassen / entweder wider lauffen / oder vbergeben je weilen einē dē Hencker zu verbrennen. Solchen

Solchen Fürwitz / wie wol auß guter Meynung / hat mit einem Zauberer ein mahl geůbt der Groß Hertzog in Reuſſen / wie von jhm *Garzonus* vnd andere *Hiſtorici* ſchreiben: Dieſer ließ für jn bringē ein Gefangenen / mit namen Lycaon / welcher den Bawersleuthen hat groſſen Schaden zu gefůgt / als er nun vor dem König ſtund / mit ketten angefeſſelt / vnd gefragt wurd / obs wahr ſey / daß er ſich in einen Wolff verändern kundt / gab er zur Antwort / ja es ſey gewiß wahr / Wolan ſprach der König / laß mich einmahl dein Veränderung ſehen. Auff welches begert der Zauberer / mann ſol jhn in ein beſonder Gemach führen da kein Leut weren / welches ſo bald es durch die Hůter geſchehen / hat er ſein Kunſt die er vom Teuffel gelernt hat / geůbt / vnd iſt auff der ſtundt alsbald zum

Hertzog in Reuſſen hiſtoriam nota, Ein Zauberer verwandelt ſich in einen Wolff, und wird bey ſeinen Feinden gezeigt

Wolff worden / † vnd mit feurigen augen vnd blecken der Zän / grausamen auffsperrung deß Schlunds vnd auffgespreusten Brüsten gieng er bey den Hütern vmb. In dem waren auff deß Königs befelch von den aller starckesten vnnd wiltesten Hunden zween Docken her zu geführt / welche er auff diß abschewlich Monstrum vnnd Gespenst gehetzt hat / so jhn / ehe dann er sich in die vorige Gestalt gebracht hat / zerrissen haben.

Dieser Handel ist dem König wol gelungen / weil er sonder zweiffel dahin gedacht / das ein Zauberer / welcher Wolffs Art vnd Sitten an sich nimbt / vnnd durch solche der Menschen Feindt seyn wil / wol werth sey dz er wie die Wölff gestrafft / vnd von den Hunden zerrissen werdt. Wo aber ein anderer deßgleichen versuchen wolt / würdt jhm daß Spiel vielleicht gerathen / daß er es etwann auch selbst mit der Haut

bezah-

bezahlen müste. Dann wie Jesus Syrach spricht *Qui amat periculum, in illo peribit.* Wer die Gefahr liebt/wirdt drin vmbkommen. Dieses haben vor etlichen Jahren etliche *judices* in Weltschland mit jhrem grösten Schaden erfahren / als sie der bekantnuß einer Zauberin wenig glauben geben wolten / sie hätten dann die Wunder selbst mit Augen gesehen. Es schreibt der berümb. Scribent *Cumanus* was sich in dem Flecken Mendrisio hab zugetragen. Vor jetzo etwa fünfftzig jahren (spricht er) als damahlen ein Inquisitor, genandt Magister Bartholomæus von Homat, Doctor Laurentius von Concoret Gewalthaber / vnd Ioannes von Fossat ein Notarius gegen die Vnholden procedirten: Auff einen tag wolt der Gewaltrichter/so auß fürwitz darzu bewegt war / mit der that erfahren † ob die Hexen leibhafftig auff die Zauber däntz oder plätz kämen. Als er nun wie er mit

einer Zauberin außgedingt hat sauff einen Donnerstags abent mit einem Notario, vnnd noch einem andern hinauß der Statt an das Ort kam/ welches jhme die Vnholde genänt hat: haben diese drey in der nähe gesehen / daß daselbsten vil Leuth waren zusam̃en kommen/ bey eim gleichfals sehr grossē Herrn/ welcher da sasse (es war der Teuffel in eins Bocks gestalt) vnnd sihe als bald ist der hauff der Leut auß geheiß deß Teuffels / mit Gottes zulassung wegen jhrer fůrwitz auff sie gelauffen/ vnd haben sie mit stecken der massen gebrůgelt vnd zerschmissen/ daß von solchen schlägen dieser Official vnnd Beampter mit dem Notario / vnnd dem dritten Gesellen innerhalb fůnfftzehen Tagen gestorben seind.

Die-

Dieſe Wunder vnd ſchröckliche Hiſtory kan andern *Inquiſitoribus* vnd *Examinatoribus* zur genugſamer Warnung ſeyn/ daß ſie ſich in jhrem Refihr vnnd *terminis* halten / vnd mit Gottes Hilff allein ſolche ſchwere Sache / ſich fleiſſen zu führen / allen andern Zweiffel vnnd Vnglauben hindan geſetzt.

Von dem letzten *Puncto* dieſes *Tituli* iſt noch übrig etwas wenig anzuzeigen / ſo viel nemblich die Perſonen / welche gefoltert werden ſollen / anbelangt / weil dieſes Zauberey Laſter iſt ein *crimen exceptum* / vnnd priuilegirt / wirdt niemand bey Rechten † von der Folter auß genommen oder befreyet was Standts er auch ſey. *l. Et ſi excepta. C. de malef. & Mathemat. l. Si quis alicui. C. ad l. jul. majeſt.* Allein die Befreyte/ vnd die ſo eines würdigers Standts ſeindt / pflegt man geringer vnd milter zu torquiren / ob wol auff ein ſolche Perſon ſehr ſtarcke *indicia* fallē weren/ wie ſolches lehret *Tiber. Decian. conſil. 93. n. 137. vol. 2.* Welches wol billich iſt / vnnd müſſen ſondern zweiffel gegen ſolche Perſonen mehr vnnd wichtigere Zeugnuß vnnd *indicia* ergangen ſeyn / als

wieder ein schlechtes vnnd vndüchtiges Mensch / wie zu sehen beym *Iul. Clar. q. 9. n. 63.* vnnd *Baiar. ibid.* Wie wol jhnen auch dieses *Privilegium* andere abzwacken wollen.. Wird also einem wolverständigen *Iudici* die Sach heimbgestelt vnd befohlen.

Mit gar Jungen oder Alten Leuten / T wie auch mit Schwangern Weibern † vnd schwachen Menschen / kan man nach gelegenheit der Zeit / Qualität vnnd Beschaffenheit einer jeden Person / bescheidenlich handlen / vnnd nach jedes Orths Sitten vnd Gewonheit mit dieser oder jener Peyn sie tentiren oder probiren lassen.

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. IV.

A GRavissima & conscientiosa proponitur *in hoc titulo* quæstio: *An & quãdo tortura* ex primis indiciis *repeti possit, maximè in hoc crimine, cum Sagæ plerunq; sint induratæ & obstinatæ?* Ubi observandum non hic dubitari *de novis indiciis*, certum enim *ex novis urgentioribus & diversis* torturam repeti posse ac debere, licet

licet sufficiēter tortus priora cuncta purgaverit. *L. repeti. ff. de quæst.* Farinac. *quæst. crim.* 38. *n.* 77. Clarus. § *fin. q.* 64. *vers. ultimò videndum. circa finem.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 272. *n.* 7. qui omnes testantur de communi opinione. Sed quæritur ac dubitatur, *an ex primis* atq; ita iisdem, *indiciis* repeti possit? Et respondendum puto, quod si Judex dubius sit an habeat justam repetendi causam, debere in leniorem partem propendere & à repetitione abstinere. *itaq; semper in dubio Iudex arbitrabitur pro non repetitione*, & sic in mitiorem partem. *d. L. interpretatione.* 42. *de pœnis* Farinac. *d. q.* 38. *n.* 89. Clarus *d. q.* 64. *vers. hæc autem omnia.* quod loco Regulæ tenendum.

Neq; Iudex torturam *ex iisdem indiciis* repetet, si reum non videat satis robustum, ut corpus in tormenta durare possit, quia persona debilis est: *per textum d. L. unius.* 18. §. 1. *de quæstionib.* Nec adhuc repetitioni locus erit, etiamsi *nova indicia* supervenint, omni namq; casu cavendum, ne si repetat enormiter Reus lædatur vel moriatur. *per dictum textum*: B

Et

Et ita statuit Farinac. *d. q.* 38. *n.* 82. ut etjam quod indicia essent multum urgentia & multum manifesta, non per hoc Reus sit semper torturæ repetendus, sed ita demum si fuerit persona robusta, & quæ animo & corpore in tormentis perduraverit: Quamvis verò hoc ita frequentiori calculo tenent Doctores, *attestante Farinacio ibidem*; putarem tamen prudentis Judicis arbitrio hoc rectè cõmitti, qui personam etiam debilem novis supervenientibus indiciis, iisq; multum urgentibus vel denuò leniter torqueri, vel saltem terreri jubere potest. *argumento. tit. seq. c.*

C Pendet repetitio torturæ ab arbitrio Iudicantis, secundum *Bald. Carer. Marsil. Clar. Menoch. & communem Dd. opinionem*, quos allegat, Farinacius *d. q.* 38. *n.* 87. ubi ipse admonet repetitionem torturæ esse quidem Iudici arbitrariam, attamen ipsum haud posse pro voluntate tantum, & cum sibi videtur sine ratione, eam repetere; sic enim arbitraretur ex propria cervice, quod prohibitum. Quare Iudices circà repetitionem ex

iis-

iisdem indiciis hæc observabunt. 1. In dubio arbitrabuntur pro non repetitione, *per ante dicta ad lit. a.* 2. In persona debili torturam vix unquam aut non temerè repetent, *per ante dicta ad lit. b.* Nec 3. repetent, si *levia* tantum fuerint indicia ad torturam, quia hæc quavis tortura censenda sunt expurgata. Farinac. *d. q. n.* 72. Quod si 4. fuerint indicia *gravia & vehementia*, & tunc vel dubitant an ea satis sint purgata, & arbitrabuntur pro non repetitione, *d. lit. a.* Et vel in animo suo judicant ea nondum satis purgata, poteruntq; torturam repetere, donec expurget reus induratus. Farinac. *d. q.* 38. *n.* 79. *&* 80. Clarus. *d. q.* 64. *n.* 45. Atq; hic monendi sunt Iudices, ut semper à leviore tortura principium faciant, & posteà repetant graviore & acriore, ex doctrina *Bartoli* & aliorum, quos laudat Farinac. *d. q. n.* 83. ubi inquit, quod boni & prudentes Assessores incipiunt à levi tortura, & si ex ea habent veritatem, benè quidem, sin minus eam repetunt. Menoch. *de arbitr. casu.* 272. *n.* 6. Quid ergò, si tamẽ inchoassent à graviore, quod Iudices

ple-

plerique hodiè faciunt, an ex indiciis iisdem posset adhuc repeti? Hic Iudices conscientiam suam Deumque prae oculis habeant, caveantque ne inanis gloriae cupidi indistinctè torturam repetant, sub praetextu, quod indicia sint multum urgentia & multum manifesta; sed si videant, *& propter induratum animum Rei, & robur corporis*; nondum satis indicia expurgata, posset adhuc repeti. Consule *Farin. Menoch. Clar. & alios antè citatos*, quorum haec est cōstans doctrina, quod hoc in casu Iudex debet habere considerationem 1. ad qualitatem & robustitatem (*ita loquitur Farinac. d. q. n. 86.*) torti, 2. ad qualitatem tormentorum, 3. ad delicti gravitatem seu levitatem, & 4 ad vehementiam seu debilitatem indiciorū: Vide Menoch. *de arbitrar. casu.* 273. quib. singulis diligenter consideratis Iudices in repetitione tutò arbitrari poterunt. Eleganter vide ICtos Patavinos. *consil. 2. de Sagis. n.* 132.

D Circa repetitionem torturae haec indubitata *regula* traditur; Ex indiciis novis urgentioribus & diversis, torturam repe-

repeti posse *per supra dict. ad lit. a.* Sunt verò nova indicia, quæ à præcedentibus differunt specie & substantiâ: Exemplis hoc illustrat Farinac. *d. q.* 38. *n.* 77. quod si igitur Reus habuit contrà se indicia famæ probatæ, per aliquod testes, & ex illis tortus persstiterit, non potest amplius repeti, etiam quod superveniant alii testes eandem famam probantes: tales enim testes non inducunt novum indicium, sed novam probationem veteris indicii, quæ ad repetendam torturam non sufficit. Menoch. *de arbitarar. casu.* 272. *num.* 7. Clar. *d. q.* 64. *vers. ultimò videndum. ferè in fine.* Farinac. *d. n.* 77.

Hic proponitur quæstio: *An non possit Iudex cum videt Reum esse induratum, aut ex alius justis caussis, desistere ab examine & tortura, & post aliquot dies eam repetere?* Et responderũt *ICti Patavini* apud M. Ant. Peregr. *consil.* 2. *de Sagis. n.* 122. Jure Iudicem sic facere posse; idem tenuerunt Facultates Bononiensis & Friburgensis, teste Delrio. *lib.* 5 *in app.* 2 *quæst.* 29. *in prin.* qui ibidem rationem optimè deducit cum *Friburgensibus*, & docet, quod sive in-

induratio ista sit naturalis, sive arte Dæmonis procurata (*de quo notatum in tit. praeced. 3. circa finem*) tamen ipsa & ex ea nascens taciturnitas est temporalis, & non perpetua: quia mutatur ex causis naturalibus, tam extrinsecis, quam intrinsecis, ut homo modo velit tacere; modo nolit; modo facilius possit, modo difficilius se contineat: Dæmon quoque non semper strigibus adsistit, sed aliquãdo deserit, vel sponte suâ, vel Dei jussu, vel non ferens Ecclesiastica remedia, quæ adhibentur; unde etiam fit, ut judex meritò speret, eum qui tunc induratus tacet, alio tempore cuncta propalaturũ. Quare poterit Iudex, si sic sibi videbitur differre & hoc casu repetere torturam etiam nullis aliis interim supervenientibus indiciis. Menoch. *de arbitr. casu.* 273. *n.* 4. Consulunt aũt tunc Judici, *ICti Patavini d. consil. n.* 123. *& num.* 132. ut curet referri ac scribi ad acta, quod animo torturam repetendi, jubeat Reum deponi; Et ut intercedat dies & nox integra, antequam repetat.

F Hic non disputabo; *An per sufficientem*

tor-

torturam non solum præsumtiones & indicia quantumvis urgentia & violenta, sed etiam plenæ probationes ita purgentur, & reus ut alioquin convictus in tortura tamen & post eã constanter persistens, omnino liberandus sit? De qua quæstione doctè & egregiè more suo Farinac. *quæst. crim.* 40. *n.* 2. *& multis seqq.* sed inquiram saltem, *nunquid reus convictus vel semel sufficienter tortus, ad habendum socios complices torqueri denuò possit?* Nihilominus de priore quæstione *cum Farinacio* hoc tenendum, ubi adsint delicti probationes, quæ reum convictũ reddant, non debere contra ipsum ad torturam deveniri, imò fatuum esse Judicem & teneri in Syndicatu qui reum convictum torquet, affirmarunt post alios quos allegat Farinac. *d. loco. n.* 4. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *cap.* 13. *tit. de tortura reorum. n.* 20. Boër. *decis.* 163. *n.* 13. Cravet. *consil.* 178. *n.* 10. Quid tamen si *de facto* Judex reum *gravatum indubitatis indiciis*, vel etiam *probationibus plenis convictum* torserit & quidem sine vel cum protestatione, id se facere sine præjudicio probatorum? Hoc casu si reus in tortura persti-

terit foret liberandus, ut ex communi *Dd.* sententiâ docet Farinac. *d. quæst.* 40. *n.* 6. Et licet multi gravissimi juris *interpp.* existiment, adhuc hujusmodi posse condemnari: & sic *Parisiensis Curia*, teste *Paponio*, aliquoties judicarit; cōtrarium tamen, quod dixi, communius & verius esse, censuit *Farinac.* saltem quoad pœnam ordinariam, ut ea infligi non possit: extraordinariam, *non corporalem* fatetur infligi posse, quando convictus tantum fuit præsumptionib. urgentissimis; quod si convictus fuerit plenis probationibus, tunc posse infligi pœnam corporalem extraordinariam etiam triremium: Ita egregiè Farinac. *d. q.* 40. *n.* 6. 7. 8. *& præsertim n.* 11. *&* 13. quo articulo noto etiam *ad lit. seq. L.* Advertas tamen tunc *protestationem* à Iudice factam videri magis contrariam facto sicuti in superioribus casibus quando nimirum Reus convictus ad hunc finem saltem torqueri deberet ut interrogaretur super principali delicto: Quod si igitur fiat protestatio per Judicem, eo fine, quod non intendit torquere reum super principali delicto, ac

ac super iis, de quibus reus est confessus vel convictus, & sic sine præjudicio confessatorum & probatorum, sed tantum ad habendum ulteriorem veritatem super aliis delictis vel delicti qualitatibus, sive etiam ad habendum socios participes, fautores & receptatores: tutè potest eundem reum ponere in tortura & etiã quod in ea negando perstiterit, non tamen per hoc efficietur quin possit ordinaria pœna condemnari pro delicto, pro quo erat confessus vel convictus, quia talis protestatio reddit fisco jus suum salvum In sequentibus itaq; casibus tortura reum convictum non eriperet punitioni ordinariæ, veluti 1. si non detur super delicto, de quoquis fuit confessus, vel convictus; sed ad notitiam aliorum delictorum 2. quando datur tantum pro habenda ulteriore veritate qualitatum aggravantium 3. quando irrogatur ad habendos complices, fautores, receptatores, & alios participes. 4. Si judex decernit eam cum protestatione id se facere sine præjudicio probatorum: Atq; in istis casibus revera hæc protestatio non

est contraria facto, unde, sicuti dixi, facit fisco jus suum salvum, & ea tortura non attentâ, reus ordinariâ pœnâ condemnari potest non aliter, ac si tortus non fuisset.

G In repetione torturæ hoc inter alia Judex observabit, de quo ipsum admonent Doctores Patavini in sæpè allegato *cons. 2. de sagis. n.* 120. ut ejusdem torturæ repetitio non in eodẽ die, sed in separatis, & ad summum *tribus diebus* (*Dissentit Delrio lib. 5. in app. 2. q. 33. qui si unus saltem dies intercitiatur putat sufficere*) interpolatis, fiat, de quo etiam monuit Farinac. *q. crimin.* 38. *n.* 103. ubi quoq; *numero seq.* 104. addit debere Judicem advertere, quando intendit Reum repetere, ut in decreto depositionis à tortura, *protestetur illud fieri sine præjudicio ulterioris repetitionis*, & animo continuandi tormenta, quatenus de jure repeti & continuari debeant, ne alias tacitè per dictum depositionis decretum videantur pronuntiasse reum sufficienter tortum & inditia purgata. Verum ut hoc addam, quamvis ejusmodi protestatio possit esse *utilis, non necessarium* esse puto.

De

De eo inter Dd. constat, ut etiam H novis non supervenientibus inditijs Reus possit repeti in casu, in quo confessus per torturam, & ductus die sequenti ad ratificandum, recusat ratificare, dicens, puto ea, quæ fassus est esse falsa, & sic dixisse dolore tormentorum; isto inquam casu poterit iterum torqueri ad perseverandum in confessione, & satis novum dicitur supervenire indicium illud scilicet quod resultat ex varietate, & ex sua confessione præcedenti, quæ licet non ratificata inducit tamen semiplenam probationem: sic mihi hanc conclusionem probavit. Marsil. *in pra. cri. §. quoniam nu.* 3. *vers. & in hac quæstione*: & *in l. repeti. num.* 11. *& seqq. ff. de quæstionib.* ubi aliam hujus conclusionis reddit rationem quia sc. nisi reus nolens ratificare suã confessionem, posset ad id cogi medio torturæ, (stante quod ad condemnandum confessio facta in tormentis, nõ ratificata nõ sufficit) raò vel nunquã rei punirentur, quia fatui essent si ratificarent, postquam scirent, non ratificando salvos fieri, *& sic furca staret in viduitate*,

& delicta remanerent impunita: Boer, *decis.* 173. *n.* 19. *&* *n.* 21. ubi etiam dicit, quod ita pluries in illo senatu fuit conclusum, propter rationem à *Marsilio* considératam. Sed dicam de hoc articulo plenius *infrà ad tit. seqq* 8. *in prin* Hic satis notasse, quod certum sit de jure, si reus in quæstione legitimè confessus, revocet posteâ extrâ tormenta suam confessionem, *ex iisdem inditijs* posse repeti. Nam alioquin *uti dixi*, ad manum esset, sic se supplicio eripere. Vide doctè Farinac. *quæst.* 38. *n.* 91. *&* *seqq.* Clar. *in pract.* §. *fin.* *q.* 21. *v.* *ulterius quæro. in prin.* Gomez *var. resolut. tom.* 3. *c.* 13. *n.* 26. & plures à Farinacio citatos. *d. n.* 91.

I Loco *regulæ* id Iudex habeat, *ex quibuslibet indicijs, quantumvis urgentissimis & indubitatis, ne reum torqueat* ULTRA TRES VICES, quia hoc est omninò reprobatum communiter à Dd. ut videre est apud Farinac. *quæst. crim.* 38. *n.* 105. Existimat quidem Delrio. *lib.* 5. *in app.* 2. *q.* 31. *in fine*, in processu adversus Sagas, contrà negantes, generatim ac universim *Ter* iterari posse torturam super eodem crimine

mine, sine novis indiciis, quoniam Sagæ plerunque sint induratæ & obstinatæ; Quod fortè posset admitti si indicia forent gravissima, quia tunc prima tortura respectu indiciorum videtur levis fuisse; quo casu eam repeti posse, communiter docetur, non tamen suptà tertiam vicẽ. Eleg. Tholozan *lib.* 48. *Syntagm. cap.* 12. *n.* 26 Clarus. *lib.* 5. § *fin. q* 64. *n.* 46. Lessius *lib.* 2. *de Iustitia. cap.* 29. *n.* 168. Quin immò *inquit Farinacius d. quæst.* 38. *n.* 106. etiam quando indicia sunt urgentiora & vehementia, tunc verius videtur de Jure, ut Reus *secunda tantum vice* possit ex iisdem torqueri, non autem plus. Quare prædícta *Delrii* sententia cum grano salis accipienda, & ad casum quando indicia sunt gravissima restringenda, ita ut ex illis indiciis reus pro prima vice fuerit saltem leniter tortus. Confer quæ notavi *ad præcedent. lit.* C. Unde posset quæri, *Quænam in præsenti causa sint illa indicia urgentissima & gravissima*? Et respondetur id Iudicem arbitrare oportere, *per ea quæ notata sunt ad tit. præced.* 1. *&* 2. *passim.* Hic tamẽ advertas, quod si fortè contra aliquam Nota.

personam denuntiatam alia non adsint indicia, quam denuntiationes multiplicatæ strigum, atq; hoc casu quando Iudex personam illam ex solis istis denuntiationibus semel torturæ subjecerit ac ea, sufficienter tamen torta, nihil confessa fuerit, fermè dixerim ex istis solis denuntiationib. non posse nec semel quidem repeti torturam, nisi nova indicia habeantur, quæ ad novam torturam sufficiant; atq; id tantò magis *si persona denunciata alioqui bonæ famæ fuerit*, equidem contra quam denunciationes strigum multiplicatæ probant in ordine ad torturam: *Vide infra decisionem quæst.* 10. ex quibus tamen solis, *quod notandum*, torturam repetendam esse haud facilè putarim, nisi hæc valdè levis fuisset, ac de eo certò constaret.

Stat itaq; extrà hunc casum torturam posse repeti ex primis inditiis urgentissimis ad tertiam vicem, non ultrà: Quod quidem in jure & legibus fundamentum certum non habet, sed ex communi Dd: opinione in praxim desumptum fuit, secundum *Doctores Patavines*

vinos in sæpè dicto consil. 2. de sagis. n. 136. *& seqq.* ac ab ipsis probatur à simili: quia sic tria onera tutelarum excusant tutorem. *L. tria onera. de excusat. tutor.* & teste Philosopho. *Tria sunt omnia*: Et torturis certus aliquis terminus erat præfigēdus: Illud verò exemplum rerum & exorbitãs est, nec ad imitationē trahendũ, de quo testatur Delrio: *lib.* 5. *sect.* 9. *versic. quoad tertium dubium*: quendam Lycantropum superioribus annis *vicies* sævæ quæstioni subditum fuisse; & de quo alio refert Farin. *d. q.* 38. *n.* 105. quendã reum fuisse benè tortum per decem vices.

Idem ex *Marsilio* referunt Farinac. *d. q.* 38. *n.* 96. Delrio. *d. lib.* 5. *sect.* 9. *vers. quoad iterationem quæstionis*: nimirum insignis ille nebulo melius judicabat millies torqueri in brachiis, quam semel in gulâ, quia multi reperiantur chirurgi, qui norint sua in loca reponere & coaptare ossa brachiorũ, nec unus inveniatur, qui norit reaptare gulam: Cœterum hic majore fructu observabis. Si reus in tormentis confessus, sequenti die non

vult ad bancum (quod ajunt) confessionem suam ratificare extra torturam, dicatq; se dolore tormentorum falsa fuisse confessum, poterit absque novis indicijs de novo subdi quæstioni, vt perseveret. Si tunc reus in secunda quæstione pergit negare, primam confessionem expurgat, & est dimittēdus, nec poterit tertio torqueri nisi tamen prima tortura fuisset insufficiens & indicia valde vrgerent, tunc ad tertiam posset deveniri Quod si in tertia adhuc negat, omninò dimittatur: si in tertia sicut in prima iterum confitetur, & post toturam ratificet quæstionem omnino est puniendus: si tertia in tortura iterum confitetur, sed post torturam negat, non poterit quarto torqueri, sed est absolvendus, quia cuncta indicia priora purgavit, & vltimū istud solum ad quæstionem non sufficit, estque tandem finis aliquis quæstionibus imponendus. Sic egregiè Farinacius, *d. q.* 38. *n.* 96. *& seqq* Gomez. *d. tom.* 3. *uar. resolut: c,* 13. *n.* 28 Damhoud. *in prax. crim. c,* 40. Binsfeld. *ad L.* 7. *C. de. malefic. q* 1. *concl.* 16. & alii quos ipsi allegant. Consen-

sentit novissimè Lessius. *lib.* 2. *de justitia. cap.* 29. *n.* 168. qui citato loco *Adverte:* inquit, *ne in actu tam odioso procedatur absq; termino ac in hoc casu* (retractationis) *reum non debere subiici quæstionibus plusquam ter. Itaq; si tertio tortus, & in tormentis confessus tertiò etiam ductus ad ratificandum, recusavit, non potest condemnari, imo debet absolvi.* Ita *Lessius* ex Gomezio. *d. cap.* 13 *n.* 27, Debet vero hoc casu talis qui purgauit inditia per torturam absolvi ac dimitti *absolutè & simplicitor sine fidejussoribus*, idquè ex receptiore sententia neque enim censeo causam indecisam relinquendã. Si tamen inditia non forent per reum sufficienter purgata; vel etiam si verisimiliter exspectarentur indicia nova & clariora præcedentibus; tunc ex multarum curiarum praxi, posset reus dimitti data fideiussione de se repræsentando, cum iterum à judice accersetur: & tunc cũ ista indicia nova supervenerint, reus iterũ examinatur: hæc dimissio tunc nõ est absoluta, sed stantibus tamen rebus, prout tunc se habebant: ut benè post Boër. & alios Clarus. *quæst.* 62. & Damhou-

houder. *d. cap.* 40. Menoch. *lib.* 1. *de præsumt. q.* 93. Egregiè Farinac. *quæst. crim.* 4. *n.* 26. *quem omnino vide.* & *in d. quæst.* 38. *n.* 96. ubi dicit tutius esse sub fidejussore de repræsentando, reum talem dimittere; ac ibidem *numero seq.* 100. & 102. benè limitat, quod diximus, secunda vel tertia vice iterari tormenta posse id procedere, quando reus duntaxat caussatur dolore quæstionis, se victum fuisse: sed si contenderet erroneam fuisse confessionem, & se paratum probare suum errorem, & adsint aliqua indicia pro revocatione facientia, tunc non posset iterum subiici quæstioni, sed debet ei spacium tribui probandi erroris, interea ad largam poni & admitti ad eum advocati ac procuratores, ut possit cum iis conferre. *Latius Farin. d. n.* 100 & *seqq. De quo et notabo infrà ad tit. seq.* 8. & 9. Stat itaq; hæc regula: *Impiũ esse ex primis indiciis, vel ẽt in casu retractationis reum ultra tertiã vicem, cõputatâ primâ, torquere*: Ubi scrupulus suboriri posset levis. *Quid n. si potest tertiã vicẽ Iudex reperiret nova indicia urgentissima, an posset ulterius tendere*? Et putẽ in rigore Iu-

Iudicem hoc casu ternarium numerum transgredi posse; Et quamvis iterata tortura purget omnia indicia, hoc tamen non nisi de inditiis quæ tertiam vicem seu torturam præcedunt potest intelligi: quomodo enim censebuntur expurgata, quæ prius ignorabantur? Facit, quod Reus sub fidejussore de repræsentando dimissus, cum nova indicia supervenerint, iterũ repeti ac examinari queat. Farinac. *d. q. 4. n. 26.* Et ergò quidni ex novis indiciis etquidem urgentissimis antè dimissionem supervenientibus, Reus torqueri posset? Ita novè statuò cum Delrio *in d. append. 2. q. 32. in fine.* oportet tamen ut isthæc nova indicia sint omni casu urgentissima, & per se sola ad quæstionem sufficientia. Nota.

Vix tamen probarem quod idem Delrio *in d. append. 2. q. 34.* statuit, nimirum si Reus fuerit suffiicienter, hoc est, tertortus, atq; in tertiâ torturâ contrà se crimen confessus, eundem quartò aut quintò torqueri posse ad detegendum socios, quia ratione sociorum nunquam fuerit tortus: Equidem hoc viam aperit, in

in hoc crimine magno numero multiplicandi torturas; & utiq; præstabit, ut casu quo exprimis indiciis ea repetenda, si non secundâ, saltem tertiâ vice simul ad detegendũ socios habeatur quæstio: Posset enim meo judicio repetita tortura & ultima ad utrumq; sufficere, præsertim cum juris sit, licere torturas singulas per horam continuari. *de quo dictum suprà ad tit. 3.* Quâ de causâ etiam valdè ambigo an Judici sequenda in praxi ejusdem Delrij *in d. app. 2. q. 34.* opinio, ut si quis V. G. de quinq; diuersis criminibus foret delatus; & ex indicijs gravibus suspectus, de singulis unam quæstionem haberi, adeoq; talem *quinquies* torqueri posse: Sane dicerem magis cum Tannero. *de proc. adu. Sagas. cap. 3. n. 71.* ad plurium etiam criminum examen propter horum concatenationem unã acerbissimam torturam posse sufficere, modò de ijs criminibus ante torturam Judici innotuerit, ut adeò tortũ super ijs simul audire & examinare possit. argum. Constit. Carol. P. H. O. *artic. 58.* ibi: **Vnd soll die Sage deß gefragten nit an-**

ge-

genommen oder auffgeschrieben werden/so er in der Marter/sondern sol sein sag thun/ so er von der Marter gelassen ist: Quomodo ex tortura demissus de pluribus à se perpetratis confitens audiendus erit. Quamvis videam *Tannerum Delrii* mentem fermè pervertisse, qui ibi de criminibus diversis specie & substantia, V. G. furto, homicidio, &c. loquitur, non verò de criminibus Magiæ in genere & semper connexis, V. G. idololatria, sodomia &c. Concedo nihilominus ubi reus plurium diversorum criminum delatus ac suspectus est, ibi repetitioni torturali facilius locum esse posse: Et si ponamus V. G. aliquem esse quinque criminum Reum: hic, *juxta Delrium*, poterit quinquies torqueri. Atquin constat super uno eodemq; crimine posse Reum ex primis indiciis Ter repeti: Quo posito, quoties hic Misellus criminum Reus torturæ foret subiiciendus? Quin amplius *juxta Delrium* etiam ad habendum socios qui jam de uno crimine ter tortus fuit, adhuc amplius torqueri potest: Quo itaq; addito, an non magno numero multiplicabuntur torturæ? Sed desi-

no plura. Præſtat quod æquitati conſentaneum & benignius eſt, quatenus hoc fieri poteſt, Judicem ſequi.

L Iam ſupra *ad præcedent. lit. f.* notavi reum teſtibus plenè aut aliàs legitimè convictum, ad ejuſmet cõfeſſionem exprimendam, torquere non licere, ut præter ſuprà citatos cum Navarro. *c.* 18. *dub.* 17. *n.* 59. Claro. *quæſt.* 64. *n.* 8. docet Leſs. *lib. 2. de Iuſtitia. c.* 29. *dub.* 17. *n.* 152. & habetur in Conſtit. Carolin. *artic.* 69. Ratio eſt, quia cum tortura adhibenda ſit in ſubſidium, ob defectum plenæ probationis; fruſtra inferretur reo convicto; quia confeſſio non eſt neceſſaria ad condemnandum. Eamq; ſententiam Navarrus vocat communem Theologorum & Juriſperitorum, quam tradit etiam Covarruvias *pract. quæſt. cap.* 23. *concluſ.* 1. *ubi plures citat.* Addit Clarus *loc. cit.* contrariam praxin eſſe judicum ineruditorũ. Sunt tamen aliqui caſus, quibus reus convictus nihilominus torqueri poteſt, quos recenſui *ſupra ad. d. lit. f.* inter quos eſt, quando tortura irrogatur reo ad habendos cõplices præſertim in crimine Magiæ,

giæ, quod non ſine complicibus committitur; irrogatur verò tunc cum proteſtatione, ut convictus torqueatur ſine judicio confeſſatorum & probatorum Farinac. *d.q.* 40. *n.* 19. Quamvis itaque *Navar. d. loco.* affirmet Iudicem qui reum plenè convictum torquet, peccare mortaliter, id tamen ſic intelligendum eſt, ut procedat quoad tormenta ad hoc inſtituta, ut reus delictum illud, de quo aliàs convictus eſt, fateatur; non quoad complices nominandos, aut cognoſcendas circumſtantias delictum aggravātes, de quibus non eſt plenè convictus: Atq; ita *Navarrum* & quos ſupra nominavi, explicat Delrio. *d. lib.* 5. *ſect.* 9. *verſ. Cæterum ſi reus. in fine.* Si tamen Iudex ineruditus reum convictum ſuper ipſo delicto jubeat *de facto* torqueri, isq; perduret, quid hoc caſu habendum ſit, notavi ſuprà *d lit. l.*

Hinc utilis illa monitio, ne judices illos diu detineant in carceribus, ſed vel ſontes velox pœna conſumat, vel innoxii reperti liberentur maturius: & ut obſerventur, ne qua ſecum ferant, vel ne M

qua inferant alii, quibus sibi necē queant inferre: & eadem de causa, ne diu solæ permittantur, nihil enim Diabolus diligentius conatur, quam ad mortis consilium illas inducere. Vide Nicol. Remig. *lib.* 3 *Dæmonol. cap.* 6. 7. *&* 8. juncta *Auth. hodiè. de custodia reorum.*

N & O Disputo fusissimè de hoc membro infra *in decis. qq.* 4. 5. *&* 6. & ibidem dissentientes *Alciatum*, *Duarenum*, aliosq; scriptores Catholicos & Acatholicos refuto, quo Lectorem remitto.

P *Benevole Lector*, Et huc repete quæ contra hosce Magistratus ac Iudices probè adnotanda monui *supra in præcedente titulo.* 3. *ad lit. m.*

Q De Lycantrophia sive hominum in bestias transmutatione possent hic quædam notari, nimirum *an illa sit realis & vera?* quam tamen litem acutioribus Philosophis reservo. Et egregiè de illa quæstione Delrio. *libr.* 2. *disquisit. quæst.* 18. Nimis autem ineptus est Bodinus homo præcipitis ingenii & nova ac periculosa amantis, *lib.* 2. *de Dæmonom. cap.* 6. (*quem pravo judicio sequuntur Peucerus,*

Phi-

Philippus Camerarius & pauci alii.) qui voluit veram introducere metamorphosim, & quidem non eam quæ fit secundum accidĕtia, sed quæ in ipsa naturæ & essentiæ mutatione consistit: tantum Diabolicæ potestati tribuens, quasi ea species ultimæ nullo modo sibi invicem subordinatæ, in se mutuo transformari possint, & sic etiam homo creatura Dei nobilissima, in lupum, felem, &c. arte magica transmutetur. Hæc opinio firmas radices egit in animis hominum *in septentrionalibus Laplandiæ, &c. regionibus* habitantium qui persvasissimum sibi habent, quod alter alterum ob delictum aliquod in lupum transformet, ut per aliquod tempus donec alteri visum, more veri alicujus lupi hinc inde discursitare cogatur: Verius & rectius Delrio. *d. q.* 18. cum communi Theologorum ac saniorum Philosophorum scholâ de hujusmodi lycantropiis statuit, scilicet omnes illusorias & deceptrices esse, & cũ natura pugnare, hanc hominis in belluam degenerationem: Et benè addit *Delrio*, contrariũ asserenti anathematis imminere

pœnam. *ex cap. Episcopi.* 26. *q.* 5. atq; hæc ſententia auctoritate *D. Auguſt.* fulcitur. *lib.* 18. *de Civit. Dei. c.* 17. *&* 18. & *de ſpiritu & litera. c.* 28. ſi tamen hujus ſcripti ipſe D. Auguſtinus auctor, de quo vide obiter Delrium. *lib.* 5. *ſect.* 17. *in Comment. d. Can. Epiſcopi. circa princip. verſ. his tamen argumentis nondum inducor.* Idem ratio perſvadet, quam doctè proponit Delrio. *d. q.* 18. Et poteſt hæc addi: In metamorphoſi iſta forma hominis aut manet, aut periit: *Nō prius*; Aut enim in proproprio manet corpore, aut ab hoc ſeparata, in aliud tamdiu migrabit: Sed hoc eſt ἄτοπον nec illud concedi poteſt; dicitur enim humanum corpus mutatum in lupinum; jam vero ſine contradictione in adjecto, aſſeri non poteſt, animam humanam quæ rationalis animalis forma eſt, brutum corpus informare, oppoſitæ enim differentiæ unā rem actu non conſtituunt, ſi itaq; verè lupus eſt, formam lupi adeſſe oportet, quæ ſola rem conſtituit, & conſtitutam ab aliis ſeparat. *Nec poſterius* aſſenſum meretur: Nam ſi anima humana perriit, immortalitas eſt ablata,

lata, quam Diabolum reddere & ſic brutum immortali anima donare poſſe qui aſſerit, temerarius eſt: Rectius itaq; faciunt omnes ſaniores, qui veram transmutationem negant. Sanè imperfectas corporum naturalium ſpecies ſubſtantialiter mutari concedimus: verum perfectiores quæ formis perfectis diſtant, & nullo modo ſibi invicem ſubordinatæ ſunt (ut homo & brutum) in ſe invicem transformari poſſe negamus, & ſic Dæmonum aſſeclas hominum transformationes eſſentiales in lupos &c. nullatenus producere, ſtatuimus. Cum omni exceptione majus ſit principium, *Quod Angelus ſpecies ultimas virtute ſua transmutare non poßit*. De quo *Scholaſtici*. Semper ergo illuſio hic intervenit illorum, qui transfiguratos putant: Sæpe illorum etiam, qui videre ſe putant, quod non vident. Prudēti & nolenti decipi diſtinguēda eſt ipſa transformatio ab effectib. cōcomitantib. Quare probamus cū *Del.* hanc concluſionē: *ipſa quidē transformatio deluſoria eſt: multi tamē eā comitantes effectus ſunt veriſſimi.* Exēpla & ejuſmodi effectus

proponit Delrio. *cit. quæst.* 18. Nos ut res magis in aprico sit ita procedimus: λυκάνθρωποι aut sibi tantum, vel etiam aliis tales videntur; *si sibi tantum*, est malè habentis phantasiæ viciosa dispositio: Nã æquè mirabile est, sibi imaginari se in gallum mutatum, se esse mortuum, ac nasi longitudine visum impediente onerari, ac si quis se in lupum mutari existimat. *Si vero aliis tale quid esse videtur*, uti in *Livonia*, & *Laplandia* familiare esse perhibetur, Diabolicum id est: Satanas enim, hominibus in loco quodam alto sopore oppressis, corpus lupinum assumere, aut ex aere aliave materia sibi formare; vel similem aliquam effigiem ac formam aêream illis circumdare; vel oculum videntis simul fascino dementare; vel alio quodam modo fucum facere potest, ut quamvis res substãtialiter mutata non sit, essentialem tamen metamorphosin passa videatur. Unde non immeritò vulgi testimonia, quæ pro essentiali metamorphosi stabilienda adduci solent, in dubium vocantur: Nam quæ de his magicis transformationibus

cir-

circumferuntur, aut nunquam sunt visa, aut si qua visa, non res videnda sed oculus videntis fascino oblæsus fuit; vel qui tales se vidisse affirmant, simili imaginationis depravatione affecti fuerunt, vel etiam res videnda subdole fuit subducta & alia in ejus locum substituta: Adscribam hic quæ in eandem sententiam doctè Delrio *sæpe citata quæst.* 18. Solet Diabolus, inquit, diversimodè decipere: Nã solet aliquando aliud corpus substituere, & illis absentibus, & alicubi in loco abdito soporatis ipse assumpto lupi corpore, vel ex aëre formato & sibi circumdato ista gerit, quæ putant homines ab illo misero absente & dormiente patrata: Aliquando vero hominibus ipsis ferarum exuvias hujusmodi veras aptissimè circumdat: quod fit, quando illis dat lupinam pellem in trunco quopiam cavæ arboris occulendam: ut ex quorundam confessionibus constat: Aliquando deniq; ex pacto Magis aêram circumdat effigiẽ belluæ, & membra membris quoad patitur similitudo circumponens, caput capiti, os ori, ventrem ventri, pedem

pedi, brachia brachiis accōmodat: hoc solet contingere, *quando ad hoc inunctionibus certis*, (ut Dolani illi Lycanthropi, de quibus acta judiciaria sunt edita) *vel solis verbis conceptis utuntur*, ut ille apud Ducem Russiæ à canib. laceratus de quo fit hic in ipso textu mētio; & tūc, ut & præcedenti casu, relinquunt *vestigia lupi terræ impressa*. Hoc autem ultimo casu nihil mirum est, si postmodum verè inveniātur saucii illis membris humanis quæ in ferino corpore ictum exceperant: Nam leviter cessit circumjectus aër, & vulnus vero corpori inhæsit, verum quando verum corpus abfuit, tunc Diabolus in absentium corpore eam partem consauciat; quam scit in ferino corpore sauciatam fuisse: *Hæc Delrio*, qui hoc posterius sui temporis historia ostendit, pluribusque exemplis confirmat; quæ quidem lectu sunt dignissima, sed propter prolixiatem nunc à me omittenda. Tu ipsum adi. Tanquam caput Gorgonis verò hic in contrariam partem ab iis, qui cum Bodino volunt veram introducere Metamorphosim, adduci solet exemplum

de

de Nabuchdonosor in bovem, & *Lothi uxore in statuam salis mutata*. Daniel. 4. *v*. 30. & 33. Gen. 19. sed quamvis inter Theologos de modo, factæ talis transmutationis nõ conveniat, dicimus exempla illa esse miraculosa & divina, quæ in hanc magorũ classem referri non possunt. Quidam volunt quod ex textu si penitius introspiciatur non essentialis mutatio, sed duntaxat conversatio & rationis quoad actum secundum inhibitio evinci possit. Adscribam quæ breviter, sed optimè *Del.d.loc.* De Nabuchdonosor pleriq; Patres, *inquit* negant formam bovis sive bovini corporis effigiem induisse; sed duntaxat volunt, sic mẽte abalienatum fuisse, ut se bovem crederet: Prætermissa longiore disputatione, mihi videtur contextui S. S. & Sententiæ *Divi Gregorii lib.* 5. *Moral. c.* 8. & rationi magis consentanea explicatio, volentium affectionem Regii corporis in bestiæ temperamentum commutatam, figuram etiam humanam aliquâ ex parte in ferinam degenerasse, sensusq; internos similes accepisse brutorum internis sensibus: unde

factum, ut & pecudum more quadrupes incederet, & fæno vesceretur, & homines fugeret, & sub dio degeret. Divina vero virtus fecit, ut sub tali temperamento & habitudine corporis, humana & rationalis anima perseveraret. *Ita Delrio.* Sed hæc plus satis Confer doctè Tannerum. *disp. de Angelis. ad. 1. part. S. Thomæ. q. 110. a. 1. & 2. assert. 6.* Petr. Tyreum. *de spirituum apparitionib. quæst.* 14. qui Cajetanum, Alensem, & alios Thomistas allegant.

R Qui *Wierum* sequuntur increduli idem tentent licet & delationis veritatem experientur ac sero suo malo sapere discant; Non tamen egò svaserim peruicacibus, ut se experimento committant, nec occinam illud vulgatum: *Non credis vade & vide.* Narrat idem exemplum Delrio. *lib. 2. disquisit. quæst. 16. ferè in fine*, ubi qui plura volet de his corporalibus delationibus exempla, inveniet; & recitat idem auctor similia *lib. 5. secte 3. vers. idem si quis feram.* Vnum vel alterum adscribam: Municeps bombardam gerens deambulabat extra munici-

nicipium, cui ecce obstrepunt multæ aves obscænis, corui & picæ, in arbore prope viam, sclopum collimat, & displodit: visus sibi vnam certo ictu percussisse & decidisse de ranco, reperit solam ferream clauem de cingulo muliebri delapsam; capit, & domum rediens narrat amico, & num norit clauem: quærit? respondet alter se nosse, clauem vicinæ domus N. Itur ad domum, reperiunt januam clausam: inserunt in seram clauem, recludunt, ingrediuntur pro familiaritate, quæ illis cum patrefamilias: ingressi Matrem famil. inveniunt glande latus ictam, Cape (*Lector*) & aliud certissimum: versabantur anno millesimo quingẽtesimo octogesimo septimo, Caleti, duo signa VValonum præsidio posita, limitem, contra Bolonienses, tum hostes, tuebantur: sub vesperam sudo cælo procubitores duo vident nubem subnigram aduolare, & in ea videntur sibi audire confusas voces multorum, quos nulli videbant tum alter audacior: quid hoc rei est: satin securi? si videtur, librabo arcubuziam in ipsam nu-

nubem, assentitur socius, cum tonitru sclopi decidit ex nube antè pedes mulier ebria, nuda, bene obeso corpore & media ætate, femur trajecta duplici vulnere: capta, se mentis impotem simulabat: nec ferê aliud alloquentibus referabat, quam *Hostesne? an fœderati?* quid ad hæc, qui negant transferri? negabunt credere sese, maneant increduli, quia nec oculatis quos possem plurimos adducere, credent: non credent. cur? quia nec viderunt, nec audiverunt: & quosdam, interrogauerunt, qui se nihil scire responderunt, si quæ quis nescit, quia nescit, ideo non vera: vere illi, & recte. An audeant profiteri se quæ in domestico conclaui gesta scire omnia? nescio. Non ideò tamen minus gesta: capiant & illa quæ alij oculati testes, non auriti tantum, in actis judicarijs, sacramento veritatis adacti professi fuere, quæ memorata habent apud Nicolaum Remigium Quæsitorem *lib. 1. Dæmonol. cap. fin.* ubi in aliquot capitibus præcedentibus hanc devectionem multis aliis exemplis egregiè adstruxit. Pergo ad alia.

Quæ-

Quæstionis est: *An in hoc crimine dignitas à tormentis excuset?* Jure quidem ordinario Nobilitas & Doctoralis dignitas à tortura excusat. *l. edictum de q.* Bosl. *de indit. n.* 102. *usq.* 114. sed exceptio est in crimine maleficij, ut in cœteris exceptis *per l. etsi excepta. C. de malef. & Math. de quo notaui suprà ad tit. praced. 3. lit. n. ubi vide.* Potest addi hæc ratio, quia hæ personæ ob ejusmodi crimen privilegio suo plane spoliantur. juxta Fr. Marcum. *decis.* 709. *p.* 1. & ideò tantum licebit Judici cum istis qui privilegio suo sunt exuti in pœnam facinoris, de quo suspecti meritò videntur, quantū cū illis qui nūquā privilegio adiuti fuerūt. IC. Patavin. *in sæpè allegato. con.* 2. *de Sag. q.* 20. *n.* 110. & Delr. *d. lib.* 5. *sect.* 9 *v. quoad personas torquendas.* Confer latè Farinac. *q.* 41. *n.* 37. *& seqq.* S

Excipiendæ semper prægnantes favore partus donec pepererint & periculū illud euaserint de qua materia plenè tract. Far. q. cr. 41. per tot. *ubi explicat an & quatenus Clerici ac Monachi, Minores, Senes, Milites, Doctores, Mulieres p̄gnātes, muti & surdi à natura, aliæq; personæ privilegiatæ torq. possint, ad quē lectorē remitto. & ad ea, q̄ dic. in t. præc. 3. ad lit. k. & n.* T

TITULUS V.

Ob eines Rei Bekantnuß ſoll für Recht vnd gültig gehalten werden/ wañ er durch des Richters falſche Verheiſſung oder Betrug iſt zur Außſage gebracht worden.

I.

NAch dem der Judex alle Mittel/ mit welchen er den Reum zur Bekantnuß bringen möge/ angewendt/ aber nichts außgericht hat/ wirdt gefragt/ Ob jhme von Göttlichen oder Natürlichen Rechten zugelaſſen wirdt/ daß er den Gefangenen durch ein erdichte/ jedoch nützliche Lügen/ oder durch ein falſche grosse Verheiſſung zur Auſſagung vermögen könne?

So viel den erſten Theil anbelangt/ wirdt dieſes wol bißweilen bey den Sectgenoſſen frech/ vnd ohn allen ſcrupeln oder bedenckens verůbet/ weil ſolche Leut/ welche den

den rechten Glauben / vnd wahres Evangelium / vnd dessen von Gott vnnd seiner Kirchen verordenete Interpretes, Außleger / vnd Catholische Theologos nicht erkennen wöllen / offtermahlen jrr fahren/ vnd wider außtrückliches Göttliches wort/ ohn einige ires Gewissens beschwernuß/ reden vnnd handeln dörffen. Zu welchen sich auch D. Ioannes Bodinus (welcher sonsten sehr rühmlich vom Hexerey Handel etliche Bücher geschrieben / vnd sich den Hexen patronen sonderlich Wiero starck wieder setzt vnd nidergelegt hat) gar wol verstanden vnd helt derselbe *lib. 4. de Dæmonom. c. 1.* außtrücklich wider die Catholische vnd allgemeine Lehr der Doctorn in der Kirchen Gottes / daß einer auß Vrsachen bißweilen ohn Sünd könne ein Lügen reden † vnd per consequens, so nötwendig drauß erfolgt / möge der Iudex in dieser Sach (welches er auch für gewiß helt) mit einer Lügen die Warheit / wann es jhm in andern Mitteln abgeht / von dem Reo wol bekommen. Aber weil diese Lehr gar singularis, new / vnd falsche ist (weß wegen auch neben andern etlichen Irrthumben / so er A

in

in gemeltem Buch vnbedachtsam oder frey-menig spargirt hat / den Catholischen dieses Buch / biß die errores corrigirt vnnd außgethan / vom *Consil. Trident. in Catalogo lib. prohib.* zur zeit zu lesen ist verbotten worden) wirdt sie von allen *Theologis* als ein vngöttliche vnd der heiligen Schrifft widerstehende Lehr / scharpff widerlegt vnd gantz verworffen. *argum. Proverb. 19. v. 9. Qui loquitur mendacia peribit.* Wer Lügen redet / wird vmb kommen. *S. Augustin. lib. de mendacio. c. 14.*

Neben diesem lehren viel *Doctores*, daß es viel ein grösser / ja tödtlich Sünd sey / wan einer *in Curia* vnd in der Gerichtstatt / (welche Ort von allem Argewon vnd Betrug sol rein vnnd gleichfals heylig gehalten werden) wol ein Lügen brauchen oder reden sie geschehe gleich von den *Reis*,
B Zeugen / Aduocaten † oder dem Richter selbsten. *D. Tho. 2. 2. q. 66. a. 1. Caiet. ibid. Couar. lib. 1. var. resol. c. 1. n. 2. Bal. rubr. C. de fide instrum. Iason. in l. cum. proponas C. de pactis* vnnd mehr andere *Doctores*.

Ein anders ist was die *Doctores* lehren vnnd sagen *de æquivocatione verborum*, von

vnd zweylautigen Worten / es seye ein gemeine vnd gute Lehr / daß einer im Fall der Noth / oder auß billiger Vrsachen nicht schuldig sey einem jeden auff seine Frag gantz richtig ohn vmb schweiff Antwort zugeben / sondern könne jhn mit zweiffel oder zweyleutigen Worten / die er nach seinem Sinn vnnd Verstandt / als wahre Wort außredet / beschlagen / vnd so bescheiden / daß er mit der Antwort zu frieden sey / wann er schon weiß daß derselbig / der jn gefragt hat / die wort in einẽ andern Verstand wirdt auffnehmen / weil er ohn Billigkeit / vnd nicht wie ein bestalter Oberherr / diesen Menschen auß zuforschen / vnnd zu fragen / kein Vrsach gehabt. Der ander aber gut fueg vnd vrsach gehabt hat / jme mit frembden oder dunckelen Worten die Sach zu verhälen. Vnd dieses heist nicht liegen / sondern einem fürwitzigen oder bösen Menschen die Warheit verbergen. † Welches jederzeit bey hochgelehrten *Theologen*, so angezogen seyn für kein Sünd / sonder für ein gut / nützlich vnnd zulässig ding ist gehalten worden. *D. Thom. cum D D. citatis. Couar. citatus cum aliis.*

II. Auß diesem Fundament werden von etlichen die Iudices entschuldiget/ welche mit eim schönen vnd listigen Fund/ oder mit geschraubt vnnd bewickelten Worten je weilen die Beklagte vberred haben / daß sie jhnen die That endeckt / vnd gutlich bekand haben. Von einem solchen klugen Lüttigen Richter erzehlen etliche *Authores*, Wie daß er auff ein zeit / als ein Zauberin sich gantz schön machte/ vnd nichts bekennen wolt / sie auff solche weiß hindergangen / vnd mit diesem gefangen / vnd vberredt habe: Wann du mir (sagt er) die Warheit nur rund bekennen wirst / wil ich dir von gemeinem kösten dieser Statt / so lang du leben wirst/ Speiß vnd Tranck genug zur vnderhaltung verschaffen / vnnd zum vbrigen ein newes Hauß bawen lassen (verstund aber daß Hauß/ so vom holtzwellen vnnd Stroh bey dem

dem Galgen für sie pflegt gebawt zu werden)

Ein ander Manier sie zu fällen vnd zur Aussag jhres Lasters zubringen / erzehlt *Sprengerus in malleo malef. q. 15.* Mann pflegt etliche Ehrliche Leut / auff welche die Gefangene am wenigsten verdacht habē/ zu jhnen in den Kärcker zu schicken / welche offtermalen mit jhnen allerhand *discurs* vnd Gespräch anstellen / vnnd nach dem sie etwas erfrewet / vnd zu frieden gestelt sein/ rathen sie jhnen vertrawlich vnd trewlich/ daß sie bey der Obrigkeit die Warheit bekennen / die werde jhnen Gnad beweissen/ vnnd sie wollen selbst für sie bitten : Nach dem nun dieses alles geschehen ist / sol der *Iudex* selbsten (sagt *Sprengerus*) zu jhnen kommen / vnd Gnad zusagen / wo sie auffrichtig seyn vnd bekennen werden (verstehet aber dz er jnen/oder der Gemeind † ein gute Gnad vnnd Gunst beweisse / wann sie deß Lasters wegen die verdiente Straff einnehmen / vnd für jhres Verbrechen bezahlen.) D

Zu solcher Weiß mit jnen zu handelen / gehört auch / wann einer einem *Reo* verheist/ er wol jhm verhelffen / daß er länger leben

ſol / welches er verſtehet von der verdampten Zauberey zu dem ſeligen vnd ewigen Leben.

Deßgleichen was *Sprengerus* ſagt *q. 14. mallei malef.* auß anderer Lehr vnd meynung / man könne einem ohn Sünd gewiß verheiſſen / daß er auff Erden länger leben ſol / ob der *Iudex* ſchon gedacht iſt / etwan der Statt oder deß Lands ſie zuverweiſen / oder zu der jmmer wehrenden Gefängnuß zu verdammen / kan auß vorigen Fundament / vnnd ohn Lügen verſtanden vnd gered werden: da er gemelter *Sprengerus* weiter ſchreibt vnnd ſpricht / Er könne jhm das zeitliche Leben verſprechen / wann er jezund ſein Ampt einem andern *Inquiſitori* wil reſigniren / vnd aufftragen / von welchen er wol weiß daß er es jhm nicht ſchencken wird iſt zu viel geſagt / vnnd iſt ſolche verheiß mit falſchem Betrug vnd Lügen verſigelt. *Delrio lib. 5. ſect. 10. in medio.*

Mit vorigen Practicken erzehlen *Inquiſitores Germaniæ apud Sprengerum cit.* Hat man ein Vnholde / ſo gantz halßſtarrig verblieb / angeführt vnnd jhre That ſocher geſtalt bekant gemacht. Vor kur-

tzen Jahren im Straßb. Stifft bey Schledstatt vnd dem Schloß Königberg/ war ein Zauberin / welche durch kein torment oder folter zur Bekantnuß kundt gebracht werdē/ als man aber die Person vberreden wolt/ es were der Herr so im Schloß wohnt/ vber feldt verreiset/ wolt sie es erstlich nit glauben: bald darnach gingen zu jhr in die Gefängnuß jhre drey gute bekante/ vnd verheissen jr sie wolten jhr darvon helffen / wañ sie nur etwas von solchen Zauberey Sachen von jhr lernen künten. Vñ wie wol sie anfänglich in etwas zuwider stund / vnd sich wegert / vnd gleichfals verwiese/ dz sie nicht auffrichtig handleten / hat sie doch endlich vertrawlicher geredt / vnd von einem gefragt/ was er dann begere zu wissen oder lernen / sprach einer/

ich wolt gern wissen wie man Hagel vnd Kieselwetter machen kan / der ander / wie es mit der Bulschafft zugehe. Endlich als sie jhm das Kieselwetter wolt machen lehren / ließ sie ein Schůssel mit Wasser füllen / vñ hieß denselbigen mit dem Finger dz Wasser bewegen / sie aber sprach etliche zaubrische Wort darzu / vnnd albald ist so ein grosses Wetter vnd Hagel in dem wald bey dem schloß / welchen ort er jr zum Wetter designirt vnnd verordnet hat / gefallen / deßgleichen in vielen Jahren nie gesehen worden.

Dieser Betrug aber ist mit nichten zugelassen / vnd kan zum Exempel nicht gezogen noch practicirt werden / theils weil sie gelogen haben / daß sie wolten Zaubern lernen / welches doch wieder jhren Sinn vnnd Gedancken war / zu dem daß sie ein Zauber werck von jhr haben begehrt zusehen. Dann

wie der Apoſtel ſpricht *ad Rom.* 3. *Faciamus mala ut veniant bona?* Laſt vns Vbels thun/ damit Guts drauß kom̃e/ iſt vns von Gott verbotten. Vid. Delr. *lib.* 5, *ſect* 10. *in fine*.

III. Ja es ſeindt andere verſtändige vnd gottsfürchtige Lehrer vnd Theologi/ welche auch ſo gar dieſe *intentiones* vnd erdichte Betrüg/ welche in dieſem *Paragrapho* erzehlet ſeyn/ nit wöllen paſſiren laſſen/ weil ſie vermeynen/ ſie können entweder ohn lügen kaum beſtehn/ oder vnter ſolchen bey andern ein Mißtrawen/ Ergernüß/ vnd an dem *Reo* ein groſſen Zorn vnd verbitterung/ durch welche er den gantzen Handel wieder vmbſtoſſen/ vnd ſich *deſperat* machen kan/ erwecken.

Es wird aber von etlichen ein Regul gegeben/ bey welcher abzunemen/ ob ein ſolches Wort zur lügen gehöre: nemlich/ wañ durch das Wort/ ſo geredt iſt worden/ mit allen ſeinen Vmbſtänden nur ein ding bedeutet/ noch etwas anders dadurch kan verſtanden werden/ iſt ein Zeichen/ daß welcher daſſelbe mit einem andern Verſtand vnd *ſignification* vorbringen oder reden will/ nit der Warheit/ ſonder der lügen mehr ſtatt

gebe; Wo aber etwas anders dadurch ver-
E standen kan werden † wirdt es zur *æquivocation* vnd zur doppelter red (welcher man sich auß billichen Vrsachen nach aller Doctorn Meynung gebrauchen kan) gerechnet. Cajet. 22. *q.* 87. *a.* 7. Sotus *lib.* 5. *de just q.* 6. *a.* 2. Azor. *to.* 1. *lib.* 11. *c.* 4 *q.* 5. vnd viel andere.

Es ist wol wahr / das vns Menschen nichts also erfrewet / als wann wir ein ander gute Trew vnd Glauben in allem thun vñ reden halten / welcher sonder zweiffel durch gemelte *æquivocationes* vnnd zwey lautende rede sehr geschwecht werden. Vnd diese Art zu reden / pflegt gemeiniglich bey falschen vnd doppelen Menschen / vnd nit bey Auffrichtigen gefunden zuwerden; Jedoch weilen auch grosse vnd wichtige Sachen vorfallen / welcher wegẽ sich etwan ein Mensch
F von Schaden durch diese Weiß zureden † entledigen kan / wird dieses auch von hochverständigen *Theologis* für gut vnd recht erkant. Was auch mehr ist / viel halten dieses für kein Sünd / wann einer auß billichen Vrsachen etwas anders im Sinn versteht / als die Wort heissen vnd bedeuten. Dieser Meynung seyn Nicol. Serar. *in judic. c.* 12.

q. 10.

*q.*10. Sylvest. *v. mendacium.* 4. *q. dicto* 3. Valentia *t.* 3. *disp.* 5. *q.* 13. *p.* 2. *circa secund. concl. ad* 1. Sanches *lib.* 3. *moral. c.* 6. *n.* 35. Lessius *lib.* 2. *c.* 42 *dub.* 9. *n.* 47.

Den Richtern aber vnd *Examinatoribus* wer jeder zeit wol zurathen / daß sie aller solcher vnnützer Schwenck / zweiffelhafftiger vnd betrüglicher rede so viel möglich / müssig gehen / vnd mit auffrichtigem Hertzen vnd Mund sich vnterstehen / von den *Reis* außzubringen / was sie jhnen zusagen schuldig seyn / zu welchen dann auch der liebe Gott jhnen getrewlich verhelffen wird.

IV. Der erst Schluß auff diesen Titul ist nun dieser / daß des *Rei* oder *Reæ* Bekantnuß für vngültig gehalten wird / welche der *Iudex* allein durch Betrug vnd falsche Verheissung hat außgebracht / vnd deßwegen kan er jhn auch zum Todt nicht verurtheilen / wann der *Reus* widerumb retractirt † vnd die Bekantnuß nit will gelten lassen. G Also lehren Covar. Jul. Clar. Menoch. Binsfeld. Immola. Dec. vnd wird also probirt. Wann des *Iudicis Examen* nicht rechtmessig ist gehalten worden / so ist auch des Beklagten bekantnuß nit rechtmessig. Aber

wo d' *Iudex* mit falſchē betrug vñ lügen das *Examē* führet/ iſt ſolches nit nach d' ordnung vnd brauch rechtmäſſig angeſtelt, *Ergo &c.*

Der ander Schluß iſt; wann der *Reus* oder *Rea* durch Lügen allein zur Auſſag iſt bewegt worden/ vnd ſein Bekantnuß widerH rüfft/ kan er rechtmeſſig zum Todt nicht † verdampt werden. Dd. citat. Covarr. Jul. Clar. Menoch Binsfeld. Andr. Fachinæus, vnd mehr andere.

Der dritte Schluß iſt auch vieler Doctoren: daß ein *Iudex* ohn Gefahr vnd Beſchwernuß ſeines Gewiſſens/ mit einer Todt ſündt den *Reum* zum Todt verurtheilen könne/ wann dem *Reo* wol bewuſt iſt/ daß der *Inquiſitor* mit Betrug vnd faſchen Verheiſſungen iſt vbmgangen/ vnd doch dieſem I ſich nicht widerſetzt † ſondern freywillig bey der Auſſag (wie wol er auch weiß/ daß jhme zugelaſſen ſey/ die Sach zuwiderruffen vnd vnd vmbzuſtoſſen) verbleibt. Dd. citat. Covarr. Clar. Menoch Binsfeld. vnd andere Dann ob er ſchon mit der Lügen vnnd mit Verheiſſung/ die er nit gedacht war zuhalten/ gröblich geſündigt hette/ ſo ſündiget er doch mehr nicht/ wann er den *Reum confeſſum* nach ſeiner beſtändigen Auſſag zum

Todt verurtheilt. Vnd was noch mehr ist/ auß vieler Meynung kan er solchen nicht loß geben / wo von handelt Felinus *in c, ad-ferte. de præsump.*

V. Der vierte Schluß dises Tituls ist: daß / wann ein *Iudex* dem *Reo* schon vor oder nach der bekantnuß verheist/ er wölle jhn loß geben (wann er sich nur nach seinem *intent* vnd Vorhaben schicke / oder jhm zu gefallen etwa ein Wetter mache/ oder einen blinden Zauberdantz repræsentire vnd vorstelle) Er mit gutem Gewissen sonderlich einer Vnholden die alles bekänt hat / das Leben nit schencken kan / er habe es wahr oder nit wahr gemeint. † Dann die Rechten gestatten den *judicibus* so viel nicht / daß sie nach jhrem gefallen einen *Reum criminis diuinæ* oder *humanæ Maiestatis* loß geben/ oder wann sie wollen / zum Todt verdammen. Zu dem / so hat ein Fürst oder Oberherr durch solche Bekantnuß das Recht bekommen / daß er den *Reum* oder *Ream* nach der gebür vnd gemeinem brauch am Leben straffen kan / so kan ja dann der von jhme nach gesetzter Gewalt haber oder *Iudex in criminalibus*, jhn dieses seines Gewalts K

nicht priuiren oder benehmen/sondern folgt notwendig / daß er jhn müsse auß geheiß seines Oberherrns mit der gebür straffen. *Felin. citato loco Less. l. 2. c. 29. Delrio l. 5. sect.* 10. Fürs dritt ist wol wahr / daß ein Oberrichter die gewönliche Straff zur zeit auß wichtigen Vrsachen höher oder minder setzen kan. *c. regum.* 22. *q.* 5. & *l. respiciend. l. hodie D. de pæn.* Aber daß er dz Laster vngestrafft lasse / vnnd mit dieser nachlassung alles Vbel in der Gemein verursache/ wirdt jhme von keinen Rechten gestattet. Wie *DD. cit.* vnd andere *Theologi* vnd *Iuris Doctores* lehren / ja sie handlen außtrücklich wider die geschriebene / gemeine vnnd particular Rechten. *c. de causis de off. deleg.* Farinac. *pract. crim. q.* 17. *n.* 5. & 6. Delrio. *cit. loco.*

Auß welchem leichtlich zu schliessen ist / was von hiebey folgendem Exempel zu halten sey/ da die *Inquisitores* ein offentliche Hexe / welche rundt vnnd ohne schew viel Zauberwerck vnd Laster bekänt hat / weil sie jhnen ein starckes Wetter gemacht hat/ jhr deßgleichen zugefallen nach der Bekantnuß Gnad bewiesen / vnnd das Leben

ge-

geschenckt haben. Es schreibt *Guirlandus* ein *Inquisitor* in Welschlandt / vnnd nach jhme Janus Boissardus *de diuin. & mag. præst. c. 9.* Es sey einsmals ein sehr berümbte Hex oder Zauberin in einer Italianischer Statt gefangen worden / vnd vor jhn Guirlandum gebracht worden. Dieser Iudex, weil er ein verständiger / sinreicher vnd bescheidner Herr war / sagt Boissard. hat diese Vnholde / nach dem sie vnzahlbare viel thaten vnd laster die sie begangen / bekant hat / mit harten worten darumb gestrafft / jedoch verheiß er jhr / sie solt ledig vnd vngestrafft davon kommen / mit dem geding / daß wann sie wegen jrer boßheit Rew vnd Leyd hette / vnnd deroselben wegen von hertzen Gott vmb verzeyung bette / auch zum vbrigen ein Eydt thete / daß sie hinfüro mit deß Teuffels dienste

nit

nit mehr wolte zuthun haben. Zu diesem aber solte sie auch ein probstück irer zaubereykunst in gegenwart desselben Magistrats vnd der Mitrichter beweisen. Diese Zaubrische person bedacht sich nit lang/ vnnd schwur jhnen sie wolte thun welches der Inquisitor vnd Richter begert hat. Darauff seind sie mit der frawen zur Statt hinauß gangen/ welche vmb vrlaub batte/ daß sie ein wenig allein auff seyte zwischen die Büsche gehen könte/ daselbst machte sie mit den fingern ein grube in die Erd/ murmelt vil zauberische Wort drunter † vnd ließ jr wasser (mit ehren zumelten) drein / mit auffgespertem maul/ verkerten augen vnd die grawe haar stunden jr wie bürsten auff dem kopff auffgereckt/ sie war schröcklich anzusehen.

Als

Als ſie nun von der Grube auff-
ſtundt/trieb ſie das waſſer vmb vnd
vmb / vnd mit gewiſſen zeichen vnd
deuten růfft ſie die böſen Geiſter
vmb hůlff an/ vnd ſchluhe mit einer
ruhten vmb die grub herumb / auß
welcher als bald ein dicker Dampff
wie ein rauch auffgieng / welcher
ſich allgemach in die lufft auff-
ſchwunge / vnnd wie es anzuſehen
war / ein dicke wolcken gab / ſo er
ſchröcklich vnd gantz ſchwartz war:
bald darnach hört mann wie daß
auß dieſem wolcken ein dunckel ge-
mürmel wurd / ſo ſich alsdan mehr
vnd mehr hören ließ biß daß es mit
donner vnnd groſſen knallen ſich
herauß thet / da ſahe man allent-
halben mit groſſem ſchrecken den
roten Blitz vnnd das Fewer mit
ſchröcklichem brauſen vnd krachen/

von oben an biß zur erdt herab fallen / als wann sich himmel vnd erd auffthete vnd die gantze welt solt zu grund gehen. In dem so stunden die gute Herrn Inquisitores bey diesem spectacul gantz forchtsam vnd erschrocken / vnd hat sie das spiel vorlängst gerewet ; Aber was wolten sie hier anfangen ? si konten in die Statt ohn gewisse vorstehende gefahr nicht wider zurück kommen / dörfften auch jre Sententz vnd geding nicht verändern / noch die Vnholden von jrem vornemen abhalten / vor welcher sie sich alle entsetzten vnd förchten jren mächtigen gewalt den sie vom Magistrat zu solchen vberkommen hat. Als sie nun nit mehr vorschröcken wusten / waß sie anfangen oder lassen sollen / wend sich das weib zu jhnen / sprechendt:

endt: habt ein gut Hertz vnd seyt getrost jhr habt euch keiner gefahr zu beforchten/ es sol euch kein leid widerfahren / darfür ich genugsamb sorgen wil. Jhr aber Richter verordnet mir ein Ort / auff welchen sich das Wetter wenden sol/ dann dieser wolck muß notwendig sein gefasten last an ein Ort auß schütten. Da zeigt/ jhr Guirlandus ein steinächtig/ wild vnd vngebänten Ort/ dorthin/ sagt er wann es sein soll / soll dieser Gewalt ohn schaden fallen. Er het das Wort kaum außgesprochen/ sihe da erhuben sich schröckliche Sturmwind / Donner / Hagel/ Blitz vnnd Fewer / so mit solchem vnerhorten krachen/ reissen / Platzregen vnd mit solcher gewalt an den gezeigten Ort fielen/ daß das nächst dabey fliessent Wasser anfing zu

schwemmen vnd das Erdreich dermassen saust vnd brumt als wann Himmel vnnd Erdt zu hauffen fallen wolten. Da war wiederumb keiner vnter diesen Richtern welcher nicht von seinem leben verzweifflet hat vnd welcher nicht wünschte das er zu diesem Spiel nie kommen were. Jedoch ist deß Wolckens last ohn jhre gefahr außgebrochen/ vnd hat das Wetter ausserhalb dem genanten Ort sonsten keinen schaden mehr gethan.

Ist nun diesen *Inquisitorib.* jhr Fürwitz vnnd Vermessenheit nicht genug bezahlet worden? es hat sie nur die Sach genug gerewet / weil sie genug gesündiget hätten/ in dem sie nicht allein das Laster an dieser berühmten Vnholden nicht straffen wöllen/ sondern anch selbsten da zu geholffen / daß sie jhre Zauberkunst / vnd in jhrer gegenwart / der Obrigkeit wider Gottes Gesätz geübet/ vnd auff ein newes / wo sie sich von

dem

dem vnmilden bösen Geist hat abgethan/ mit grösserer jhrer Verdamnuß sich hat jhme wider verheissen müssen. Ja wann alle diese Sünd vnd verbottener Contract von jhnen nicht wär verübt worden/ hätten sie doch solche Vnholde / die öffentlich vnd kund bekänt hat / nicht können loß geben. Der Vrsachen halber beschwert der Richter mit einer sehr schwere Todsünd sein Gewissen / welcher einen *Reum* oder *Ream*, so sich in diesem Zaubereylaster schuldig bekänt / nicht nach gepür strafft. † Vnnd wann er in solchem *proposito* vnd Fürhaben M zu procediren verharren wolt / könt er von dieser grossen Sünd von keinem frommen Beichtvatter absoluirt werden. Dann wie kan dieses für gering oder vnsträfflich geachtet werden / welches eigentlich vnnd zu aller erst wieder Gott stehet ? vnd wann die Hexen Leut wider die Gemeind oder wider einen Fürsten zusammen geschworen hätten / so wurdt ja kein *Iudex* allein von dieses wegen sie wider loß geben / sonderer vermeinte / er were gantz vnnd gar schuldig / solche seines Herrn gröste *injuri* vnd *crimen Majestatis læsæ* an jhnen zu rechnen / vnd sie

drumb genugsamb zustraffen? vnd im Fall er solche offentliche *conspiration* zustraffen verabseumet / würdt er von dem Oberrichter für Gericht selbst citirt werden / vnnd möcht dem Rentmeister ein feister Braten zu theil werden / wann er der *justici* so wenig gewogen gewesen wer. Nun ist von diesem Handel genug gesagt / ob aber ein Richter denselbigen von welchem er zweifflet ob er schuldig sey / loß geben sol / wird in folgendem Tit. VI. erkläret werden.

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. V.

A QUæritur: *An in aliquo casu liceat mentiri?* Homo præcipitis ingenii & nova ac periculosa amantis Johannes Bodinus *lib.* 4. *de Dæmon. c.* 1. asserit licere mentiri; ac inde concludit, licere quoq; Judici dolo, falsis promissis, vel mendaciis à Reo veritatem elicere: V. G. ut fingat eum ab aliis etiam complicibus denunciatum, ut promittat liberationem quam ei non cogitat servare, &c. quæ omnia *Bodinus* Iudici permittit. Videamus de priore. Distinguunt Theologi

tri-

triplex mendacium, nempè *jocosum* quod tantum joci seu recreationis causa profertur; *officiosum* quod alicui prodest; & *perniciosum* quod injustè nocet. Hoc posito, constanter tenendum, omne mendacium (quod nomen hujusmodi mereatur) esse rem simpliciter, per se & ex natura sua malam ideòq; adeò illicitum, ut nec Pontifex dispensatione bonam facere possit: Quæ sententia hodiè est communis Catholicorum, testante Delrio *lib. 5. disquisit. sect. 10. in prin.* & quam optimè confirmavit D. Augúst. *in Enchiridio. cap. 22. & in libro. contrà mendacium ad consentium* ubi *cap.* 18. ex illo *Ioann. 2. v. c. 21. quoniā omne mendacium ex veritate nō est*: Sic argumentatur. Qui docet, *ait D. Augustinus*, aliquod mendacium esse licitum, vel verum docet vel falsum. Si falsum non est ei credendum. Si verum jam aliquod mēdacium ex veritate est, quod negat Apostolus. Nihilominus olim etjam fuerunt *Priscillianistæ, Origenes & alii*, quos novissimè citat Becan. *in man. controv. lib* 5. *c.* 20. qui in illo casu licitum esse mentiri, putabant, quando mentiendo

quis nemini obesset, & tamē alicui prodesset, vel ad conservandam vitam, pudicitiam, famam, sanitatem, vel ad grandealiquod malum evitandum. Verum *D. Augustinus* horum sententiam optimè confutat, cum enim hanc ipsam quæstionem proposuisset *in Enchridio cap.* 13. tandem *c.* 22. respondet his verbis: *Nec ideò ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim & furando aliquando alicui prodesse, si pauper, cui palam datur, sentit commodum; & dives, cui clam tollitur, non sentit incommodum: nec ideò tale furtum quisquam dixerit non esse peccatum. Possumus & adulterando prodesse, si aliqua, nisi ad hoc ei consentiatur, appareat amando moritura: & si vixerit, pœnitendo purganda: nec ideò peccatum negabitur tale adulterium. Si autem meritò nobis placet castitas, quid quæso offendit veritas, ut propter alienam utilitatem illa non violetur adulterando, & violetur ista mentiendo? Non ideò mendacium poterit aliquando laudari, quia nonnunquam pro salute quorundam mentimur.* Eandem quæstionem prolixius disputat *idem Aug. in lib. de men-*

mendacio ad Consentium & allatis in utrãq; partem variis scripturæ testimoniis *cap. ult.* sic concludit: *Elucet igitur discussis omnibus, nihil aliud illa testimonia scripturarum monere, nisi nunquam omninò esse mentiendum.* Et posteà subdit: *Quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putaverit: decipiet seipsum turpiter, cũ honestum se deceptorem arbitratur aliorum.* Manet itaque mendacium ex natura sua malum esse, & nunquam benè ac rectè fieri posse; Et per necessarium consequens, *haud licere Iudici dolo malo, falsis promissis vel mendaciis à reis veritatem elicere.*

Existimat Covarr. *d. lib. 1. variarum resolut cap. 1. n. 2.* mendacium in judicio *mortale esse* ex suo genere; sed in specie nonnunquam *veniale esse* posse, & maximè si in re levi contingat, in omni siquidem materia rei levitas à mortali excusat. *cap. unum. distinct. 25.* Dissentit Cajetanus *ad D. Thom. 2. 2. q. 66. a. 1.* qui vult, quamvis mẽdacium venialem plerunq; culpam habeat, in judicio tamen mortale crimen esse, quando contingit in his, quæ ad ipsum judicium pertinent; B

Verum *Cajetanum* refutat Covarruvias *d.n.* 2. qui ex prædicta ratione existimat, etiam in judicio mendacium circa rem ad id pertinentem *levissimam* tamen cõtingens, non esse mortale crimen; quem de eo vide. Illa alia quæstio est: *Num liceat advocato*, qui justam causam fovet, in judicio dilationibus, calumniis, dolovè, nã & hic bonus esse potest, ingenuè uti ad effugiendas alterius, qui adverso litigat, calumnias, technas vel fucos, quos judicio obiicere studet. Et profectò ego existimo quam verissimum esse advocatum justam causam in judicio tractantem *nã temere* cautelis, ac malitiis, cavillisq; uti debere, nec posse, id enim indecens est bono viro: Sed tunc demum arte quapiã decipere adversarium justè ei licere, cũ id necessarium esse duxerit ad alterius cavillationes tutè effugiendas, vel victoriam in lite consequendam, hoc equidẽ licet *ex l.* 1. *ff. de dolo. & cap. Dominus. ubi Gratianus Augustinum lib. 6. quæstionum, super Iosua, quæstion.* 10. in hæc verba citat: *Cum autem justum bellum susceperit, utrum apertè pugnet, an ex insidiis, nihil ad justitiam*

in-

intereſt. Quibus verbis idem quod duci exercitus in bello permittitur, & advocato cōceſsum cenſetur, modo nec Dux belli nec Advocatus etiam adverſus alterius cavillationes falſitate, vel mendacio utatur. Cum hoc etiam ad mortem evitandam nequaquam licitum ſit. *text. in c. ne quis. & ſeq.* 22. *q.* 2. Vide eleg. Covarr. *lib.* 1. *variar. reſolut.* *c.* 2. *n.* 1. 4. *&* 5. Mynſing. 3. *Obſ.* 6.

Nota aliud eſse *dicere aliquid falſum*, aliud *occultare aliquid verum* : *eleg. c.* 14. *cauſ.* 22. *q.* 2. de quo etiam notat D. Auguſtinus *ſuper Pſalm.* 5. *v.* 9. illud pertinet ad mendacium: hoc ad æquivocationem: illud ad dolum malum: hoc ad dolum bonum. Covarr. *lib.* 1 *var. reſolut. c.* 2. *in fin.* Prius itaq; non licet cuiquam, maximè Iudici, qui in judicio ſcienter mentiens, haud dubiè peccaret mortaliter. juxta *ante dicta ad lit. b.* poſterius verò ſæpe licet, quoniam naturalis ratio non omnibus ſe perperám manifeſtare concedit, *inquit Imperator in L.* 14. *C. de contrah. ſtipulat.* Unde veriſſima hæc eſt concluſio: *Poterit Iudex uti æquivocatione & ver-* C

bus subdolis (citra mendacium) *& ambigua promissione liberationis, ut reum inducat ad fatendum veritatem, & auctorem criminis commissi deprehendat:* Hanc cõclusionem facit Delrio. *d. lib.* 5. *sect.* 10. quam benè probat Covarr *d. lib.* 1. *c.* 2. *in fine.* ubi vide exempla. Dixi: *ambigua promissione:* ut excludam casum quo quis expressè impunitatem promisit, de quo accipi debet Jul. Clarus. § *fin. quaest.* 55. *n.* 7. qualis promissio ad *Bodini* casum pertinet, de quo dictum *ad lit. praeced. a.* Et vel *Iudex supremus* promittit impunitatem, nec habet animum liberandi reum, & peccat per mendacium; vel *Iudex inferior* & quia promittit rem impossibilem, neq; enim jure habet absolvendi & liberandi potestatem, peccat similiter: Itaque illa conclusio debet sic intelligi, *ut Iudex nec intendat Reum liberare, nec verba eius liberationem necessario significent*; unde sibi reus imputabit, quod non subtilius sensum verborum ambiguorum discusserit. Exempla aliqua hujus æquivocationis recenset Sprenger. *in mall. malef. q.* 15. & ex ipso Delrio *d. sect.* 10. De æquivocatione plura notabo *infra ad seq. lit. e.*

Sunt

Sunt hæc exempla æquivocationis, seu doli Boni : veluti si Judex per verba generalia promittat facere gratiam, subintelligendo *Reipublicæ* in cujus conservationem totum quod fit est gratiosum: curaturum sagæ domum novam extrui, *domum* intelligens ligneam in qua erat comburenda ; *& similia.* Vbi videndum Judici, ut parcè & sobriè ejusmodi arcano utatur, quoniam fœmineus sexus ad credendum nimus solet esse facilis. Probarem magis hanc cautelam, ut Iudex complices, si quos habet, qui contra reum deposuerunt, ad reum intromittat, & permittat eos simul mutuo de facinoribus suis conferre, edere ac bibere, & habeat in loco vicino auscultantes & verba accipientes : etiam; si opus, Notarium publicum : si desint complices, vtatur ad hoc personis, quas novit non ingratas reo, sed amicas, & quasi fauentes atque miserantes : qui quodam sero intrent carcerem, & sermones dedita opera producant in multam noctem, tum quasi fortuito id accidisset, querantur sero nimis esse ad recedendum, ideo

in

in carcere pariter reliquum noctis exigant, & semper colloquantur, & sint similiter (ut dictum est) in vicino dicta excipientes. Et hanc cautelam *Inquisitores Germaniæ* feliciter observasse ac practicasse dicit Sprenger *citato loco* Non absimilem nec minus elegantem cautelam docet Barclajus *in sua Argenide. lib. 1. paulò post medium:* quam ejus verbis adscribam ut Judices solertiam deprehendant, quam tamen si fortè imitari possent caveant ne dolum bonum cum mendacio conjungant: Nec detrectatus Eurimedes *ait Barclajus*, Regis imperium, ad custodiam pervenit. in qua servabatur *Eristhenes*; & jam à limine, (ut Cleobulus rectè monstraverat) simulatis luctibus ardens; Tandem, *inquit*, de Poliarcho triumphasti Eristhenes: perijt armillæ contactu, quam lethalibus succis imbueras. Num tu vero, quod *Oloodemus* facit, ultrò, in gloriam duces quod operam facinori tanto præbueris? Ad hæc *Eristhenes* tanquam subito fluctu perculsus, quid loqueretur non habuit, Audiebat, extinctum *Poliarchum*, à quo ejus

ejus ſpes nequaquam divertebat. Jam verò conſcientia pulſabatur ad crimen objectum. Et quid præthereà diſſimularet, ſi Oloodemus (*ita enim finxerat Eurÿmedes*) jam confeſſus veneficium erat? Nec prolixiori conſilio aut recomponendo animo tempus dabatur. Ergò, ut in perditis rebus, reſtare putavit ne lanʒguidè cunctaretur; aut fruſtra negato facinore, videretur cenſuiſſe pudendum quod nollet confiteri: vrgenti itaque Eurijmedi, Bene eſt, retulit. De me quod placebit fata deliberent. Satis eſt gaudij quod poſt *Poliarchum* Siciliæ hoſtem vixi. Tum ſolerter Eurijmedes, tanquam de re notâ agens ſeſe penetrabat in eorum conſilia. Ad extremum, *Lÿcogenis* perfidiam obiecit; qui literis ad Poliarchum, in ſui flagitij infamiam ſubſtituebat innoxium Regem; Et *Eriſthene* fallaciam levi riſu confitente, *Eurÿmedes* ad regem ab eo digreditur; nec ſine horrore quid ille ſit faſſus oſtendit: Reſtare, ut Oloodemus pari indicio ſe damnet. Tam fæliciter perveſtigato facinore exultans *Meleander*, laudatum Eurijmedem ad

Oloo-

Oloodemum mittit, ſed ille præſentiori ingenio, averſatus veneficij nomen, tanquam de inaudito facinore, eum interrogaretur, ipſe plura quærebat: Cumq; *Eriſthenes* jam flagitium confeſſus diceretur, ratus hanc eſſe fallaciam; nec ſe credere reſpondit turpiſſimum crimen in Eriſthenem cadere; nec ſi maxime caderet, ſe conſcium eſſe. Ad extremum, expugnavit pertinaciam *Eurijmedes* prudenti conſilio: *Oloodemum* in arcano loco ſiſtit, unde Eriſthenes poſſet audiri: quo cum ipſe ante actos ſermones repetere cœpit. Et *Eriſthenes*, tanquam in pignus conſtantiæ nec ſuum abnuebat, nec ſociorum crimen, donec adeò *Oloodemi* patientiam vicit, ut repentè exclamaret ô te vel ſimplicem, *Eriſthenes* vel tuorum proditorem! ſtragulis deinde rejectis, communem ſuorum perniciem appellavit, & ſolum exitu dignum, quē pluribus comparauiſſet. Serò intellexit *Eriſthenes* ſe ab *Eurijmede* eſſe deluſum; neque Oloodemum communis flagitij indicium feciſſe: Verbis ergò quæ tempus dolorq; ferebant errorem excuſare para-

parabat *Oloodemo*. Sed ut ſatis explorata res, adhibitique idonei teſtes, in diverſum abſtracti conduntur in carcerem, & poſtridiè ad publicum judicium trahuntur:

Quæritur: *An liceat uti æquivocatione*: & ſenſus hic eſt, *an liceat alios fallere, decipere aut eludere per verba æquivoca*? quem ſenſum quæſtionis eſſe dicit Becanus *in man. controverſ. lib.* 5. *c.* 21. quod ſi ita eſt, oportet *quem in finem quid fiat dicaturq́ue*, reſpicere. Sanè cum *Iudex* utitur æquivocatione & verbis ſubdolis, ut à reo veritatem eliciat dolo bono & ad finē bonū utitur, ſicq; licitè de jure: nimirū hic dolus dirigitur in bonum Reipublicæ & Juſtitiæ executionem. *L.* 1. *de dolo malo*. de quo notatum anteà *ad lit c*. Itaq; *Iudex* Reo aliquid promittere poteſt, ſed citrà mendacium verbis æquivocis. Sed an *Reo* liceat in judicio uti æquivocatione? dicam *ad lit. ſeq. f.* Verum quid extra judicium & de aliis perſonis habendum? Et quidem *Ieſuitæ* cum aliis Theologis docent, *in omni congreſſu humano, in omnibus contractibus & promiſſionibus*, ſincerè, candidè,

dide, & seclusa omni fictione ac æquivocatione agendum esse: Malè fieri si aliud mente reconditum habeas, aliud verbo significes. Licere quidem, cum res postulat, *silentio aut dissimulatione* prudenter uti; sed *si loqui velis*, sine mendacio, sine fraude præstari id oportere. Ita Becanus *d.c.* 21.*n.* 3. Itaq; licitè potest aliquis occultare, quod sit Catholicus: docente Martino Navarro Azpilcueta. *in cap. humanæ aures.* 22.*q.* 5. aliud verò est negare fidem, aliud dissimulare, occultare: prius nunquam licet, de posteriori vide etiam *Sanches. lib.* 2. *moral. cap.* 4.*n.* 6. & ex eo Becanum. *d. lib* 5.*c.* 3. Cæterum de æquivocatione scripserunt multa & varia *Iesuitæ*, & cum ipsis *Martinus Navarrus Azpilcueta*, ait *citato loco*. Quod causam dedit calumniis ac scommatibus, quibus *Iesuitas* præsertim illi qui quodam *Vsimulca* auctore hoc seculo fuere protrusi, eo nomine, sed iniquè onerarunt, ut quidam non tā lepidè quàm verè questus videatur: Die armen Jesuiter müssen alles gethan haben: Man wird jhnen bald nachsagen/ sie haben den Apffel im Paradeiß gessen/ vnnd die

Erb-

Erbsündt aussbracht / &c. Ita fieri solet istis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare: frequenter odium multorum incurrunt & insidias patiuntur. &c. *verba sunt Pontificis in cap. qualiter & quando. extra. de accusationibus.* Subiiciam ex Apologetico pro Societate JESU *P. Ioannis Argenti*, quæ huc apprimè faciunt. Restat ut *Garnetum* (*inquit ille cap. 15. ferè in fine*) ab æquivocationis calumniâ vindicemus; illum enim exagitant tanquam mendacem, sacrilegum, & ejus occasione in omnes *Doctores Catholicos* invehuntur. Quia verò multi hac de re scripserunt, brevissimè me expediam; negando *Garnetum* unquam probasse illam æquivocationem, quam illi adversarii imponunt, quæ vel mendax est, vel mendacium continet, sed illam solum, quam didicit ex sacris literis, & cujus exempla à sanctissimis viris accepit: vellem enim mihi responderent adversarii, quid sentiant de *Abrahamo Patriarchâ* sanctissimo,

imo, quando ›ram non conjugem eſſe affirmat, ſed ſ… em; utrum Abraham mentitus fuit? Quid de *Iacob* viro præelecto, quando ſe Iacob nega›it; Eſau affirmavit, an fuerit mendax? Quid de *Davide Rege & Propheta*, ſecundum cor Dei, quando cum à facie Saulis fugeret, ab eo mitti ſacerdoti nunciabat? 1. Reg. 21. an ipſe quoq; mendax? & ſi Rex & Propheta mendax, quis verax? Quid de *Iudith* fæmina probatiſſima, de qua divinum teſtatur oraculum, non fuiſſe, qui de ea loqueretur verbum malum; Cui, ut Holofernes facilius deciperetur, Deus addidit ſplendorem; eritnè qui in ea mendacium aperiat? Sednè longum faciamus, quid dicent adverſarii de *Chriſto ipſo*, quando ſe longius ire finxit? quando filium hominis extremi diem judicii ignorare dixit? quando loquens in parabolis, volebat, ut Judæi audirent, ſed nō intelligerent? Ad hæc & plurima alia ſimilia, quid dicent grandes iſti rerum divinarū Atlantes? quid clamabunt? quid vociferabuntur? ego exſpecto, ut ne nos à mendacio abſolvant, ſe execrando mēda-

dacio irretiant, & *Abraham, Iacob, David, Iudith, & Chriſtum* ipſum mendaces pronuncient, ſed tunc præſtabit, nos cum Chriſto & Sanctis (ſi ita fas loqui) eſſe mendaces, quam cum Calviniſta aliquo eſſe veraces: & grande ſolatium nobis erit, *inquit. S. Hieronymus epiſt.* 99. iis non placere, quibus diſplicet Chriſtus. *Hæc ille.* Solent præterea exempla æquivocationis varia dari veluti Sanctus Franciſcus rogatus, quà perrexiſſet quidam homicida, qui juxta eum tranſierat; manus per manicas immittens, reſpondit, non tranſiiſſe illac; intelligens, non tranſiiſſe per illius manicas. Et illa quæ Becan. *in man. controv.* 5. *c.* 21. enumerat, nimirum interrogati dicent ſe credere: Pontificē eſſe caput Eccleſiæ, ſed occultè inteligēt *Pontificem Chriſtum.* Dicent ſe heri non fuiſſe in cœna Domini, ſed intelligent *cœnam cæleſtem* Dicent: Eccleſiam errare non poſſe, ſed intelligent *Eccleſiam in cælis triumphantem.* Dicent ſe juraſſe Regi fidelitatem, ſed intelligent *Regē Regum & Dominū Dominantium.* Et ſic in aliis. Memini me in diſputatione cujuſdam *Theo-*

logi Roſtochienſis hæc vel ſimilia legiſſe: Calviniani in ſuis Concionibus fatentur publicè, veram carnis Chriſti ſubſtantiam exhiberi nobis in ſacra cœna; ſed æquivocè & tacitè ſubaudiunt hæc verba: *per fidem ſpiritualiter.* Fatentur iidem veram corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam in ſacra cœna, ſed non intelligunt præſentiam exhibitivam ſive ſubſtantialem, ſed æquivocè, ſignativam ſeu ſpiritualem: quomodo dicitur Ajax & Oreſtes in ſcena præſens eſſe, quando mimi ſeu actores eorum perſonas repræſentant; *Sic Profeſſor ille Roſtochienſis.* Vide in ſimili Bellarminum *lib.* 1. *de Euchariſtia. c.* 2. Becanum *d. c.* 21 *in prin.* Ego manum de tabula: Neq; hæc in ullius injuriam de quo ſolenniter proteſtor, ſed ſaltem ideò commemoro, ut ſecundum ea æquivocationis thema illuſtrem, de exemplis allatis rectè judicanti liberum votum reſervans.

F Hic poteſt notari de Reo, *an ſcilicet Reus, quando in judicio interrogatur de crimine perpetrato, poſſit negare, vel æquivocè reſpondere?* Et reſpondetur cum diſtin-

ctio

ctione: Si Judex juridicè, ſeu ſervato ordine juris interroget, Reum teneri ad fatendam veritatem, non autem teneri, ſi juridicè non procedatur. Ita D. Thomas *in 2. 2. quæſt. 69. art. 1.* quem ſequuntur alii paſſim. *Ratio prioris partis eſt*, quia quisq; tenetur obedire ſuperiori legitimè præcipienti: atqui ſuperior legitimè præcipit, quando ſecundum ordinem juris interrogat reum: ergo tunc reus tenetur obedire, dicendo veritatẽ: *Ratio poſterioris eſt*, quia judex non habet jus interrogandi, niſi ſecundum ordinem juris: ergo ſi non ſervat ordinem juris, non poteſt reo vllam obligationẽ imponere ad crimen aperiendum, cum jus non concedat illi hanc poteſtatem. Cenſetur autem non ſervare ordinem juris, quando interrogat *de occulto crimine*, de quo neq; eſt fama contra reum, neq; indicia competentia, neq; ſemiplena probatio Quid ergò faciet reus in tali caſu, quo non tenetur fateri crimen à ſe perpetratum? Reſpondet *D. Thomas*, poſſe eum, vel per appellationẽ, vel aliter licitè ſubterfugere; mendacium tamen

men dicere non licere. Sed, quid si apertè neget, se crimen perpetrasse, eritnè mendax? Multi putant, sine vllo mendacio negare eum posse, quam diu *crimen occultum est*; Nam judex non præsumitur interrogare, nisi de crimine, quod aliquo modo in publicam notitiam deductum est: ergò si reus neget *tale crimen* à se perpetratum, non mentitur, si adhuc crimen occultum est. Ita Nauarrus. *citato loco in cap. humanæ aures. 22. quæst. 5.* Toletus. *instruct. sacerdot. lib. 4. c. 21.* Gregor. de Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 13* Becanus. *d. man. controvers. lib. 5. c. 21. in fine.*

G & H In quæstione principali *an promissio gratiæ liberationis Reo à Iudice facta ad hoc, ut confiteatur, sit seruanda?* distinguendum est inter *Principem*, qui gratiam delictorum concedendi potestatem habet, & judicem inferiorem. Vide Farinac *in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 81. c. 8. n. 281.* Clarum. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst 55. n. 7. & 9.* & plures alios quos allegat Berlich. *in decisionib. quæst. 61. n. 1. & 2.* Deindè attendendum an Judex *expressè*, vel *ambigue*

biguè liberationem promiſerit, hoc eſt, dolo malo & per mendacium confeſſionem hujuſmodi extorſerit, an vero *dolo bono* & proindè viâ licitâ delictum cognoviſſet, licet enim Iudici, *ut ſuprà dictũ,* bono dolo & æquivocâ promiſſione malum obſtinati ſilentij animum rei decipere, & ſibi iſte imputet ſimplicitatem ſuam: Delrio *d. lib.* 5. *ſect.* 10. *v.* 2. *concluſio.* Deniq; obſervandum, an Reus in tali confeſſione perſeveret, & tunc meritò pœnâ ordinariâ afficitur *de quo dicitur lit. i.* aut confeſſionem revocet, & tunc puniri non poteſt, nec debet: *de quo dicetur lit. g. & h in textu.* Eleganter Farinac. *d. part.* 3. *quæſt.* 81 *n.* 287. *& ſeqq.* Francis. Vivius *lib.* 1. *comm. opinion.* 405. *incipit. Iudex promittens. n.* 4. *& ſeqq.* Couarr. *lib.* 1 *var. reſolut. c.* 2 *in fine.* Fachin. *lib* 9. *controv. c.* 61. & Menoch. *de arbitrar. caſu.* 367. *per totum.*

Hic multi diſſentiunt, teſte Menochio. *d. caſu* 367. *n.* 6. *&* 7 Farinacio *d. quæſt* 81. *c.* 8. *n.* 293 *& ſeqq. præcipuè. n.* 302. Equidem docet Covarr *d. c.* 2. *in fine.* ſi Reus in ejuſmodi confeſſione per do- I

lum malum & fraudem extorta, perseveret, adsintq; alia indicia, conjecturæ & præsumptiones criminis commissi, tunc reum pœnâ ordinariâ affici posse; attamen de hujus doctrinæ veritate non immeritò dubitat Menoch. *d. casu. in fine.* quod si tamen conjecturæ & præsumptiones illæ forent tantæ, ut per se solæ plenam probationem facerent, & ad condemnationem sufficerent, de illa doctrinâ dubitandum non esset. *per ea quæ eleganter & in terminis.* Berlich. *in decis.: dicta quæst.* 61 *n.* 13. Et ergò extra hunc casum dixerim cum *Menoch. Farinacio. dd. locis aliisq; ab ipsis citatis.* Reum ex tali confessione concurrentibus licet quibusdam aliis inditiis; puniri posse *sed pœnâ arbitrariâ.* Quid si nulla alia inditia vel conjecturæ criminis commissi concurrant, adeòq; sola adsit confessio & quidem fraude ac per fallam promissionem extortas. Putarim si fraude cognita, reus non retractet, quod inductus dolo malo dixerat, sed in confessione sua persistat, tunc pœnæ arbitrariæ locum esse. Menoch. *d. casu. n.* 4. *& seqq.* Et quamvis

vis ejuſmodi confeſſioni aliàs minus tribuendum videatur, quod non tàm conſcientiâ quàm (quod valdè notandum) promiſſionis fiducia, ut carcere quam primum Reus liberetur, confeſſus præſumi poſſit, ſicuti hoc rectè poſt álios notat Bocer. *de jurisdict. lib.* 5. *n* 69. ideòque ex ſola ejuſmodi confeſſione Reus vix puniendus ſit: tamẽ hæc præſumptio fallit, ubi Reus poſtea comperta fraude vel de novo id fateatur ſpontè, vel ſaltẽ confeſſionem ſuam non retractet. Delrio. *d. ſect.* 10. *in* 2. *concluſione*. Farin. *d. q.* 81 *n.* 287.

Atquin, inquies, promiſsio eſt juris naturalis & eo jure obligat. *l.* 7. §. 14. 15. *&* 16. *de pact.* Quare & Hoſti, & Reo ſervanda. Reſpondeo, quando de re poſſibili eſt: Hoc vero in caſu promiſsio eſt de re, quæ jure Judici (loquor de inferiore Judice) impoſsibilis ideò nihil refert quod judex promittendo revera habuerit animum liberandi reum, quod de jure, præſtare non poteſt. Farinac. *quæſt. crim.* 17. *n.* 5. *&* 6. Anton. Faber. *in Cod. lib.* 9. *tit. de pœnis definit.* 17. ſi verò

non habuit animum, peccavit etiam per mendacium, verba menti contraria proferens, incurrit itaq; Judex peccatum mentiendo, ſed non peccat Reum ex tali confeſsione condemnando; quod & Judicem facere debere multorum locorum praxis, & plurimorũ Dd. confirmat ſententia, teſte Delrio. *d. ſect.* 10. *in* 3. *concl.* Diſſentiunt tamen etiã plurimi, quos citat & ſequitur Berlichius *d. deciſ.* 61. *n.* 2. 8. *&* 9. ubi & *Scabinos Lipſenſes* ejuſmodi promiſsionem eſſe ſervandã, reſpondiſſe teſtatur. Vide egregiè Farinac. *d. quæſt.* 81. *n.* 280. *& ſeqq. præſertim. num.* 287.

L Similia narrat Delrio. *lib.* 2. *diſquiſit. q.* 11. quæ fortè ridebunt, *Wieriani*, qui negant Lamias ventos, pluvias, tempeſtates excitare poſſe; ſed rectè ſentiunt *Theologi* & *ICti* communiter, quos laudat ac ſequitur Delrio. *d. q.* 11. qui ſuppoſitâ Dei permiſſione, vi pacti, Sagas id per Dæmonem poſſe facere arbitrantur. Nam poſſe Diabolum Deo ad tempus permittente (à ſeipſo quidem habet nocendi voluntatem, à Deo verò poteſtatem)

tem) tempestatem ciere, patet ex *Iobi historia c.* 1. ubi Satan tempestate inducta ædificium in quo filii Iobi erant, adeò quassavit, ut compagibus solutum concideret. Tum certum est, tempestates, pluvias &c. virtute cæli & elementorum excitari; sic potest Diabolus qui in aëre habitat, *Eph.*6.*v.* 12. materiæ motũ promovere, ventos exhalare, vaporesq; & nubes cogere, & ex uno loco in alium transferre, ut magna ingravescat tempestas. Et hoc idem magos Diaboli ope perficere posse nullum est dubium. Undè non omninò pro fabuloso habendũ, quod *Olaus l.*3 *c.*1. & alii de *Lappis* & *Finnis* referunt, eos certo precio ventos secundos nautis vendere. Nam in illis locis, ubi est maxima barbaries, & idolomania, Dæmonesq; in eorũ obsequio sunt, si res ad confirmandam superstitionem facit, naturalia promovere vel etiam aërem circa illam navem (sicut aliàs tempestates ab ipso emissæ nunquam *universales*, sed *particulares* fuerunt) concitare potest, ut ita dum corpori benefacere apparet, animæ struat insidias, æternũque

que

que perditum eat. Plura doctè more suo adfert Delr. *d. q.* 11. conjunge Tanner. *ad S. Thom.* 1. *p. quæst.* 110. *a.* 1. *&* 2. Nec obstat *Concilii Bracharensis Canon.* 8. cujus verba recitat *Delrio*: in eo enim solum negatur Dæmonem eiusmodi tempestates excitare propria *sua auctoritate*: hoc est per se & indepedenter à permissione divina, sicut Priscillianus dixerat *Delr.* & *Tanner. dd. locis.* Sed quid est quod Justinianus *in* §. 3. *in fin. de publis judic*: dicit: *susurris magicis*: Vtiq; verbis & susurris hunc effectum tribuere, ineptū sanè videtur: & hoc sensu verissimè Seneca, 4. *natur. quæst.* 7. *Rudis*, inquit. *antiquitas credebat & attrahi imbres carminibus, & cantibus & repelle: quorum nihil posse fieri tàm palàm est, ut hujus rei causa nullius Philosophi schola sit intranda.* Ope sanè spirituum improborum, homines improbos talia patrare posse, vix quisquam negare ausit: *Et fieri ab hodiernis* Sagis quædam ex earū confessionibus certum est.

M Quæ dicta sunt in præcedentibus obtinent in promissione impunitatis facta in judicio, atq; *processu iam inchoato*: Nunc

Nunc hoc consectarii loco subiiciam, quod habet Tanner. *in process. adversus Sagas cap 5. n.* 132. ubi svadet, ut verè resipiscentibus *extra judicium*; promittatur venia & impunitas commissi criminis, si verè & seriò pii & prudentis Confessarii judicio, pœniteant: quo casu, si Confessarius norit, jam antea fuisse denuntiatas, curabit, acceptà à pœnitente facultate, ut sub fide secreti ex Catalogo denunciatarum deleantur. Estq; hoc medium conforme S. Inquisitionis officio, & processui *in foro Ecclesiæ*, de quo Farinacius *part. 7. oper. tract. de hæret q.* 181. §. 1. *n.* 48. *Quod si lamiæ*, inquit, *pœnitentes veniam petunt, & ad Ecclesiam ex corde redire volunt, sunt admittendæ ad pœnitentiam, ac etiam reconciliandæ, nec ullo pacto seculari curiæ tradendæ; etiam quod infantes occiderint, seu alia atrociora & nefanda crimina perpetraverunt*, juxta Simancham *Cathol. instit. tit.* 37. *rub. de lami.* 17. Et audio *inquit Tannner.* quibusdam in locis, hoc medium ad salutem plurium fœliciter cessisse. Forsan aliquandò expediret, etiam *adversus damnatas* ubi ejusmodi benigni-

1 † vnd deß beklagten Lasters oberzeuget ist; können zu der gewöhnlichen Straff/ welche auff solches Laster die Rechten gesetzt haben/ verdammen vnd abstraffen lassen. Vñ dieses ist ein gemeiner *Consens* vnd einhellige Meinung in andern/ sonderlich groben heimlichen Lastern/ dieser folgender Authorn. Felin. *c. Ad nostram de probat. num.* 1. Dida Covar. *pract q. c.* 23. *n.* 5. *concl.* 1. Bartol. Bald. Angel. quos allegat & plures Farinac. *part.* 3. *de reo confesso & convicto in quæst.* 86. *an & quando præsumtiva probatio sufficiat ad condemnandum & in quam pœnam.* Chassan. vor den Burgundischen Bräuchen *Rub* 1. §. 2 *n.* 18. *in addit.* an welchem Orth er sagt/ daß dieses bey Gericht brauchlich sey/ in den gröbsten Lastern/ welche heimlich begangen/ vnd schwerlich können probirt werden. Eben dieses sagt auch *Clarus*, man helt diesen *praxin* in Meylan-

län-

bisch- vnd Neapolitanischen *Tribunalib. l. 5. § fin. q. 20. v. scias tamen.*

Dieser Meinung seindt auch ander *Authores*, welche eben dieses auch halten von den Zauberischen beklagten Personen so mit genugsamen Beweiß seind conuincirt worden Ioan. Bodin. *lib.* 4. *de mag. Dæmon. c.* 2. *q.* 4. Godelman, *de Magis & Venef. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 16. Theod. Gramineus. *in direct. judic. in causa malef.* Binsf. *comment. in tit. C. de malef. & math. q.* 3. Es wird auch diese meynung probirt *ex caus.* 2. *q.* 1. *cap. Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut in conuictum aut confessum*: das ist / Wir können keinen verurtheilen / er habe dann entweder selbst bekänt / oder sey mit Recht vberzeuget worden. Welches *Capitulum* anzeigt / daß eines auß beyden genug sey / daß der *Reus* entweder die That selbst gestanden habe / oder aber derselbigen vberwiesen sey. Deßgleichen erfordert *Constitutio Caroli V. ar.* 22. allein eins auß diesen beyden: Es setzet Binsfeld: Exempel weiß wann zwey oder drey gute gültige Zeugen auff einen so wegen der Zauberey verdacht ist außsagen: Sie ha-

ben gesehen / daß derselbig ein Hafen voll zaubersachen vnter eines Stalls Thürschwell (in welchem dz Vieh gestorben ist) gelegt habe / könne solcher zu der Zauberey gewönlicher Straff verurtheilt werden. vnd sey dieses von andern dergleichen zu halten.

IX. Nach welcher Meinung auß beiden nun ein verständiger *Iudex* sich in seinem *Tribunali* accommodiren vnd verhalten sol / kan er auß dem was gesagt ist / abnehmen. Die erste zwar ist Christ mild vnd mitleydig / vnnd kann nicht leichtlich verworffen werden / welche Delrio vnd andere *Doct.* bey *Marsil. in l. Repeti. ff. de quæstion. col. 6.* mit jhm halten / Derowegen sie auch sicher genug: vnd kan ein *Iudex*, wo der *Reus* oder *Rea* gantz nicht bekennen wil / nach ordentlichem Rechtlichem *Process*, vnd nottürfftigen Geistlichen vnnd weltlichen erzehlten Mitteln den *Reum* loßgeben / so keine newe Zeugnuß gegeben werden / oder darzuhelffen / daß er von der gewöhnlicher Straff entlediget werde † weil entweder ein solcher vnschuldig seyn kan / oder wann er schon mit der Zauberey behafft

K

weref

were/ ist es doch besser / daß man diß Unkraut bey dem andern laß / als daß etwa ein Wäitzen Stängle / oder ein Unschuldiger Mensch zum Todt verurtheilt werde.

Die zweyte Meinung ist schärpffer † L
vnd weilen sie nach gründlicher Erwegung aller Umbständen der Thaten / auch grossen eingenommenen *indiciis*, Zeugnussen vnnd Zeugen etliche fürnehme *Tribunalia* practicirt haben / kan sie für vngültig oder vnrecht nicht gescholden werden: Jetziger zeit aber pflegt man kein Zauberische Person zu verbrennen / sie habe sich dann vor Gericht offentlich deß Zauberey † Lasters M
schuldig bekant.

X. Zum 3. pflegen die *Iudices* ein hoch beklagten *convictum*, vnd vberzeugten *Reum* oder *Ream, ad pœnam extraordinariam*, nicht zur gewönlichen / sondern einer anderen milteren Straff verurtheilen/ vnd dieses geschicht auß dem Grund vnnd Fundament/ mit welchen die *authores* der zweyten Meynung/ so *in* §. 8. dieses Tituls citirt werden/ sich fundiren. Vnd lehrt *Innoc in cap. verosimile. de præsump.* daß wann einer allein auß *indiciis*, vnd gewissen Vermuthungen

verurtheilt wirdt / sol gnädiger / als andere / welche die That bekänt haben / gestrafft werden. *de quo* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. jud. casu* 279. *& doctè ac fusè Farinac. quæst. crimin.* 86. *per tot.*

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. VII.

A TOrmētorum sævitiam quotidiè malefici in eculeo eludunt, omnem enim cruciatum, vel risu vel somno vel silentio superant. De causa quæritur, & utrum Dæmon possit facere, ne corpus Sagæ actu sentiat, quod natura sensile est, V. G. ne crucietur quæstioni subditum? Tractat hanc quæstionem doctè Delrio *lib. 2. quæst.* 21. & de ea re, ac remedio seu *maleficio taciturnitatis* notavi suprà *ad tit.* 3 *lit. u.* Quamvis verò quidam malefici singulari quodam corporis robore & animi pervicacia nonnunquam tormenta eludant, pleriq; tamen nituntur pacto Dæmoniaco, & hanc indolentiam magis opera Dæmonis induci probat Delrio. *cit. q.* 21. Qui quandoq; etiam ministrat suis mancipiis ad hunc finē pharmaca

maca naturalia confecta ex opio solano & similibus, quibus humores turbantur, sopor altus conciliatur, sensus stupefit, & sensatio impeditur; Et illis Narcoticis pharmacis posse etiam somnum valdè diuturnum conciliari, exempla docent, de quibus Delrio *d. q.* talis fuit somnus illius *Rustici*, qui in Germania totum Autumnum & hyemem dormiendo fuit emensus, & *Epimenidis Cretensis*, qui cum quærens ovem meridiano æstu speluncam ingressus, sopore gravi victus. 77. quievit annos, experrectusq; postea, ratus se parum indulsisse somno, pergebat oviculam quærere; quæ exempla & alia recitat Delrio *d. q.* 21. ubi tamen de *Epimenide* potius adscribit Dæmoni, quam causis naturalibus.

Stupenda hæc est narratio, quam etiam ex *Charonda* refert ac memorat Delrio *lib.* 2 *disquisit. quæst.* 21 B

Tradunt Sprenger. & socii *in mall. malefic. part.* 3 *q.* 14. *&* 15. maleficium *taciturnitatis* componi ex corde, vel aliis mẽbris infantuli non baptizati, violenter necati & in pulverem redacti, quibus ci- C

neribus corpori inſperſis vel occultatis, ſilentii hanc vim conſequantur: de quo notavi ſupra *ad tit.* 3. *lit. u.* & agit Delrio. *d. quæſt.* 21. *verſic. alii utuntur inunctionibus.* De ſtigmate monui ſimiliter ſupra *ad tit.* 2. *in fine. verſ. præter hæc recenſita.* ſcilicet id imprimere Dæmonem maximè incredulis, quibus diffidit eos conſtantes fore, & forte metu tormentorũ deficere poſſe, quos per eiuſmodi inſenſibilem teſſaram confirmat, ac etiam perſvadere vult ne quidem ab ipſis per vim tormentorũ crimen extorqueri debere, itaque nihil metuant. &c.

D Ne malefici in tormentis dolorem ſentiant, aliquando Dæmon pondera appenſa ipſe levat, & corpus ipſum ſublevat, funes quoq; quibus ligati & extenſi, laxat, aliquando verò ea quæ corpori infligi vel infundi videntur, ipse aliò avertit, aut vim eorum priuſquam corpus contingant, tollit; aliquando corpus ipsum malefici ex eculeo tollit & aliud ſubſtituit: quæ cuncta cum Deus permittit, illa facillima ſunt; rarius tamen hanc ſuperpoſitionem corporis alterius

con-

contingere putat Delrio. *lib. 5. sect. 9. vers. quoad tertium dubium.* ubi subiicit id videri factum in Lycantropo illo Westphalico annis superioribus, de quo narratur hic in textu, hominem *vicies* sævæ quæstioni subditum, nihil fassum, sed ridenti similem cuncta supplicia pertulisse; Hæc fusius Delrio. *d. vers. quoad tertium dubium.* Cæterum quoties ex primis indiciis torturam repetere liceat, notavi supra *ad tit. 3.*

Hoc scilicet, ut dixi, aversionis seu depulsionis modo: stultus enim sit qui existimet ipsum Dæmonem torqueri potuisse. E

De remediis divinis seu Ecclesiasticis, egregiè disputat Delrio. *libr. 6 cap. 2 sect. 3. q. 3. per totam.* quæ quia ad Forum Theologicum, & non *ad Edictum Prætoris* pertinent, eò Lectorem ablego. De qua re benè etiam monet Gregor. de Valentia. *disput. 6. quæst. 13 puncto. 4. §. 5.* ut dum maleficæ personæ in carcere detinentur, adsint in promptu remedia spiritualia, ad propulsandam vim & injurias Dæmonis; ut *aqua benedicta*, *agnus Dei*, F

... u.es & sacra imagines exorcismi, &c. Item ut præsto sint Sacerdotes, qui reos de ratione officii sui tum in ipso judicio, tum placando & propitiando sibi Deo diligenter & maturè admoneant. Ridet ac reprehendit isthæc Ecclesiastica remedia Godelman *lib* 1. *de Lamiis.c*.6.*n*.21.*& seqq.* quem eo nomine dignè perstrinxit vir pius juxta ac doctus Delrio. *d. lib.* 6.*c.* 3 *per totum.* Crebra miracula arguunt de effectibus *Agnorum* Dei, quorum aliqua celeberrima commemorat Delrio. *d.cap.* 2. *sect.* 3.*q*.3.*lit. Ee.* quæ satis multa piis, impiis nihil satis, ut credant, quidvis plus satis, ut nauseent. Plura habet, Gretzerus *lib.* 3. *de S. Cruce. cap.* 37. De agnis Dei, *Godelmannus* sic loquitur: (*De agno Dei ex cera & lana confecto, atq; à se consecrato asserunt, peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit*) quæ verba dignè exagitat *Delrio*, quis enim unquam *agnum Dei* ex lana confectum vidit? quis prius comparationem sanguinis Christi, & agni hujus instituit? quisquis autem sit illius versiculi auctor nec constat, et parum refert, qui nō quid singuli privati, sed quid

Ec-

Ecclesia Romana sentiat, solliciti sumus. Hæc & similia contrà *Godelmānū* pari jure mihi liceret asserere, quo ipsi sive calumniâ sive inscitiâ, adversus remedia spiritualia scriptis suis ista infarcire libuit, sed non mitto falcem in alienam messem.

De *Sale benedicto*, de *Aqua benedicta*, deq; *Exorcismo Ecclesiastico*, doctè disquirit Delrio. *d.cap.* 2. *& cap. seq.* 3. *per tot.* atq; hæc remedia spiritualia nominatim contrà prædictum *Godelmannum* egregiè defendit; quem vel illud tritum: *ne sutor ultra, &c.* intrà professionis metas continere vel vulgata juris regula *minimè sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt. L.* 23. *de Legib.* rectius monere debuisset. G

Controversia gravissima est inter Doctores: *Vtrum Reus de maleficio condemnari possit mortis pœna propter multiplicatas personarum infamiū denunciationes, etsi ipsemet crimen confessus non sit?* Affirmat Binsfeld. *de conf. malef. memb.* 2. *conclus.* 7. Gorez. 3. *resolut.* 12. *n.* 10. Lessius *lib.* 2. *c.* 30. *n.* 39. *de justitia & jure*, & alii plures, contra H

 Pro-

Prosperum Farinacium *q.* 43. *num.* 39.62. Martinum Delrium *lib.* 5. *sect.* 5. Ratio illorum est: Quia licet depositio seu testimonium personæ infamis minus ponderis habeat, tamen indicium aliquot facit: tantoq; majus, quantò plurium personarum depositiones concurrunt & consentiunt. Ergò fieri potest, tot personas, v. g. *duodecim*, aut *quindecim* Sagas de proprio crimine confessas, aliam ut sociam perseveranter denunciare, ut exindè oriatur indicium moraliter certum seu indubitatum, quod plenæ probationi *in criminibus exceptis*, suapiè naturâ occultis, æquivalere debet. Hæc quidem sententia vera est, per se loquendo, & secundum eam in praxi procedendum est *in hæresis crimine*: Verum quod attinet *ad crimen sagarum seu maleficarum*, alia difficultas non modica se offert. Nam ut testimonia, seu depositiones plurium ad condemnationem hominis non confessi sufficiant, debent ii esse contestes, id est, testificari de eodem facto particulari, *de quo tamen infra in decis. quæst.* ex communi loco. Atqui existimo, vix unquam

acci-

accidere, ut decem, aut duodecim Sagæ in eandem personam denunciando cõsentientes, de eodem facto particulari contestentur. Aut enim confessæ, & de sociis interrogatæ id solum dicunt, *Titiã quoque maleficam esse*: cujusmodi tamen denunciationes, nisi particularium factorum indiciis specificẽtur, nihil aliud generare possunt, quam infamiam commissi criminis; quæ si sola sit, ad condemnandum minimè probat: Accedit hoc loco, quod maleficæ interrogatæ de sociis interdum aliquos prodant; non quia eas verè sciunt tales esse, sed quia propter earũdem in hoc genere infamiam, vel antecedentem capturam; tales esse suspicantur. Sin verò ulterius examinatæ specialia facta denuncient, vix accidet, ut multæ in eodem particulari consentiant: Sed una dicet, se ante tres annos: altera se ante duos annos Titiam in conventu Sagarum, ac Dæmonum vidisse: tertia, se eandem sociam habuisse in creanda tempestate: quarta se sociam habuisse in alio magiæ genere. Cujusmodi denunciationes infamium perso-

narum,

narum, quantumvis multiplicatas, *si sola sint*, & non aliis gravioribus indiciis, aut testimoniis confirmatæ, arbitror *ad condemnatoriam sententiã* haud sufficere. Ita Layman *de Sagis num.* 27. Et vide de hac controversia *infra decis. q* 8. Illa alia quæstio est, quando fit talis denunciatio, q̃ hæc vel illa persona interfuerit conventibus Sagarum, *an requiratur specificatio temporis & loci, vel utrum sufficiat generalis denunciatio plurium absque hujusmodi circumstantiis ad inquisitionem & torturam?* De qua *ICti Patavini* apud M. Ant. Peregrin. *consil.* 2. *de Sagis*. Delrio *lib.* 5. *sect.* 3. & præcipuè *lib.* 5. *in app.* 2. *q* 9. Equidem *Delrio ibidem* cum *ICtis Friburgensibus* defendit *in criminibus exceptis* sufficere generalem denunciationem plurium, absq; hujusmodi circumstantiis *ad inquisitionem & torturam*; dubito tamen an non alii rectius contrarium sentiant quod & olim ipsemet docuisse videtur. *d. l.* 5. *sect.* 3. ubi ait: *Tertiò requiritur ex parte criminis, ut nominans diligenter sit interrogatus de omnibus circumstantiis, quis, quid, quãdo, ubi, cum quibus, quomodo? Nec enim aliter posset procedere*

dere ad inquisitionem & torturam ex tali nominatione &c. Ita Delrio *d. sect. 3.* qui tamē postea *in d q. 9* seipsum explicare & hoc tantum *ad benè esse* pertinere ac restringere voluit. Sanè, quod suprà sæpius notavimus, ut nominationibus fides adhibeatur, eas certa scientiæ causâ ac circumstantiarum explicatione vestiri necessè est, quod hic denuò repetimus, maximè ad evitandum periculum innocentum, quod per nominationes facilè aliis creari posset, Et putat Delrio *in d. append. 2. q.* 1. nominationem *unius* ad capturam sufficere: Ergonè bonæ famæ persona ab hac vel illa Saga *saltem in genere denunciata*, quod Saga sit, & in conventu visa, statim capienda? Haud dixerim, neque oportet sine probabili causa aut conjectura effectum nominationis extendere.

Quod ex *solis* complicum denuntiationibus, absq; aliis inditiis, nemo condemnari debeat dictum *ad lit. præced. h.* illa verò alia quæstio est: *an Reus plenis probationibus seu testibus convictus, ad mortem damnari possit?* De qua plenè tractat I

Fa-

Farinacius *citata parte.* 3. *quæst.* 86. *per totam* Exemplum ponunt pleriq; de exeunte timido & pallido cum gladio cruento & ex domo ubi occisus inuentus. Vide Farinac. *quæst.* 52. *n.* 50. *&* 55. *cum seqq.* Et in crimine Magiæ Binsfeldius *cit. loco.* si duo testes invulnerabiles deponant se vidisse Sagam propinantem equo, qui mox mortuus, potionem, aut duo testes legitimi affirment se vidisse Sagam deponentem vel abscondentem ollam cum unguentis Magicis repletam, sub stabuli limite in quo maleficium postea subsecutum fuerit, &c. Atq; hisce casibus *communiorem* & *veriorem sententiam* esse volunt Farinac. *d. quæst.* 52. *n.* 52. *&* 54. & alii ab ipso allegati, ista sufficere ad condemnationem, maximè si alia accedant indicia. Farin. *d. quæst.* 52. *n.* 61. sed quicquid *Farinacius. alijq.* dicant, volunt contrarium Böer. *decis.* 166. *n.* 2. *Ioann. Andr. Gandin.* citati à Farinac. *d. q. n.* 60. quos strictè sequitur Delrio. *lib.* 5. *sect.* 4. *n.* 10. nempè ne sic quidem esse sufficientia indicia ex *Farinacio.* & *Binsfeldio.* antè relata, ad condemnationem,

de

de quo notavimus suprà *ad tit. praeced.* 4. Facilius autem admiserim illam communem, quam probat *Farinacius*, sententiam in pœna duntaxat pecuniariâ non verò in ordinariâ vel extraordinariâ corporali nihilominus etiam quoad pecuniariam, quia Farinacius *d. quaest. n.* 67. cum *Claro* fatetur, Judicem non teneri eam infligere; sed tantum posse si velit, semper sim auctor, ex hisce vel similib. indiciis ne procedat ad ullã condemnationem. Ita svadet quidẽ Judicibus *Delrio* sed vide Farinacium *d. quaest.* 86. *per tot.* Sanè si ad istud indicium quod ex *Farinacio* posuimus quaedam alia accedant indicia, non dubitarem ad corporalem pœnam saltem extraordinariam devenire posse *Vide in textu.* §. *final.*

K Hic loquimur de quaestione: *An plurium infamium denuntiationes, si solae sint, ad condemnandum sufficiant?* quod observabis, & vide iterum, si libet. *infrà dictam decisionem quaest.* 8. *per. tot.*

L Hic loquimur de quaestione: *An reus testibus legalibus & invulnerabilibus convictus ad mortem damnari possit?* quot similiter

liter notabis, ne periculosè erres.

M Id quidem *regulare* est, memini tamen aliter observatum, & quandam Sagam non confitentem sed infinitis gravatam ijsq; indubitatis indiciis, ad rogũ damnatam fuisse. Hic sub finem indagabo quod scitu dignum est: nunquid etiam Sagæ sint condemnandæ, si duntaxat fateantur *se conuentui nocturno interfuisse! venerem cum Diabolo exercuisse*, vel similia, de quibus inquisitio vel exploratio non potest institui? Sanè constat neminem jure condemnari, nisi de delicto commisso ejusq; qualitate verè constet. Farinac. *lib.* 1. *de. inquisit. quæst* 2. *n.* 1. Verum rectè id limitat idem Farinac. *d. q.* 2. *n.* 26. ubi inquit diversum esse *in crimine Lamiarum*, quæ eo ipso quod dicunt se processisse ad ludos, possunt absq; alio condemnari, etiam quod de delicto aliter non constet. Quare quod dicitur, *de corpore delicti in genere saltem constare debere*, id notabiliter intelligendum quod ea peccata, quæ in actum & perniciem externam erupuerunt, debet enim constare segetes corruptas, infantẽ occisũ &c.

quoad

quoad peccata verò intellectus, ut hæresim: vel voluntatis, ut pactum cum Diabolo, commessationes, concubitus cum Diabolo & hujusmodi difficillimæ indagationes, nō solū potest inquiri contra eas, licet non constet de corpore delicti, sed etiam sunt condemnandæ, si duntaxat dicant se ad conventum delatas, &c. Farin. *d.n.*26. quem sequitur Delrio. *lib.* 5. *sect.* 2. *in pr.* & *sect.* 11. *in medio.*

TITULUS IIX.

Wie sich der Richter verhalten soll / wann der Reus oder Rea, so bekänt hat / wider abfält ante sententiam, vnd revocirt.

DJese *Reuocation* oder Widerruff deß *Rei* oder *Reæ* ist zweyerley: Eine betrifft den *Reum* selbsten / die andern die *complices* vnd Mitgespielen die er bekänt hat. Auff beyde *Quæstiones* vnd Fragen solle kürtzlich geantwort werden.

I. So viel den *Reum* oder *Ream* anbelangt/geschicht jeweilen nach dem einer ohn einige scharpffe *quæstion* oder Tortur gütlich bekänt hat / daß er hernacher / wann er seine Aussag *ad banchum juris*, vnd vor der Gerichtstatt widerholen vnd ratificiren sol/ vmbschlagt vnd laugnet. Als dann hat der *Iudex* gut Recht solchen vnbestandigen vnd falschen Menschen/ welche ohn einige peinliche *quæstion* sein Zauberey Laster bekant/ oder die *Iudices* mit Lügen / wie er als dann selbst vorgibt/bezahlt hat/zur gewöhnlichen *Quæstion* vnd Tortur zu nehmen / vnd foltern lassen. Wie dann solches den *Tribunalibus* sonderlich *in criminibus exceptis* vergönt vnd von Rechten vorgeschrieben wird/ vnd ist Tit. III. §. 2. dieses Tractats genugsamb bewiesen worden. Ob aber der *Iudex* genugsame Vrsach hab diesen zu torquiren / sehe er was toto Tit. II. gesagt ist.

II. Zum andern geschicht auch / daß ein *Reus* oder *Rea*, der allbereit in der Tortur vnnd *Quæstion* sein Laster bekänt hat/ jedoch solcher seiner Aussag nicht wil geständig seyn/sondern auff einmahl widerales

les was er gesagt hat reuocirt vnnd vernichtiget. An diesem hat in gleichen der *Iudex* fueg vnd recht die Tortur zu repetiren vnd zu widerholen. † Was gestalt aber vnnd wie offt solches geschehen sol / ist weitläuffig Tit. IV. §. 5. vnd 6. erklärt worden / vnd ist ein gemeine Lehr der Doctorn / Bartol. *l. vnius* §. *reus. ff. de quæstion.* Bald. *l. bonæ fidei. C. de reb. credit. col.* 2. Marsil. *l. repeti. ff. de quæstion.* Gomez *tō.* 3. *c.* 13. *n.* 26. Iul. Clar. *lib.* 5. §. *final. q.* 21. *n.* 36. & *q.* 64. *n.* 42. Vrsach / Dann dieses Laugnen stöst die Folter vmb / vnd ist eben so viel als wann er nie were gefoltert worden: dann die vorig *indicia* vnd Zeugnuß / so auff jhn ergangen seyn / seind wider in jhrem ersten *valor* vnnd werth. Zu dem / solche Vnbeständigkeit deß *Rei* verursachet bey den Richtern andere newe *indicia* vnd Vermuthungen / daß dieser Mensch falsch oder schuldig sey. So viel von der ersten *Revocation* vnd Widerruff.

III. Die andere *Revocation* gehet die *complices* oder die Zauber Gesellschafft an welche der *Reus* oder *Rea* in jhrer Aussag namhafftig gemacht hat / vnnd kan auff

dreyerley Weiß vnnd Manier geschehen.
Erstlich so ein Zauberische Person von jhr
selbsten zwar gütlich / oder bey der Folter
bekänt hat / hernacher aber wann sie jhre
Aussag ratificiren vnd bekräfftigen sol / nit
allein die *complices* vnd Mitgespielen / son-
der auch sich selbsten für vnschuldig auß
gibt. Mit dieser Person wirdt in allem der
Process gehalten/welcher in vorigen *paragra-
phis* 1. & 2. dieses Tituls ist angedeutet
worden.

IV. Fürs ander / so ein *Reus* oder *Rea*
zwar bey der Tortur oder ohn dieselbige
gütlich bekänt hat / vnnd hernacher auch *ad
banchum juris* dasselbige bestättiget / jedoch
von den *judicibus* begehrt/ man solle alle die
complices, vnd die Personen / welche sie für
B Vnholden angeben haben/ auß thun † die-
weil sie dieser Sach kein genugsame Wis-
senschafft haben/ od' weil sie auß hören sagē/
vnd der gleichen Vrsachen / solche auff der
Examinatorn befragen habe namhafftig
gemacht. Dieser Punct ist etwas schwerer
als die vorige / vnnd kompt den Richtern
frembd vor/ wann ein Vnholde sagt sie kön-
ne zaubern/ oder sey auff Zauberplätzen ge-
wesen/

wesen / wisse aber von keiner Gesellschafft. Es scheint zwar nicht vnmöglich zu seyn/ wie dann auch daß etwa ein vnschüldiger zur bekantnuß dieses Lasters sey gebracht worden ; welcher durch bekantnuß anderer Leut sein Seel nicht beschweren wil / jedoch mag wol auch ein anders vnder dieser Vnbeständigkeit vnd *Revocation* verborgen ligen: als da etwa ein Zauberische Person an Gottes Gnad vnnd seiner Seligkeit verzweifflet / vnnd dem bösen Feind mehr die verführte Gesellschafft / als Gott der Menschen Seelen gönnet. In solchem fall aber können die *judices* mit allem fleiß / alle vmbständ der Sachen / vnnd deß *Rei* oder *Reæ qualitet* vnnd beschaffenheit in acht nemen vnd erwegen / damit sie was zu jhrem Heyl förderlich ist/ schliessen/ vnd ein rechtmässiges Vrtheil fällen mögen. Darzu jhnen dienet was von den Vnschuldigen Tit. VI. ist gesagt worden/ vnd was die Beschuldigte dieses Lasters von jhrer Gesellschafft schuldig seyn zu sagen Tit. IV. §. 4 & 5.

V. Zum dritten / so ein Person bey jhrer Aussag beständig verbleibt / vnnd nur

etliche wenige Personen revocirt / oder für vnschüldig bekänt / hat ein verständiger Richter mehr Vrsach solchem gehör zu geben / dann wo er vermerckt / daß sie solches nicht auß anderer Leut anleitung oder begehren / verändern wil / sondern auß erheblichen vnnd billichen Vrsachen: als daß sie ein Person für die ander gesehen oder genännt / oder weil sie von justificirten Vnholden allein solches gehört vnd verstanden hätte / es weren diese oder jene Personen auch vnder jhrer Rott oder Companey gewesen; könne er solchem jhrem vermutlichem vorbringen / sonderlich vor dem Capital Sententz mehr glauben / vnnd weil sie bey jhrer anderer Aussag beständig verbleibt / ihr auffrichtigkeit erkennen vnd annemen. Es ist auch nicht ohn / vnd müssen etliche notwendig / wo sie sonsten auffrichtig handlen wöllen (ob sie schon dieses Lasters sich schuldig bekennen vnnd seindt) zu letzt gestehen / daß von jhren *complicibus* vnd Gespielschafft keine mehr bey Leben seyen / sonderlich an denen Orthen / da die *Execution* vnnd Abstraffung richtig vnd scharpff ist vorgenommen worden / vnnd als dann

zum

zum End lauffen wirdt / oder wo auch etliche vberig weren / pflegen an einen abgesönderten Orth als frembd vnnd vnbekant nit recht gesehē od' erkand werdē. Wie solches *in Tribunalibus* viel beschreiben vnnd an Tag thun / daß also die *Iudices* auff gesagte weiß den *Reis* glauben geben können / vnnd solches Lehret Delrio *lib.* 5. *sect.* 5. §. *quando. in fine.* Couarru. 2. *variar. resol. c.* 13. *n.* 8.

VI. Solcher Gefangnen Vnbeständigkeit verursachet auch der leydige Sathan offt selber / der sie / gleich wie vor der Bekantnuß / also auch nach derselbigen bestreitet / vnd jeweilen vberwindet wo sie vnd andere Seelsorger † mit jhnen kein gute Wacht halten / vnd wider solche vnnd dergleichen gefährliche Anfechtung nicht gute geistliche Mittel ordnen vnnd verschaffen: Dieses bestättigen etliche bey Nicol. Remigio *lib.* 1. *Dæmonolat. c.* 13. Anna à Bänno schreibet er / Nach dem sie mit gewaltigen Zeugen vberfallen / vnd mit der Folter betrawet / auch alle jhre Zauberey Laster bekant / vnnd

beym Richter / welcher ihr die wort versprach den Satan (welchem sie sich verheischen) in ewigkeit abgesagt hatte / hat derselbig Gast ein wenig darnach / als er sie in den Kercker allein funde / dermassen abgeschmirt / daß sie vermeind / sie müste noch denselbigen Tag sterben. Aber Gott hat gewölt / daß die Hüter / so darzu kamen / solche Tyranney alsbalt abwändeten. Zwar der Rücken war jhr noch voll streimen als sie dieses dem Richter erzehlt. Dergleichen Exempel mehr erzehlt Remig. *loc. cit.* vnnd *lib.* 3. *c.* 6. führt er viel Historien ein von den Vnholden / welche wegen der grewlichen vexation vnd beträngnussen / so sie von den bösen Geistern in der gefangnuß müssen vberstehen / hefftig vnd flehendlich begehrt haben / daß man sie bald zur verdiente straff verurtheile / vnd nit lang Leben laß / auff daß sie nur vons Teuffels Dienstbarkeit zur Freyheit jhrer Seelen

vnd

vnd durch Christum erworbene Seligkeit gelangen mögen. Welches so woll die Richter als Seelsorger in acht nemmen können.

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. IIX.

REus vel *spontè* confitetur, vel *per tormenta*: Hanc verò suam confessionē revocat vel *ante sententiam*, vel *post eam latam*: Et quidem revocat vel DE SE tantum; vel DE denunciatis & his vel omnibus vel quibusdam; vel deniq; revocat de se & de denunciatis simul. De singulis casibus dicitur in hoc & sequente *tit.* 9. Si revocat *confessionem spontaneam* de SE factam, videndum num adsint indicia ad torturam sufficientia, ex quibus ad veritatem eliciendam torqueri possit. *de quo in* §. 1. *in textu.* solum quippe mendacium rei non sufficere ad torturam suprà notavimus *ad tit.* 2. *in fine.* nisi sit adjutum aliis præsumptionibus, de quo Farinac. *quæst.* 52. *n.* 6. *&* 8. Verum si revocat *confessionem torturalem*, communiter *Dd.* tradunt, quod tunc ex primis indiciis de- A

nuò torqueri & ad perseverantiam in ipsa confessione cogi possit *Constit. Carolina art.* 57. Jul. Clarus. *lib* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 21 *n.* 36. Farinac. *quæst. crim.* 38. *n.* 91. *ubi plures citat*, & non solum *de communi*, sed etiam hanc conclusionem *usu receptam* testatur: Et est hæc ratio, quam dat Marsil. *cit. loco.* quod alias rarò vel nunquam rei punirentur, quin fatui essent si ratificarent, postquam scirent, non ratificando salvos fieri, & sic furca staret in viduitate, ut loquitur Marsil. *d. loc.* de quo notavimus suprà *ad tit.* 4. quibus adde novissimè Berlich. *in decisionibus. q.* 63. ubi notabilem fallentiam ponit, quam, si lubet, vide.

B Si reus in confessione sua perseverat *de se*, áttamē revocat denūciationē *de aliquo tantum*, vel *de omnibus* factam in tortura, tunc Judex cunctis perpensis arbitrabitur, an hujusmodi revocatio non facta à certò mori sit attendenda, vel an adversus talem tortura ex hoc capite repetenda? Quod *Delrio* sic existimat *lib.* 5. *in append.* 2 *q.* 18. ubi inquit, receptum est, si reus in prima quæstione maleficium

con

confessus sit, vel aliquem dennuntiaverit, & non vult sequenti die confessionem vel denuntiationem suam ratificare, dicatq; se vi quæstionis victum falsa dixisse, receptum, inquam, talem absq; novis indiciis iterum equuleo imponi posse ut in confessione perseveret. Verum ego accuratum Judicis arbitrium hic desidero, qui præsertim diligenter ponderabit, an denuntiatio à Reo in tortura facta *sit nuda inculpatio sine ullis adminiculis*, seu an *generalis tantum nominatio sine causa scientiæ & expressione circumstantiarum loci & temporis*, de quo notavi suprâ *ad tit. praced. 7. lit. b.* Quod si alia adminicula cum denuntiatione concurrerent vel ea suis circumstantiis explicaretur ac vestiretur utiq; longè validior et efficatior ad persvadendū foret nimirū reū verè aliquē denunciasse atq; ideò Judex talem revocationem magis suspectam habere ac proindè tutius hoc casu ad repetitionem torturæ arbitrari posset: quod si verò appareret manifestis indiciis, Reum denuntiantem non levitate aut odio, non prece, svasione aut pre-

cio ſed juſta omninò ex cauſa denuntiationem correxiſſe ac revocaſſe, ſtandum erit revocationi ante ſententiam factæ, neq; adverſus taliter denuntiatam inquirendum aut procedendum

C Utilis hæc monitio eſt: ne Judices diu detineant Sagas in carceribus ſed vel ſontes velox pœna conſumat, vel innoxij reperti liberentur maturius. *auth. hodiè. C. de cuſtod reorum.* Et ut obſerventur, ne qua ſecum ferant, vel ne qua inferant alij, quibus ſibi necem queant inferre: & eadem de cauſa, ne diu ſolæ permittantur, nihil enim Diabolus diligentius conatur, quam ad mortis conſilium illas inducere. V. Nicol. Remig. *lib.* 3. *dæmonol. c.* 6. 7. *&* 8. Hic quæri poſſet, *Cur Sagas Diabolus carceribus non eripiat?* de qua quæſtione Vide Delrium. *lib.* 5. *diſquiſit. ſect.* 7. *in fine.* Cœterum *quomodo confeſſarius ſe gerere debeat cũ Sagis à Iudice captis vel condemnatis*, notatur infrâ *ad tit.* 10. *&* 11. illud hic notandum. Si Reus alium quendam inocentem denuntiârit, tenetur ſub peccato mortali non ſolum *ante condemnationem*, ſed ſi

tunc

tunc non fecit, etiam *post damnationis sententiam*, falsam ejusmodi denunciationē revocare : ad quod etiam â Confessario compellendus est. Ita ex communi Toletus *l.* 5. *c.* 66. *n.* 7. ubi ait : *Qui imponit alteri crimen falsum, peccat mortalitèr contra justitiam, & ob id obligandus est â Confessario, verum aperire, licet pateretur mille torturas.* Idem habet Lessius *cap.* 11. *dub.* 15. *in fine*, ubi ait : *si ex infamia falsa periculum vitæ uni vel pluribus impendet teneris etiam cum vitæ periculo reparare ex communi Doctorum, quia tunc obligaris non ratione* solius infamiæ, *sed* ratione damni. Atquin, dixeris, retractationem quæ fit post sententiam & in extremo vitæ Judices non acceptare, neq; eam infirmare factam anteâ denunciationem, *de quo dicetur in tit. seq.* 9. ac perinde denunciantem post eam latam, & in eo mortis articulo obligatum non esse ad revocationem, quia inutilis esset. Verum adverte, quamvis talis denunciatio non penitus tollat priorem denunciationem; fieri tamen non potest, quin eam aliquo modo infirmet, ut cautius contra denunciatum procedatur. Et

quic-

quicquid de eo sit nihilominus absolutè, & quidem sub mortali obligatus est reus ad revocandam falsam denuntiationem innocentis quocunq; tēpore antè mortem: secundum Layman. *§. de Sagis. n.* 21. *&* 23. Tanner. *de process. advers. Sagas. cap.* 4. *n.* 103. maximè etiam quia tali revocatione conscientiam criminis commissi pacatiorem reddet. Aliud est, si Mulier vel quicunq; alius Reus, qui falsa confessione crimen *sibi* imposuit, ob quod mortis supplicio afficiendus erit, persvaderi sibi non sinat, ut retractet: quia timet, gravissima, qualia antea se passum tormenta recordatur, iterum inferenda fore, ideoq: mori mavult, quam ea sustinere; hunc Confessarius deniq; urgere non debet, ad retractationem cū talium tormentorum periculo: quia Reus conformare se potest sententiæ probabili *Doctorum negantium, in hoc casu obligationem retractandi sub peccato morali incumbere*: Hi sunt Angelus *ver. detractio, §.* 7. Sotus. *lib.* 5. *quæst.* 10. *a.* 2. Tolet. *lib.* 5. *c.* 66. Less. *lib.* 2. *c.* 11. *dub.* 7. *assert.* 5. *Sa. ver. infamare.* Quamquam contraria

sen-

sententia speculativè vera mihi videtur, quæ est Covar. 1. *resol. c.* 2. *n.* 8. Molin. *tract.* 4. *disp.* 37. *concl.* 15. Qui enim causam suæ mortis posuit, tenetur eam tollere, si possit; alioquin sui ipsius occisor erit: Sed Reus, qui sibi crimen falsò affinxit, ob quod morte puniendus est, is causam suæ occisionis posuit: Ergo tenetur eam tollere, retractando crimen falsò sibi impositum. *Minor.* est clara: *Major* declaratur simili: Si enim aliquis ignem posuit, ex quo intelligit oriturum esse incendium, nisi extinguat ignem, si possit; tanquam incendiarius damnabitur. Confirmatur: Si enim is, qui crimen falsò affinxit alteri, ob quod supplicio extremo afficietur, omnium sententia: homicida est; cur non etiam, qui sibi affinixit? cum neq; suæ, neq; alienæ vitæ dominus existat. Hæc fusius tractant *Theologi citati* ad quos remitto & *adtit. seq.* 10. *&* 11.

TIT. IX

TITTLVS. IX

Wie der Richter sicher procediren kan / wan der *Reus* nach dem Sententz reuocirt vnd widerrufft?

I.

AVff diese Frag wirdt gleichmässiger weiß wie im vorigen TIT. VIII. geantwortet. Erstlich / Es pflegen die *Iudices* einen *Reum* oder *Ream*, so bey oder nach dem ergangenen Capital sententz / im Feld / oder bey der Galgenstatt reuocirt/ vnnd sich für vnschüldig außschreit / jeweilen / wo grosse erhebliche Vrsachen vorfallen/wider zurück führen/ vnd seines Wi-
A derruffs Vrsach geben lassen ; jedoch geschicht dieses fast selten † Sondern nach dem er *Reus* oder *Rea ad banchum juris* ein oder zweymahl seiner Bekantnuß geständig gewesen / vnnd nach dem gefälten Capital Sententz der Stecken gebrochen ist (vngeacht) daß die zum Todt verurtheilte Leut vnlüst-

vnlüstig vnnd vnrühig werden) halten sie diesen letzten Sententz vnd Vrtheil als gewiß vnd vnveränderlich: vnd wird jhnen von Rechten dieses also vorgeschrieben vnd gebotten. Insonderheit auch in Käysers Caroli deß V. *art.* 91. Malc. *de probat. col.* 1. *concl.* 353. *n.* 29. Delrio *lib.* 5. *q* 18.

II. Fürs ander / so ein Vnholde jhre bekante *complices* alle oder etliche nach dem letzten Rechts vrtheil / im Feld bey einer Gerichtspersonen oder bey dem Beichtvatter widerrufft / halten etliche *Authores* es gelten nun solche Bekantnussen vnd *vota* nichts mehr † als Burlat. *consil.* 201. *n.* 148. Farinac *quæst.* 46 *n.* 70. Wie auch B
DD. Patavini dieses sey am sichersten halten / jedoch probiren andere *Doctores*, es seyen die *Iudices* diesem *Reo* oder *Reæ*, oder Centgraffen allein vnd *Confessario*, welche es von jhr gehört haben / nicht schuldig zu glauben / sondern können auff die von jhr bekante *complices* eben also inquiriren / als ob sie dieselbige nicht revocirt hatte. Mascard. *cit loco.* Delrio *lib.* 5. *disq. mag. sect.* 5. § 5. & 6. Ingolstadienses, in scripto suo ad *Guilhelmum Bauariæ Ducem an* 1550.

Dann sie lehren einhelliglich / daß man einem *Reo* oder *Reæ*, welcher den Todt vor Augen sicht / vnnd nicht mehr bey jhm selbsten gleichfals ist / was er von jhm oder von anderen Leuten redet / nicht glauben sol / dann gleich wie die *Iudices* kein gewisse *præsumption* oder Vermuthunge zu dieser letzten zeit von new angegebenen *Complicibus* oder Mitgespielen nehmen können † also auch gleicher gestalt von den vorhin bekanten / vnd jetzt reuocirten Vnholden. *l. si quis. §. si quis moriens* D. ad Sylan. Menoch. *consil.* 39. *n.* 44.

C III. Jedoch kann ein wol verständiger Richter / nach dem diese *Reuocation* der Mitgespielen allein bloß / oder mit glaubwürdigen Vmbständen geschehen ist / derselben wenig / oder mehr glauben geben / vnnd bey jhme erwegen / ob eben so viel auff diesen Widerruff / welcher allein bey dem Beichtvatter / oder einer Gerichts Person geschehen ist / zu geben sey / als auff die vorige jhre Bekantnuß bey völligem Gericht. Vnnd wiewol *l. vlt. C. ad leg. Iul. repetun.* gesagt wirdt / *Moriens censetur memor salutis*: das ist / Es ist zu vermuthen / daß einer der jetz-

under

under sterben sol/ seines Heyls nicht ver=gesse. So antwort doch auff solches Bald. tr de pace constantiæ. §. Extra quæro. n 66. vñ andere: *Non omnis qui moritur est sanctus ut Ioann. Baptista, licet receperit corpus Christi.* Das ist/ Es stirbt nicht ein jedweder so hey=lig als S. Johannes der Tauffer, ob er schon den Leib deß Herrn empfangen hat. Zu letzt/ ob schon diese *Reuocation* ein Ver=muthung verursachen kan / ist sie doch schwach vnnd gering / sonderlich auch bey diesen Hexeleuten / welche wie offt gemelt wirdt / entweder von den bösen Geistern auß gerechtem Vrtheil Gottes / biß zum letzten Athem angefochten werden (wie bey Remig. cit. & *lib* 3. *Dæmonolat. c.* 10. vnd andern Doctorn zusehen) vnd im streit also erliegen mögen; (welches selten oder nim=mer zuhoffen ist) oder fürsetzlich in jhrer Boßheit / oder Vnglauben (für welches nicht weniger auch Gottsförchtige vnnd verständige Seelsorger vnd Beichtvatter zu sorgen haben) verharren mögen. Zu die=sem *Proposito* dienet die Histori oder Para=bel/ welche von einem Ehr= vnd Heyls= ver=gessenen Menschen *Georg. Scherer* in einer

Osterpredig erzehlet: Es habe ein Zauberer mit dem Teuffel ein Vertrag gemacht/er wöll jhm Leib vnd Seel Verschreiben / wann er nur dargegen jhm auß aller Gefahr helffen wolt. Nun es begibt sich daß der gedachte Gesell wegen einer Vbelthat einkompt / vnnd als man jhn auff den gewönlichen Richtplatz gefůhret / vnd gleich jetzt abthun vnd tödten solte / sahe er sich vmb / ob er jrgends seines Nothelffers gewahr werden könte / letztlich sihet er jhn nit weit darvon auff einem Baum ingestalt eines Geyers sitzen / da er jhm nun deutet / der Teuffel sol sich seiner zusag erinneren / vnnd jhm in der Noth Beystand thun; der Sathan aber sich weigerte / sprach der Arm Sůnder vnnd Vbelthäter: Wolan / ob du Sathan gleich an

Terribilis historia.

mir

mir bist Eydbrüchtig worden / so wil ich doch so redlich seyn/ † vnnd meiner gethaner Zusag nach dein mit Leib vnd Seel ewiglich bleiben. D
Gott behüt vns vor solcher Redligkeit spricht der *Author.*

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. IX.

A Lia quæstio est de revocatione propriæ confessionis, *de qua in textu* §. 1. alia de revocatione alienæ denuntiationis, *de qua in* §. 2. Si in via ad supplicium, vel in ipso supplicio reus revocet confessionem suam de se, constat revocatione contempta omninò adhuc puniendum ex Constit. Carolinâ. *art.* 91. Binsfeld. *in l.* 7. *C. de malefic. & Mathemat. quæst. fin.* quia delictum per torturam confessum & ad bancum ratificatum, censetur legitimè probatum. Optimè Valentia *disp.* 6 *quæst.* 13. *punct* 4 §. 5. inquit, post sententiam condemnatoriam ritè latam nullus amplius inficiationi aut tergiversationi reorũ detur locus, & si piè admo- A

dum ac benè animo esse dispositi videantur, cum priora retractant, prioribus enim confessionibus, & denuntiationibus, solenniter atque ex juris ordine factis standum est; tum ut firmitatem suam obtineat processus juridicus; tum ut esse possit finis hujusmodi actionum; tũ ob alias rationes, quibus hoc ipsum ex sententia Doctorum probat Binsfeldius *Circa conclus.* 5. *part.* 2. Verum isto posito, scio tamen in hoc crimine, nõ nullis locis differri solitam executionem, quoties reus *post damnationem* crimen impositum retractavit, idque eo magis fieri tunc convenit, quando ipsius confessarii judicium prudensque innocentiæ credulitas accedit. Nec obstat. quod in constitutione Corolina *a.* 91. statui videatur, si reus in via ad supplicium, vel in ipso supplicio revocet confessionem suam de se, eum revocatione contempta, omninò adhuc puniendum: ut cum Mascard. *de probat*, *volum.* 1. *conclus.* 353. *num.* 23. & Binsfeldio *in leg.* 7. *Cod. de maleficis & Mathematicis q. ult.* refert Delrius *cit. q.* 18. Nam revera *citatus articulus Carolinæ Con-*

Constitutionis non benè allegatur, nec id decernit, sed potius contrarium in hunc modum. *Quod si accusatus ipso die judicij delictum negaverit, quod antea legitimè constanter fuerat confessus, ac judex ex ea confessione per explorationem omnium circumstantiarum deprehenderit, eam retractationem à reo solũ ad impediendum legitimum juris processum fuisse susceptam, sicut jam antea art. 56. alijsque nonnullis subsequentibus, usq; ad articul. 62. de constanti cognitione seu confessione dictum est: tunc judex duos illos constitutos assessores, qui una cum ipso libellum confessionis prælegi audiverunt, sub juramento interroget, utrum prælectam confessionem audiverint: & si affirmaverint, idem judex omninò consultationẽ ac deliberationem instituat apud jurisperitos, seu aliis locis ac modis, ut inferius significatur. Et quoniam duo assessores illi in hoc casu non ut testes sed ut conjudices agunt, idcirco à judicio & sententia ferenda excludendi non erunt.*

Ex quibus colligitur, *juxta Carolinam Constitutionem*, ejusmodi retractationem à judice non planè negligendam & contemnendam, sed potius expenden-

ca esse habita etiam, ubi opus erit, cum viris doctis & peritis deliberatione, quid in eo casu facto opus sit, idq; etiam si retractatio solum ad impediendum legitimum judicii processum facta fuerit: quanto magis, si ex indiciis constet, eam non temere & maliciosè, sed bona fide ac ex debito fuisse factam. Et ergò licet notitia illa innocentiæ extra judicialis ac privata sit, valere tamen eò potest ut ex iis judicialis processus examinetur, ac si fieri potest, error commissus publica etiam ac judiciali notitia innotescat, ita quidem ut nonnunqam etiam executio sententiæ tantisper differatur, dum causa ipsa denuò accuratius examinetur. Atque hoc obiter *de revocatione propria confeßionis post sententiam* Judicem monere volui.

B Dubitant autem Doctores, *Vtrum Iudex attendere & æstimare debeat revocationem denuntiationis, post latam sententiam condemnatoriam denuntiantis, quando is supplicio proximus ait, innocentem personam esse, quam in judicio falso denunciarat?* Pro parte *affirmativa* quæstionis est; Quod instante

te morte nemo salutis suæ immemor censetur, sicuti docent Doctores *in l. vlt. Cod. ad l. juliā repetundarū.* Ergo magna præsumptio est, revocationem veram esse, per quam proinde elidatur denuntiatio, ut ex ea nullo modo denuntiatus torqueri posit. Farin. *q.* 46 *n.* 73.

Sed *negativam* partem tenent Binsfeld. *de confess. malefi. memb.* 2, *concl.* 5. §. *videtur quod elidat.* Delrius *lib.* 5. *disquisit. magic. sect.* 5. *numero quinto*: & alii communiter. Quia denuntiatio in tormentis facta ac postea coram judice, & Notario ratificata, præsumptionem veritatis inducit. Ergo non eliditur per subsequentem revocationem extra judicialem, & non solemnem.

Ad rationem in oppositum respondetur; Denuntiationem, aut revocationem hominis morituri (*præsertim si animo perturbato sit, sicuti plerumque esse solent, qui ad supplicium ducuntur*) non efficere præsumptionem certam, sicuti colligitur *ex. l. siquis in graui.* §. 1. *ff. ad SC. Syllanianum.* Vbi dicitur; Quod vulnerato non creditur, si mox decessurus dicat, se à

Titio percussum fuisse, nisi id aliter probari possit.

Nihilominus, si Saga constanter confessario ingerat, quod personam innocentem denuntiarit; permittere illi, imo suadere poterit (*per ea quæ notavi antè ad tit. præced. lit. C.*) ut publicè coram populo retractet: tum quia tali revocatione conscientiam criminis commissi pacatiorem reddet: tum quia negari non potest, talem revocationem apertè coram Deo teste factam à morituro, aliquatenus debilitare priorem denuntiationem ut si alia etiam indicia commissæ anteà falsitatis accedant, contra denuntiatam personam procedi non debeat.

Ex dictis porro colligitur: Quod confessarius operam suam frustra locabit, imo quærimoniæ, aut scandali occasionem præbebit, si post mulieris supplicium significet judici, eam in extremis revocasse dènunciationes: cum judices eiusmodi revocationem non acceptent, plus fidei habentes judiciali anteà legitimæ factę denuntiationi, quippe per quã quodammodo jus ipsis quæsitum est: quam

quam extrajudiciali, eique non probatæ revocationi. Confirmat hanc sententiam pluribus Delrio. *lib.* 5. *in app.* 2. *q.* 18. *per totam.* ubi concludit, nec retractanti in ipso patibulo Judicem, si nolit credere teneri: Et ergo neq; tunc revocationem extrajudicialem elidi præcedentem alterius nominationem, tametsi non in via ad supplicium vel in ipso supplicio, sed *tempore confessionis vel Eucharistiæ* facta, postquam sententia mortis reo denuntiata fuit. Ita quidem Delrio. *cit. quæst.* 18. quamvis *Doctores Patavini.* apud M. Ant. Peregr. *consil.* 2. *de Sagis n.* 91 contrariam sententiam tenuerint eamq; tutiorem vocarint quia moriens præsumitur non mentiri & facit indicium innocentiæ pro denuntiato. Verum ad rationem hanc benè replicat *Delrio*, si magni facienda ista præsumtio, *inquit ipse*, valere deberet ad exculpationem, *sui ipsius*: ad quod jam ostendimus (*lit. præcad. a.*) nihil valere, sed Reum neq; de se præsumi verum dicere; Putarem tamen cum Farinacio. *d. q.* 46. *n.* 73, & Doctoribus Patavinis *d. loc.*

n. 92.

n. 92. non esse præsumendum, quod tunc moriens mentiatur, ubi alia non concurrerent indicia contrâ nominatum, præter nominationem ipsius Rei exculpantis; atq; hoc casu, quoniam nuda fuit inculpatio, si reus constanter asseveret se per invidiam aut ob tormentorum metum innocentem denunciasse, itaq; falsam denunciationem revocet, tunc existimarem hujusmodi revocationem esse attendendã quæ denuntiationẽ planè elidat: Et certè hoc casu id Judicem sequi *tutius* erit, cum Doctoribus Patavinis. *cit. loc. n.* 92.

C Nimirum, quia acceptâ sententiâ solent rei mente valdè conturbari, mortis quadam præoccupatione: Vnde mirari subit quod ad legitimum & accuratum processum instituendum svadet Tanner. *in proc. advers. Sagas. quæst. fin. n.* 131. ut Sagæ de complicibus non examinentur, *nisi pòst acceptam mortis sententiã* & præviam pœnitentiam criminis ac præparationem ad benè moriendum à Confessario procurandam &c. Vt hic de maleficarum personarum pœnitentia

tiâ taceam omninò requiritur ut mediante torturâ actuali, vel saltem metu tormentorum confiteantur. Vide Binsfeld. *memb.* 2. *conclus* 5. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *q* 13. *p.* 4. §. 3. & ipsum Tanner. *d. tract. quæst* 3 *n.* 71. cui post sententiam mortis reo denunciatam amplius locum nemo dabit.

Lucanus cogi pacto Dœmonem existimauit, referente Delrio *lib.* 2. *disquisit. q.* 4. qui versus ejus in hanc rem recitat; sed hæc deceptio est, nam Dœmon nunquam fidem servat, nec ullo promisso se ligari putat. Qui Christo ausus mentiri, cum dixit: *Hæc omnia dabo tibi, si procidens adoraveris me*: scilicet te revebitur: A mendacii patre veritatem exspectare quam dementia est? *Ioan.* 8. *vers.* 44 frustrà ergò cum illo pacisceris qui ex mendacio & perfidia conflatus est, crede illi, si, quem nunqam deceperit, ullum invenias. Prudenter Origenes *lib.* 8. *contra Cel.* scribit, *probabile est Dæmones, cum sint mali, ne cultoribus quidem suis fidē, datamque dexteram servaturos.* Immò non probabile id tantum, sed prorsus improbabile

babile servaturos, nam mendaces sunt, & homines irreconciliabili odio prosequuntur. Plura habet de hoc pacto, & dispare admodum condicione paciscentium Delrio *d. lib.* 2. *quæst.* 4. *per tot.*

TITULUS X.

Ob die Beichtvätter vnd Seelsorger vor der Bekantnuß zu den Gefangenen können zugelassen werden.

I.

DJeses kan mit wenigem beantwortet werden. In vielen *Tribunalibus* hält der gemein Brauch / daß vor dem *Examen* kein Beichtvatter zu den Gefangenen gelassen werde vnnd haben die Richter offt jhre billiche Vrsachen / warumb sie nicht ein jeden *Clericum* oder Priester / so etwan wegen Kund- vnnd Freundschafft partheyisch / oder zu viel glaubig seyn möchte / rc. zu den *Reis* vor jhrer bekantnuß zu lassen / vnnd wöllen zur zeit durch sich selbsten / oder durch

durch die Hüter sie mit Geistlichen Sachen versehen lassen.

II. Jedoch hält man auch für gut vnd nützlich / an denen Orthen da es bräuchlich ist / daß ein verständiger Beichtvatter oder Seelsorger vor den *quæstionibus* zu jhnen geruffen werde welcher sie zu Rew vnd Leid wegen jhrer begangnen Sünden / zur Gedult / vnd zum schuldigen Gehorsamb dem Magistrat zu laisten / vermahne vnd bereit mache.

III. Wie notwendig auch offt solches sey / haben die *Iudices* vnnd Ampt Leut offt erfahren vnnd ist in vorigen Titulis, als Tit. VIII. §. 6. &. toto Titul. VII. weitläuffig probirt worden / weß wegen die Richter billich auch jhre Hülff für die Gefangene zu begehren pflegen.

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. X.

ELeganter de officio Confessarii quomodo cum Sagis *ultro ad sacram confessionem accedentibus* se gerere debeat, disquirit Layman. *de sagis ac veneficiis quæst.* 2. & 3. hic agitur *de sagis à Iudice captis vel condemnatis*, quomodo Confessarius cum

his ſe gerere debeat? Et reſpondet Layman *citat. quæſt.* 3. conſultum non eſſe, ut Sagæ captæ *ante judiciale examen* ad ſacram confeſſionem admittantur, quia ſpe liberationis conſequendæ innocentiam tunc ſuam prædicare ſolent: & vix adigi poſſunt, ut crimen confiteantur, dum timent ſibi à delatione. Quamobrem conſvetudo in pleriſque tribunalibus viget, non admittendi Confeſſarium ad Reos, priusquam omni examine expedito, noxii judicati ſint. Quamvis, niſi conſvetudo prohibeat, nihil obeſſe videtur, quominus Confeſſarius prudens, etiam ante judiciale examen, Sagas, aliosuè Reos ſuſpectos accedat, ad contritionem de peccatis ſuis diſponat; ad patientiam & obedientiam Magiſtratui debitam ſeriò cohortetur.

Cavere tamen debet Confeſſarius ne coram Reo reprehendat, aut in dubium revocet modum procedendi, aut ſententiam judicis: Igitur querimoniæ, preſertim à fæminis plerumque mendacibus, de injura ipſis facta admittendæ haud ſunt: cum officiũ Confeſſarii non

ſit

ssen Gewittern geholffen / sondern auch thätlich mit andern/oder besonder die Menschen oder Viehe verletzt / vnd ein Schaden durch Hülf vñ Anruffung des vnholden Geistes haben zugebracht ; jhre nachkommende *heredes* vnd Erben solches diesen beschädigten Leuten schuldig zu erstatten. Zu welchem nicht allein der Magistrat *ex justitia* Rechtswegen; sondern auch die *Confessarii*, Ambts wegen sie zu vermögen schuldig seyn. So Binsfel. *lib. de Confes. malef. præłud.* 13. vnd anderer *Theologen* vnd *DD*. ein gemeine Lehr ist † Zum andern wird abgenommen / warumb an etlichen orthen der Magistrat denẽ *heredibus* ernstlich befilcht/ der Justificirten *Pia legata*(*salvo fisco*) außzurichten. Dann weil sie jhnen solcher begangenen Schäden wol bewust seyn / vnd von jhren Beichtvättern auch zur restitution seind gehalten worden / aber doch nicht alles zu jhrer grösten Schand dem weltlichen Magistrat offenbahren mögen/erkennen sie doch vor Gott vnd den Rechten jhre solche *obligation* vnd schüldige Straff/ welches auch die *heredes* vnd Erben jhrer eigen vnd der Justificirten Seelen zum besten er-

F

kennen vnd außrichten sollen. DD. *in l. 1. C. ex delicto defunctorum*, da gesagt wird / *post litis contestationem actiones ex delicto defuncti transeunt ad heredes, & tenentur in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit; conveniri juris absolutissimi est, ne alieno scelere ditentur.* Nach bewiesener Rechtssach müssen die Erben für jhrer verstorbner begangner That stehen / vnd für völlig alles bezahlen; sonsten ist es ein gut vnd gewisses Recht / sie mit den Gütern / welche an sie kommen seyn / anzugreiffen. *Vide* Binsfel. & Menoch. *cit. loco.*

So viel von diesem Titul vnd Tractat zu Ehren vnd Lob dem wahren GOtt / der Allerheyligsten Dreyfaltigkeit / vnnd Christo Jesu dem König / vnd künfftigen Richter aller Geister vnd Menschen.

NOTÆ ET ADDITIONES AD TIT. ULT.

A Dictum, de eo *ad tit. præced.* 14. *in prin.* ubi vide, & auctores citatos. Exēplū memoria dignū refert Menoch. *d. casu.* 285. quod Venetiis accidit. Ob gravè crimē quis erat laqueo suspendendus *ait*: quod

quod ægre admodũ ferens illius frater, exoptabat maleficũ fratrem veneno necare, ſed diligens adhibita cuſtodia impediebat, (nec enim permittebant cuſtodes aliunde aliquid ei ad edendum, vel bibendum deferri) impetravit tandem hic frater, pridiè quam maleficus frater laqueo ſuſpenderetur, ut eum alloqui, & deoſculari ſaltem poſſet, quod obtinuit: cum itaque eum allocutus eſſet, & deoſculari eum fingeret; ore illi obtulit pillulam peſſimi veneni; quam maleficus ore excepit, prudenter intelligens quid eſſet, atque ita dentibus fractam, demiſit, & nocte ſubſequenti vitam finivi. Verum cum hujuſmodi eveniunt caſus, poteſt judex juſtis de cauſis ex ſuo arbitrio jubere; hos vita functos; vel laqueo ſuſpendi, vel aliis ignominiis affici. ita Menoch. *d. caſu.* cum aliis *Dd.*: quos citat.

Qua de re vide præ aliis Delrium. B *citato loco.* qui benè inquit, relaxationẽ ſeu mitigationẽ pænæ raro ſine ſcandalo fieri, idoq; etiam raro pœnam relaxandam eſſe, in quo tamen Iudices fre-

quenter peccant, hinc nata querela pauperum. **Die Armen in die Aschen: die Reichen in die Taschen.** Expedit igitur Reipubl: ordinariè sontes puniri, & quidem Sagas ordinariâ pœna Ignis: Ad hanc autem pœnam ignis ex communi consuetudine, *sufficere fidei abnegationem & fœdus cum Dæmone* jam suprà notavimus, & docet cum aliis etiam Moller. *ad constit. saxon. part.* 4. *n.* 4.

C De quo vide Farinac. *tract de hæresi. part.* 8. *quæstion*: 181. *§.* 1. *num.* 46. & quos ibidem allegat, quorum constans hæc opinio est, *Lamias esse suspectas de hæresi, & rarò hanc suspicionem fallere*: Quin immò *Lamiarum seu strigarum crimen cum hæresi conjunctum esse*, nimirum à fide Christiana & Catholica, non nunquam etiam ab ipso Deo, & SS. Trinitate per manifestam apostasiam deficiunt, Deum aut saltem Christum, fidemq; Christi abnegantes, ac fidei in baptismo susceptæ abrenuntiantes &c. Confer Delriũ *lib.* 5. *sect.* 5. *& sect.* 15. & quæ idem autor habet *in prologuio disquisit: Magicarum*. ubi & causas commemorat, *cur hæresim comitetur assiduè Magica*? quas, si libet, lege.

Qui nunc dicantur Dardanarii optimè explicat Adrian. Turnebus *lib.* 9. *adversar. c.* 17. Gotofred. *ad L.* 6. *in prin. de extraordin. crimen.* Bargalius. tract *de dolo. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 85. Cujacius. *lib.* 10 *obser. c.* 19. ubi ostendit eosdem esse dardanarios, q. παντοπῶλαι (: aut verius, si liceret dicere, vivi totiq; Diaboli) & seplasiarii in glossis antiquis dicuntur &c. Dardanariorum nomen perse satis funestũ est pervulgatum namq; Dardanarios invisos esse probis omnibus & à Dardano quodam Mago (ex Apuleo id constat) sic dictos fuisse à quo & artes Dardaniæ pro Magicis dictæ fuerunt à Columella *de cultu hortorum lib.* 10. (de quo tamen dubitant non nulli an ejus sit) his versib. D

At si nulla valet medicina repellere pestem,
Dardaniæ veniunt artes:

Creditum enim est eorum maleficiis & venenis Magicis annonam averti in eorum horrea, & in metiendo mensuram imminui, ejusq; modo subtrahi. *De quo plura apud citatos auctores*, adde Calvini ICti *Lexicon Iuridicum. verb. dardanarii.*

De executionibus criminalium E

judiciorũ *an Magistratus vel subditorum expensis de jure, vel more recepto fieri debeant?* Et *an post pœnam criminalem à reo sumtam, cesset actio civilis rei persecutoria* contra heredes? eleganter id tractat Petr. Heigius *part. 2. quæst. 23. per totam.* ubi numero 16. quoad *sumtus pœnarum* seu criminalium judiciorum *inquit*, eos vel Magistratus deficientibus, accusatoribus vel subditos (*si ita sit receptum*) sufferre debere ipsum autem reum damnatum horum aliquid ex suis bonis præstare, incivile & absurdissimum fuerit, iniquissimum etiam semper existimatum, ut suo gladio homo juguletur, aut virgis à se emtis cœdatur, quod nec relatum, nec receptum unquam. At si non *de vindicta publica*, sed hoc quæratur: *An & homicidâ vel fure ad mortem damnato, teneantur nihilominus heredes ad interesse, vel restitutionẽ rerum ablatarum*? Hic quidem videri posset idem quod de pœnarum sumptibus, dicendũ esse, ut proinde pœnâ mortis sufficiat, & ut alias *Mors omnia solvat*, ne propter unum delictum quis pluries puniatur: quomodo & in civilibus bis idem petere pro-

prohibemur, & ita quidem Hippolit. de Marsil. *sing.* 576. *incip. proximè & judices* vulgò sentire, ait: & probavit Francisc. Marc. *Delphin. decis.* 191. *nu.* 2. *par.* 2. & confirmatur Constitutione Electorali 12. *par.* 4 quo jure utimur *ait. Heig. d. loc. n.* 20. At *Interpp. communiter* aliud tradiderunt, nempè per pœnam etiam corporalem, ad vindictam publicam tendentem non esse sublatam civilem persecutionẽ, *ad damna & interesse privatorum*: cum hæc sint separata, quæ se invicem compatiuntur: alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ postulat *l locatio.* 9. *§. quod illicitè.* 5. *de publica. & vectig.* Covarru. *lib.* 2. *resolut, c.* 10. *n.* 7. Et præcipuè *lib.* 3. *resolut. cap.* 3. *n.* 7. Vide Farinac. in prax. crimin. *q.* 1. *n.* 64. *& q.* 10. *n.* 61. *q.* 22. *num.* 30. *& seqq.* & *quæst.* 25. *per totam*, ubi agit de pœna confiscationis bonorum: quem omninò adi & Binsfeldium. *de confess. malef. part.* 2. *prælud.* 13.

Confer Delrium *lib.* 6. *disquisit. c.* 2. *sect* 3. *versic. de tertio illo nempè restitutionis obligatione:* ubi considerandum *inquit*, sitne damnum adhuc impendens, an vero F

jam fuerit illatum: *Si damnum adhuc pendet*, ut si res adhuc sit plane integra, vel venenum, vel aliud maleficium nondum cæperit lædere, sed post aliquod tempus effectum suum exseret: non est reus (intellige â conefessario) absolvendus, donec quocunq; modo licito conetur malis futuris obviare, & veneno antidotum præbere, vel maleficium destruere, idq; totum de consilio *confessarij* docti & prudentis: cui attendendum, nec occultum crimen pandatur & ne qua media illicita adhibeantur. *Si vero aliqua iam damna fortunis personisve fuerint illata*, non absolvat confessarius sine prævia satisfactione, aut (si eam nequit reus præstare) sine fidejussoria, vel saltem juratoria cautione *Secundum Delrium d. loco.* Ita sanè *quando quis adhuc liber jurisque sui confitetur*. Nam quando est *damnatus ad mortem*: in locis *vbi bona confiscantur*, sufficit si confessarius hanc defuncti obligationem (ex ejus consensu) heredibus significari curet si potest: tuncq; officium magistratus fuerit, *cogere heredes ad satisfaciendum*: immò & reus deberet hoc coram judicibus decla-

clarare: velle se, ut de bonis suis omnibus (quoad fieri poterit) satis fiat, qui damnum acceperunt. At in locis, *ubi bonorum confiscatio capitale supplicium consequitur*: officium confessarii erit, monere reum ut judicibus indicet se à fisco petere, ut qui in bonis, etiam in restitutione hac exsequenda succedat: si reus hoc nequeat facere, confessarius obeat munus saltem monendo judices vel fiscum. Nō enim malefici per mortis pœnam, euadūt obligationē restituendi. Nam mortē subeunt *propter injuriam Reip. irrogatam* non propter injuriam privatorum. Et hæc eadē realis obligatio restituēdi, migrat *ad quosvis bonorū successores*: cū nō pœnasit sed debitū quare tenebūtur, *heredes quicunq;* fuerint, damna resarcire, quatenus ad eos ex bonis malefici commodū pervenerit Covar. *d. cap.* 3. *var. resol. lib.* 3. *n.* 7. Clar § *fin. q.* 51. quod si tamē *pars læsa* profiteretur ac diceret, se tali supplicio contentam esse sibiq; sic satisfactum, tūc ista obligatio cessaret & non tenerentur heredes Binsfeld. *d. part.* 2. *prælud.* 13. Confer. Farinacium *quæst. crimin.* 1. *n.* 67. &

Petr. Heigium *d. part. 2. quaest. 23. in fine.* & quos illi allegant.

CONCLUSIO.

HÆc *fuerunt*, Lector humanissime, *hoc tempore & loco quæ de processu adversus* crimen veneficii, *meo & fortassis tuo quoq; bono notavi ac comportavi, quibus finē nunc impono, portū prævisū occupans. id tamē prius quā facio, sub finē breviter de duobus moneo.* 1. Qua ratione veneficia avertenda sint, ne cui noceant. 2. Qua ratione hoc crimen, quod Diaboli tyrannide & hominum malitia adeò inualuit, è communitate extirpandum sit.

Quod ad prius quæsitum attinet, media spiritualia & modos quibus incantationes & maleficia avertuntur ne noceant piè suggerit & monstrat eleganter Delrio lib. 6. disq. sect. 1. & seqq. ad finem lib. *Valentia.* disp. 5. q. 13. puncto. 4. § 5. *Tanner.* de procel. advers. Sagas q. 5. per tot. *ad quos remitto, & obiter adjicio: Diabolum per se quidem immediatè ac directè non posse ulli damnum corporale inferre, nisi speciali Dei permissione interveniente; sed nec per sagas etiam, nisi Deo ob bonum finem permittente. Quare cum omnis hæc res à*

divi-

divina providentia pendeat, optimum medium ad avertenda & evadenda maleficiorū dāna, est spes & singularis fiducia in Deo, tum quotidianis precibus, tum vitæ honestate conscientiæque puritate comparata, juxta illud Psalm. 90. v. 1. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur; & illud Apostoli Rom 8. v. 31. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quod si nihilominus Deus aliquando etiam bonis, & in ipso confidentibus, mali quidpiam à maleficis obvenire permittit, id dubitandum non est, ad majus eorum bonum, siue in hac, siue in altera vita cessurum; vt cum S. Iob accidit, qui post diaboli afflictionem, longe majori postea, quam unquā antea felicitate & prosperitate recreatus fuit. V. Delrium lib. 3. disquisit p. 1. quæst. 3. sect. 2. *Expedit verò, cum aliis, maximè* singnum S. crucis, *ejusq; frequens usus: Hoc scuto adversus diabolum, eiusque infestationes, usi sunt Sancti, Antonius teste Hieronymo in vita S. Pauli. Hilarion eodem teste in vita S. Hilarionis Martinus teste Sulpitio & Paulino* lib. 3. *in ejus vita. Optime Antonius apud Athanasium in vita eiusdem*: Cum videritis (*dæmones noctu venientes*) tam

vos

vos, quam domos vestras Crucis armate signaculo; & confestim solvuntur in nihilum, quia metuunt illud trophæum, in quo Salvator æreas expolians potestates, eas fecit ostentui.

Bene tamen Chrysostomus homil. 55. in Matthæum: Crucem, *inquit*, non simpliciter digito in corpore, sed magna profecto fide in mente prius formare oportet. Nam si hoc modo eam faciei tuę impresseris. nullus scelestorum dæmonum, cum hastam videat, qua lethale vulnus suscepit, congredi tecũ audebit. *Plura Iacobus Gretserus* lib. 4. de Cruce cap. 36. & seqq. *De alijs remedijs spiritualibus ad propulsandam vim & injurias Dæmonis veluti nomine* IESU, aqua benedicta, agno Dei, &c. *latè Delrio* d. loco. & alii Theologi.

Quod verò ad secundum attinet, qua ratione crimen maleficij è communitate extirpandum sit? *duo ad hanc rem adhibenda occurrunt remediorum genera: quædam sunt* politica, *alia sunt* spiritualia, *de quibus similiter tractant latè Delrio.* citato loco. *Remedia & arma spiritualia certum est multò*

majoris

majoris esse momenti ad hoc vitium exterminandum, quàm ulla humana & naturalia media. Præsertim expedit Solemnis & publica abrenuntiatio diabolo facta, post conciones toti populo prælegi solita. Multum enim valet hæc protestatio adversus diaboli machinationes. Vnde Chrysostomus hom. 21. ad populum Antiocheum: Cum es januæ vestibula transgressurus; hoc prius loquere verbum: Abrenuntio tibi Satana. Cum hoc verbo & Crucem in fronte imprime. Et deinde bona institutio liberorum ac familiæ, maxime ut sublata prava jurandi, imprecandi; maledicendi, blasphemandi, turpiumve iocorum consuetudine, ad preces quotidianas diligenter assuescant, & Catechismo, vel concioni diebus festis reverenter intersint. *De plurib. vide Tanne. d. tract. q. 5. n. 132. & seqq. in fine.*

Politica *remedia sunt duo.* Primum est, ablatio *occasionum & incitamentorum, quibus plerunq; miseri homines ad commercium & consuetudinem cum dæmone contrahendã alliciuntur; & quibus adeo ipsi etiam dæmoni via aperitur, ut liberum ad homines seducendos accessum habeat. Talia sunt, turpia & obscæna conventicula, tum diurna, tum noctur-*

na; quibus petulantissimi utriusq; sexus, præcipuè rusticani homines, ad omnem immundæ voluptatis experientiam, tum in diverso, tum in eodẽ etiã sexu, sæpe ad multas horas sese exercent; quibus adjunge obscænũ fœminas in die Bachanaliorũ virgis cædendi morem itemque genus quoddam turpe chorearum agrestium quod sua natura ac totà corporis agitatione aperta libidinis irritamẽtũ est. Quales choreas & cõventicula nõ malè dixeris, vera Diaboli gymnasia, & strigũ utriusq; sexus seminaria. Quæ & ejuscemodi alia si Magistratus utriusq; vigilãtia, constitutis ad hanc rem peculiaribus morũ Censoribus & Syndicis, corrigerentur, nihil dubito, quin pestis illa Veneficii, magna ex parte, brevi è Republica extirpanda foret. Alterum medium politicum, *est legitimus & accuratus processus Iuris, adversus hoc crimen; Quamvis enim, facile sperari non possit, hoc crimen sola judicii severitate exterminatum iri est ea tamen necessaria, tum ob vitandum scandalum, ne simplices putent, crimen, non esse; tum ob honorem Dei vindicandum, & gravissimas ejus injurias debita animadversione castigandas. Ad eum verò processum legitimè instituendum apprimè faciunt omnia*

omnia

omnia illa quæ in hoc tractatu adversus striges notavimus, plura videri possunt apud citatos, qui de hac re fusius scripserunt, in quibus præcipuè sunt Delrio in suis libris disquisitionum, *& hoc antiquiores Malleus maleficarum* part. 2. & 3. *& Petr. Binsfeldius* tract. de de confessione maleficorum. *Adde si placet, quæ ad processum in hoc iudicio generatim servandum tradidit etiam Gregor. de Valentia.* disp. 6. quæst. 13. puncto. 4. §. 1. & seqq. *& cum ipso Tannerus* d. tract. quæst. 5. per totam. *cujus tamen ibidem requisita non probo per omnia, de quo in titulis præcedentibus suo loco monui. Hic finio, &* Bernhardum Morlanensem *meo nomine concludere jubeo.*

Hora novissima, tempora pessima sunt, vigilemus.
Ecce minaciter imminet arbiter ille supremus.
Imminet imminet, ut mala terminet, æqua coronet,
Recta remuneret, anxia liberet, æthera donet,
Auferat aspera, duraq; pondera mentis onustæ,
Sobria muniat, improba puniat, utraq; justè.
Ille piissimus, ille gravissimus ecce venit Rex:
Surgat homo reus, instat enim Deus, à patre Iudex.
&c. lib. 1. de contemtu mundi.

EIA VENI CHRISTE: & libera nos ab hoc malo & seculo.

Amen.

FINIS.

DECISIONES
Aliquot
QUÆSTIONUM
ad hanc materiam pertinentium,

AUCTORE
HERMAN: Göehausen D. & Pandect. Profess.

Qui pro tempore dicit, apta dicit.

RINTHELII,
Typis exscripsit Petrus Lucius Typog. Acad.

M. DC. XXX.

OPeræ precium existimavi, si quæstiones eas, quæ ad hanc materiam apprimè necessariæ sunt, & quasi facem reliquis præferre videntur, plenius deciderem, & quoniam *Lectorem* ad istas aliquoties antea remisi, hic subijcerem: sectabor autem scholam Socraticorum, quæ consvevit omnia adducere, quæ dici possent ex utraque parte; ut magis perspicua fieret veritas; sicut enim in aquæ cyatho si guttam olei conjectam multum exagites, plurimos generat oculos; ita etiam varijs quælibet res discussa altercationibus oculatiorem ipsam efficit veritatem.

Sunt verò duo (*teste Lemn. in frontispicio præfat. de nat. mirac.*) quæ hominum utilitati & usui inserviunt instrumenta, quibus illa veritas, quæ animæ pabulum *Scalig. exerc.* 14. *sect.* 3. indagatur, RATIO & EXPERIENTIA: atquehinc si quis limati judicij

 homi-

homini fidem facturus, dubia ad hanc amussim exigenda, ad huncq; Lydium lapidem exploranda sunt: Primarium tamen inter hæc est RATIO, quo *Perer.* digitum intendit. *in præfat. Physices,* scribens; *Ego multum Platoni tribuo, plus Aristoteli, rationi plurimum:* Itaq; rationem urgebo cum Experientia, quæ certe in rebus mirabilibus rerum optimarum Magistra; hinc monet prudenter *Plutarchus lib.* 5. *Symposiac.* quod quodammodo Philosophiam tollunt, qui rebus mirabilibus fidem non habent: oportet autem quam ob causam aliquid fiat *ratione* tractare: quod verò id fiat, *ex historia* est sumendum. *Experientiæ* igitur stare oportet, quæ tot historiis est comprobata, huic omnem fidem derogare; certè summa insipientia est.

Sit itaque quod benè sit!

QUÆ-

QUÆSTIO PRIMA,

An proba aquæ frigidæ **die Wasser Prob** / *qua veneficis explorandis quibuſdam in locis judices utuntur, ſit* licita, *ac* legitima?

QUÆSTIO hæc magni momenti eſt, quam ut rectius percipiamus, hæc præmitto: Dicitur alia *Canonica purgatio*, quæ regulis Eccleſiaſtici juris conſentanea eſt, & fit vel *per juſiurandum*. Vide *c.* 4. 5. 6. *&* 17. *cauſ.* 2. *q.* 4. vel *per venerabilis Sacramenti Euchariſtici ſumptionem*, Vide *c.* 23. *&* 26. *dicta cauſ.* 2. *q.* 4. Dicitur *alia purgatio vulgaris*, quæ, ut ipſum nomen nobis indicare videtur, nullo legitimo uſu, ſed *vulgi* quadam uſurpatione & obſervatione ſuperſtitioſa fuit introducta. *c.* 7. *ibi: popularis inventionis. cauſ.* 2. *q.* 4. jureque canonico expreſsè vetita. *d. c.* 7. *& c.* 20. *d. cauſ.* 2. *q.* 4. *toto tit. Ext. de purgat. vulg.* quod ſoleat eiuſmodi purgatione Deus

tentari potius, quam voluntas eius explorari. *c. 3. d. purg. vulg.* talis purgatio erat quæ fiebat *per Monomachiam. c. 1. d. t. de purg. vulg.* per *igniti ferri*, vel *ferventis*, aut *frigidæ aquæ* contactum. *d. c. 7. & c. 20. caus. 2. q. 4.*

Dixi cum Pontifice *in d. c. 7.* per CONTACTUM: sicuti enim homines qui admittebantur ad comprobationem *aquæ calidæ*, hanc non ore bibebant, sed manum immittebant, ita quoque eundem modum *in iudicio aquæ frigidæ* observatum fuisse valde probabile est, ut non in hanc toti mergerentur, sed manum immitterent: videlicet Deus, ut *in ferventi* innocentis manum servabat ab adustione innoxiam, ignis actione prohibita; sic *in frigida* aliquando nocentis manum amburebat, contrariam aquæ actionem tribuens, frigiditate naturali in supra naturalem ardorem commutata; quod valdè notandum.

Alia quoque tamen fuit aquæ frigidæ proba, qua quis *in aquam totus mergebatur*, ac si emergeret *tertio* ut innocens absolvebatur, prout docet *Afflict. ad constit. Neapolit.*

polit. lib. 3. *tit.* 31 quam probandi rationem *Lotharius Imp* in legibus Longobard. ſuſtulit, ac iſtud examen aquæ frigidæ *in imperio* ubiq; prohibuit. Prohibuerunt quoq; Summi Pontifices, ſicuti diximus, iſtam per aquam frigidam probationem, *in capp. ſupra allegatis* adde *capit.* 8. *de purgat. canon.* de quo pluribus videbis *Delrio lib.* 4. *diſquiſ. magic. c.* 4 *q.* 4. *ſect.* 4. Et quamvis paulatim ubiq; hæc prohibitio *quoad reliqua crimina* obtinuerit, attamen aliquis abuſus hæſit in ſolo *crimine Magiæ*, ita tamen hæſit in hoc crimine, ut non *iſto ritu* & *Exorciſmis*, qui olim in uſu, & quorum formulas tibi exhibet Delrio *d. lib* 4. *c.* 4. *q.* 4. *ſect.* 4. *per tot.* ſed ſine ulla Dei invocatione, ſine ullo ritu pietatis aliquid præferente, *quaſi per ludum* judices hac probâ abutantur, quibuſdam duntaxat in regionibus. Nam hodie in multis Germaniæ locis, maximè *Weſtphaliæ circulo* utuntur hac probâ in veneficis indagandis; quas enim *fama vel aliorum depoſitione* ſuſpectas habent eas ſtatim abſq; ulteriore inquiſitione capiunt, captaſque extra urbem deducunt, & in a-

quam frigidam ita conijciunt, ut dextra manus ſiniſtro pedi, ſiniſtra verò dextro pedi ſit allegata, Binden jhm die rechte Hand an den lincken Fuß vnd groſſen Zehn/ & ſi ſupernatant, veneficas vehementius ſuſpicantur, & iccirco duriori ſubiiciunt quæſtioni, ſin ſubmergantur, innocentes eſſe credunt.

Reſpublicas ac Comitatus vicinos hunc modum ac praxin obſervare, proh dolor, videmus. Ubi non tempero mihi, quin *viri alias juris publici & privati ſcientiſſimi*, ad Nobilem quendam datum reſponſum, quod anno currente, me Decano, cum aliis Actis ad Facultatem noſtram transmiſſum fuit, totidē verbis hic recitē: Dieweil beyde Weiber reſpondit ille mit jrē bericht vn̄ Geſtändtnüſſe nit wenig verdacht zur weiter inquiſition auff ſich geladen/ vnd ſie dann ſelbſt vff der Waſſer Prob beſtehen/ vnd darumb einſtendig angehalten/ als kan E. Geſtr. meines ermeſſens/ dieſelbe dißfals/ als ein adminiculum Inquiſitionis occultum, licet ab omnibus ferè Theologis ac JCtis improbatum, ob ſich etwa dadurch/ gleich

gleich bißhero bey dergleichen vielfältig geſchehen / andere mehr indicia vnd endlich jhre eigene Bekandnüſſe erreugen vnd zu Tage geben wolten / zu- vnd geſchehen laſſen / dz beyde Theile fürgeſtellet / ins Waſſer geführet / vnd N. N. Als welche den Anfang der diffamation gemacht / vnd nicht ohne verdacht iſt / Vor erſt gewöhnlicher Weiſe vffs Waſſer geſetzet / vnd darnechſt dann N. N. ad aliqualem certitudinem eliciendam, zu ſelbiger Prob folgen / vnd ebenmeſſig auffgeſetzet / auch da ſie ſchwemmen würden / zur Hafft gebracht / vnnd ohnlengſt hernacher noch ſelbigen Tages / mit Beinſchrauben angefeſſelt / oder ſonſt nach befindung / vnd ferner ſich ereugender rechtmeſſiger Anzeigungen / mit der Tortur vnd ſcharffen Frage belegt / vnd die Warheit erforſchet vnd erkündiget werden / ꝛc.

Sanè *Catholici ſtatuunt communiter* probam hanc aquæ frigidæ ob Pontificiam prohibitionem, eſſe illicitam, adeoq; hoc genus purgationis ſeu potius probæ inter *Catholicos* in uſu eſſe deſiit. Verum inter alios, quibus Canonum auctoritas ac Pon-

ficia prohibitio tanti non est, res maximè est controversa, *licitane hæc proba, an illicita?* Et quamvis quod non tam admirandum, quam culpandum, *communis opinio* inter illos sit, *illicitam* esse, hancque sententiam omnes *Facultates juridicæ* in Academiis Germaniæ approbent teste *Godelman. libr.* 3. *de Mag. & Venefic. c.* 5. attamen ab illa, sicuti diximus in foro & judiciis temere recedunt, hancque probam usu recipiunt, enimverò quid patet manifestius ex respõso præallegato? concedit *vir ille Clarissimus*, **daß solche** purgatio per aquam frigidam **eine** improbata exploratio **sey / davon wir weder** in Dei **noch** Cæsaris Codice **lesen / vnd dahero fast von allen löblichen Theologischen vnd Juristen Faculteten** totius Germaniæ **vnd anderswo verworffen /** & tamen illam **als ein** adminiculum inquisitionis occultum recipiendam consulit: sed inquit: **daß man dadurch gleich bißhero vielmaln geschehē / zu erkündigung der warheit kom̃en müge:** Ergone sunt faciēda mala ut eveniant bona? Quā rectius *Marpurgenses* apud Dedekennum *vol.* 2. *Thesauri Cõsilio-*

rum.

rum. ſect. 19. *tit.* von Zauberey vnd derſelben Straff/ reſponderunt, ſie köñten das angedeutete experimentum die verdächtige Perſonen auffs Waſſer zuwerffen / vnd dahero von jhrer Schuld oder Vnſchuldt zu vrtheilen/ nicht approbiren oder vor Chriſtlich halten/ vnd demnach darzu nicht rathen / deſſen ſich auch keine Chriſtliche Obrigkeit BONA CONSCIENTIA gebrauchen möchte: adferunt ibidem non inelegantes rationes, quas & attingemus in ſequentibus.

Superſtitioſus quidem hic probandi modus patrocinium invenit apud *Scribonium* Ramiſtam, qui eum judicibus ſvadere conatur: ſed hic exclamare poſſumus *cum Scalig. de re poet.* nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non inveniat ſuum defenſorem, ut & deformes buccæ ſuos baſiatores. Quippe inanes ſunt picturæ, quæ tamen invenerunt Amaſios ſuos, velut pupæ improvidas ætates, ait idem Exerc. 325. ſ. 6. Videamus de rationibus & earum expendamus momenta, ſed prius de ſententia veriore, quæ hæc eſt.

Nos hoc probationis genus *illegitimum*

& il-

& *illicitum* esse putamus; nam (1) in Dei tentationem, Diaboli astu introductum est, qui μισάνθρωπος hoc etiam modo innocentium vitæ & famæ insidiatur, & efficit ut multæ sontes (nam si eis diutius uti velit, immergit eas) absolvantur, innocentes verò damnentur, quibus injectis se supponere & submersionem impedire potest; re ipsa siquidem compertum, sæpius mulieres innocentissimas aquis iniectas supernatasse, nocentissimas verò submersas, cujusmodi memorabile exemplum refert *Godelman. d. l. 3. de mag. & venef. c.* 5. quod ipsemet in Livonia vidit; ac frivolum est quod quidam replicant *sagas verè tales* ideo submergi, *quoniam iam tum pœnituerint*; etenim quid si non? cum sagæ rarissime pœniteant; & certè vix fit ut pœniteant *nondum damnatæ*, solent quidem ante sententiam se parare ad confessionem, sed ut de *vera contritione* nunquam judici constare possit. Quod verò Diabolus possit vel ipse sustentare in aquis corpora, vel aliquid eis supponere quod sustentet, indubium est, & hoc conari negare, id sanè foret in philoso-

loſophiam, quod ſolœciſmus in Priſcianum, dicente *Delrio d. cap. 4. q. 5.* Equidem qui *Scribonium* ſequuntur, exiſtimant Dæmonem hoc in aquæ elemento non poſſe, quaſi Dæmon ſit ex Elemento aëris compactus, non aquæ: facilius autem in invicem poſſe operari, quæ ſunt ex eodem elemento compacta, ac ideò Dæmonem, quamvis poſſit operari in aëre & in eo corpora ſuſtinere, attamen in aqua non poſſe. Verum, præterquam quod inde tantum hoc probari videatur, difficilius Dæmonem id facere poſſe in aqua, etiam hæc propoſitio: *Dæmonem eſſe compactum ex corpore aëreo*, vel eſt erronea, vel ſaltem prorſus temeraria, quam ideo ego *Scholaſticis* ad quos pertinet, relinquo. Mihi ſatis contra Canonum contemptores, quod Marpurgenſes apud *Dedeken. d. loco.* id non inficientur, his verbis, **daß der Sathan** permittente Deo **die Leuthe / ſie ſein gleich der verdambten Zauberey ſchuldig oder nicht / im Waſſer ſeines gefallens entweder kan Empor halten oder ſincken laſſen.**

(2) Quod S. Patrum documento ſancitum

citum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum. ait Papa *in c.* 20. *caus.* 2. *q.* 4. Verum hæ probationes per ignem & aquam, non sunt repertæ in Canonibus, non sancitæ sanctorum Patrum documento, sed ab hominibus vulgo præsumptæ. Et ergo sunt superstitiosæ: Vnde in *d. cap.* 7. *caus.* 2. *q.* 4. Pontifex utramque probam & aquæ frigidæ & ferventis, vocat, *popularem inventionem:* utramque dicit factam, *fabricante invidia*: hoc est: diabolo hominum saluti invidente: Aquæ etiam huius frigidæ purgationem Pontifex alius in *c.* 8. *extr. de purgat. canon.* vocat *peregrinum judicium* hoc est; alienum ab Ecclesiæ moribus, ac ideo hæc proba Canonibus improbata est. Frustra verò hic exceperis, non esse mentem Canonum de hoc crimine *maleficij* sed de purgatione *levium tãtum criminum*, loqui, & in illis hanc purgationem prohibere; quoniam falsa hæc limitatio, & satis expressa est prohibitio Canonum; nam qui dicit: *non licere uti proba aquæ frigidæ*: prohibet purgationem cujuslibet criminis per talem probam: Vis

enim

enim negativæ indefinitæ prohibitionis, eſt univerſalis, ideoque præcepta negativa ſemper, ubiq; & omnes ligant, veluti qui prohibet furari, is prohibet aurum, argentum, ferrum furari, ſic qui aqua frigida experiri prohibet, is prohibet experiri in omni caſu & crimine, quia nullum eſt crimen, in quo prohibitionis ratio æque non militet, ea enim hæc eſt, quia ſuperſtitioſum & incertum & cum Dei tentatione conjunctum eſt hoc genus probationis. *dd. cap.*

(3) *Canonica* itaque hæc probatio non eſt, nec *legalis*, neque etiam *miraculoſa*: etenim revera ubi nulla promiſſio, periculoſum eſt allegare miraculum, & ideò nec tutum erit circa ſagarum immerſionem in aquam, confingere miraculum, maximè cum hæc proba fallat aliquando, etenim conſtat etiam ſagas verè reas quandoque ſubmerſas fuiſſe, teſte *Godelm. d. loc.* miracula Dei autem nunquam fallunt, ſed ſunt certiſſima & infallibilia: atque à Deo miraculum petere citra neceſſitatem, eſt apertè Deum tentare, hic autem non eſt
neceſ-

necessitas idonea, siquidem vel potest delictum illud aliter deprehendi, & tunc nulla adest necessitas; vel si non potest sciri aliis mediis illud peccatum, tunc judex est injustus, qui de quibus judicare non potest, eo quod divino throno sunt reservata, judicium usurpat. Quare hæc vulgaris aquæ frigidæ proba non est miraculosa, manet itaque eam esse illicitam.

Scribonius sententiæ contrariæ eiusque praxis judiciariæ acerrimus defensor potissima hac utitur ratione, quod Diabolus est spiritus levis natura, utpotè plus de aëre, quam de aqua participans, indeque *sagas obsidens* leves facit, illasq; sustentat super aquis, dicit ergò, hanc supernatationem sagarum provenire ex Satanica levitate, ut causa efficiente: itaque à Dæmone posse quidem *sagas* super aquis sustentari, quoniam substantialiter in ipsis sit diffusus, prout *Scribonij* hæc verba sunt, *non* perinde *tamen innocentes* alias sustentare, siquidem quas Dæmon non inhabitat. Verum stolidam hanc rationem esse docent *Philosophi*: *Gravitas* enim, & *levitas*,

in-

inquiunt illi, πάθη & affectiones corporum ſunt, & ſic Diabolo, qui ſpiritus eſt, attribui non poſſunt: Verum regerit *Scribonius*, Dæmonem quadam *ſpirituali levitate* præditum eſſe, ideoq; hoc poſſe. Atquin idem ita & *anima* poterit, quæ ipſa quoq; ſpiritualis tota & proinde levis tota: hoc verò non poſſe animam norunt, qui natare non norunt, & aquas aliquando ingreſſi ſunt. Deinde ſi hoc facit Dæmonis levitas, cur etiam *Energumeni* non æquè leves, cur illi merguntur? cur merſi Gergezenorum ſues, à Dæmone tamen obſeſſi? *de quo Math. cap. 8. in fin.* Quid ergo ſi Diabolus eſſet *gravis*? prout circumfertur *hiſtoria*, vegetum quendam hominem, Diabolum pallio ſuo inhærentem portaſſe, eoq; onere ita preſſum, ut vix incedere potuerit. Vide ſimile exemplum apud *Delr. lib. 2. q. 15. §. talem arbitror fuiſſe puerum. diſquiſit. Magic.*

Sed aliud habet effugium *Scribonius*: dicit propter *Sacramentum Baptiſmi* aquã ipſam ſagas in ſe ferre non poſſe, quoniã enim Deus Opt. Max. elementum *aquæ*

prædestinavit salutari hominis lavacro, itaq; inseuit odium aquis in maleficas, ut has exspuant. Atquin ita non *satanica levitas* supernatationis sagarum causa erit, sed *aquæ natura*; admittit hoc *Scribonius*, & addit, nimirum ut aqua in baptismate est signum initi inter Deum & hominem baptizatum novi fœderis; eodem modo aqua indicium est, dissoluti illius & fracti iterum fœderis.

Verum quid si negem consequētiam? quod signum sit initi cum Deo fœderis, hoc credimus dicenti Deo, ut credamus eandem esse signum fœderis violati, simili testimonio utpote in re tanti momenti, erit opus: neq; tamen aquæ quatenus est aqua & *elementum*, salutem tribuimus nostram, sed quatenus ad aquam accessit forma baptismatis, & est *sacramentum*; de quo *Theologi* & doctè *Delrio d. tr l. 4. q. 5. sect.* 1. Certè olim etiam aqua *hæreticos* & *hypocritas* sic exspuit, sicuti constat ex *D. Bernhardo in cant. cantic. serm. 66. in fin.* Ergone etiam insitum illi odium in *hæreticos*? Ergone quoad illos quoq; judicium

aquæ

aquæ erit licitum? ſi propter ſacramentum Baptiſmi *Sagas* odit aqua, cæterosne igitur amabit, ideoq; nec exſpuet? Ergone aqua prædita ratione? etenim ideò iraſci belluas & odiſſe negant *Philoſophi*, quia ratione carent. Sed ſunt hæc *Metaphorica*, nec tuta, nec credibilia.

Quidam alii ſunt, qui exiſtimant hanc ſupernatationem non eſſe tribuendam *dæmoni*, verum omnipotenti *Deo*, qui totum hoc per ſuos miniſteriales *Angelos bonos* exſequatur, ſagasq; arceat ac repellat ab aquis: Et igitur dicunt illi hanc ſupernatationem eſſe introductam duntaxat à Deo ad dirigendum judicem, in criminis maleficii judicio.

Etenim cum Dei providentia ſvaviſſime omnia regat, & *mortalibus omnibus*, ac Dæmon illos decipiat, optime provideat, tum maximè impedit, ne *judices* & *Magiſtratus* ad lubitum ſeducat: Quare tametſi Dæmon ſemper & omni tempore conatus fuerit & conetur, ne malefici puniantur, & ut ipſos eripiat judicibus, attamen Deus ab initio mundi poteſta-

tem ſuam in defenſione & tutela judicum oſtendit: prout ergo Deus potentiam ſuam oſtendit, in tuendis judicibus contra Dæmonum inſidias, ita quoq; vult eã oſtendere in crimine eorum detegendo, nimirum per aquatilem hanc probam, ut hæc ſit quaſi index ac documentum hujus criminis: quamvis etiam non abſurdè videri poſſit *propter difficultatem probandi*, probæ hujus licentiam in ſolo hoc crimine maleficii judicibus relictam fuiſſe.

Verùm verò verius eſt, probationem hanc non à Deo eſſe ſed ab illo, qui hominum gaudet interitu ac deceptione, teſte ſiquidem Experientiâ, non ſolum innocentes quandoq; ſupernatarunt, ſed etiam aliquando Sagæ, quas verè conſtitit eſſe reas, in aquam gelidam colligatis artubus projectæ, ſubmerſæ fuerunt. *Godelm. d. loco*. Quin imò ſequeretur hinc, Sagas omninò mergi non poſſe, quantumvis vi humanâ adhibitâ, quippe nullæ vires humanæ Angelis bonis miniſterialibus poſſunt reſiſtere; Et tamen conſtat

ſtat eas, vi à Carnifice ſub aquis contineri ac conto deprimi poſſe.

Itaque ut credamus Dei voluntate & miniſtrorum eius operâ hoc totum fieri, neceſſe erit alias adferri probationes vel ex ſcripturis, vel Eccleſiaſtica traditione: in re tanti momenti ſolis niti conjecturis, hoc verò nec ſobriç nec ſanæ mentis eſt vel ſapientiæ. Et ad rem non pertinent, quæ de *Dei providentiâ* dicuntur: Eſto ſiquidem, Deum impedire, ne Dæmon nos opprimat aut judices decipiat; Ergone nullum lædit? ubi igitur *Iob*? nullum decipit? ubi *Achab* ore Pſeudoprophetarum deceptus? ubi ut reliqua taceamus *Suſanna* falſo crimine damnata? Neq; illa conſequentia bona eſt: *Deus hoc facit*; nimirum judices tuetur contra Dæmonum inſidias. *Ergo & iſtud vult*: nimirum per hanc probam eorum crimen detegere. Deus quidem tuetur judices *ne lædantur*, ac proinde etiam eos dirigit, *ne fallantur*, ſed ita tamen ut ipſi utantur *modis* & *mediis à jure comprobatis*, quomodo nunquam falli poſſunt.

 Quod

Quod insuper de *difficultate probandi* adfertur, insufficiens est, ut propter hæc aquæ probatio admittatur, siquidem eadem difficultas si non major, est in quibusdam criminibus aliis, veluti *adulterij* ac *nefariæ Veneris*, quæ certè occultius admittuntur: cum in his unicus duntaxat sit conscius, plures verò correi sunt sagarum, Et tamen hæc proba per aquam vel per ignem, quoad hæc crimina, hodie nō amplius frequentatur.

Quamvis verò crimen maleficii quotidie augescere videamus, non ideò tamen licebit judici genera veritatis inquirendæ invenire nova, ac quidem ejusmodi quæ vel juri adversentur, vel per quæ Deus tentetur; hæc verò aquæ frigidæ usurpatio, Dei tentatrix est, & juri adversatur, ac proinde usus ejus corruptela est, non consvetudo: Quin imò sic posset *de ferri candentis proba* hoc idem inferri, quā tamen probam improbamus omnes.

Nec sufficere poterit, tametsi dicamus per hanc aquæ probam Judices *ad bonum finem* tendere, scilicet ad salutem ac re-

conciliationem humani generis, omniumq; terræ fructuum proventum, quomodo Imper. *in leg.* 4. *C. de malef & Mathem.* permittit maleficia, quæ in bonum finem diriguntur, nempe ad ſalutem hominum &c.

Etenim ut actus aliquis ſit legitimus & bonus, non ſufficit, ſi per eum quis ad bonum finem tendit; ſanè ſi finem ſpectes, bonum eſt ægro ſanitatem conferre, attamen ſi per medium non bonum veluti per maleficium conferas, velut per fornicationem, eò tendat, actus erit malus & lethalis, nec enim facienda ſunt mala, ut eveniant bona, ita quoque licet hic ad bonum finem judices tendāt, peccant tamen, quia per mala media, nempe ſuperſtitionem & tentationem Dei: Et certè ad eundem finem tenderent judices per ferri candentis purgationem, & tamen hoc eis non licere certū eſt. Quod attinet *d. l.* 4. de ea vide quæ doctè & breviter diſſerit *Delrio, lib.* 3. *p.* 2. *q.* 4. *sect.* 8. *in fine*, & quæ nos diximus alibi.

Verum quæret hic aliquis, qui fiat igi-

tur quod se sagæ huic probæ tam frequẽter offerant atque hoc aquæ periculum sponte subire velint? Respondeo, quia Dæmon ipsis persvadere solet, se illas liberaturum, & in ipsis aquis famam vitamque earum adservaturum esse; id verò Dæmon ipsis aliquando non servat, vel quia vult eas rogo tradi, moraliter certus impœnitentes obituras; vel quia vult ipsis persvadere se eas servaturum in igne, sicut servavit in aquis; vel etiam, quia vult ita, licet fortassis unam perdat animam, quæ ad Deum per pœnitentiam revertitur, spectatores huic rei fidem adhibentes, in superstitione retinere, quod & viderunt Marpurgenses apud Dedekennum citato loco, ibi: **daß der böse Geist diese** superstition **in der Menschen Hertze bekräfftige** &c.

Judices autem isti, qui ad solas hasce mulierculárum importunas preces, ipsas aqua tentant, præcipitanter agunt ac peccant, & quidem *mortaliter Geil. 2. d. P. P. c. 7. n.* 24 quoniam illi ex vi pacti *impliciti* cum Dæmone hanc probam sequuntur, opti-

optimè enim exiſtimat *Delrio. d. tr. lib* 4. *c.* 4. *q.* 5. *ſect.* 3. *circa finem.* cum primo aliquo judice pactũ *Explicitum* interceſſiſſe Dæmoni, ut Dæmon ad tale ſignum proderet occultum & latens crimen; nempè ut quæ ſagæ eſſent, eas ſuſtineret ne mergerentur: poſtea alii Judices hoc edocti, vi illius primi pacti, idem obtinuerunt, atq; ita iam, etiam ignari, ex pacto implicito operantur. *Vide Delrio. d. lib.* 4. *c.* 2. *q.* 5.

Atquin, fortè dixeris, ſi adſint alia quędam indicia, veluti *indicia depoſitionis & denuntiationis ſociorum & complicum*, an nõ poſſet judex hoc caſu ad eorum robur hanc probam adijcere? Reſpondeo, vel adſunt indicia *ſufficientia ad torturam*, & non erit hæc proba neceſſaria, ſed abundãtioris tantum cautelæ & quaſi *res curioſitatis*, atq; eodem modo eam judex *ad condemnationem* adhibere poſſet, nimirum ut confidentius condemnaret; vel non adſunt, nec levia illa quæ adſunt, poſſunt aliis legimis indiciis roborari, & eo caſu ad ſupplementum hac probâ uti non licet, ſed præſtat reum forte nocentem ab-

ſolvi, quam ex prohibitis indiciis cõdemnari. teſte Pontifice in *d. c. 20. cauſ. 2. q. 4.* Si tamen propter admininiculum hujus probationis vulgaris reum ſubdat torturæ judex, peccabit, & tenebitur actione injuriarum. *L. 32. d. iniur. Godelm. d. cap. 4. num. 30.*

Atq; hinc mirari ſubit JCtos quoſdam vicinos, quos in cauſa veneficii in hunc modum reſpondiſſe, ex Actis Facultati noſtræ transmiſſis deprehendi. **Wir ſiellen euch zu gefallen ob ſie die Weiber auff das Waſſer wollen werffen laſſen/dieſelben dadurch** zur confeſſion **damehr zu bewegen/wie wol ſonſt darauff kein** fides **zuſetzẽ/ noch dieſelbe** proba in puncto juſtitię **zugebrauchen/ſie ſchwemmen auch/oder gehn zu grunde kan nicht weniger mit der** Tortur **verfahren werden:** quid hoc aliud eſt, quã curioſitatis gratiâ probam hanc permittere? neq; excuſat, quaſi ideò fœminæ ad confitendum permoveantur facilius, ſiquidem iam ſupra oſtendimus, etſi ita judices ad bonum finem tendant, peccare tamen, quia per mala media, nempẽ ſu-

ſuperſtitionem & tentationem Dei.

Sanè ut hoc obiter addamus ſi verum eſt Deum per ſuos miniſteriales *Angelos bonos* Sagas arcere & repellere ab aquis, cur non prout illæ, quæ merguntur, tanquam ſat Deo judice expurgatæ abſolvuntur, ita quoq;, quæ ſupernatant, absq; aliis teſtimoniis condemnantur; ſed quia antequam condemnentur, per torturam rem certius explorandam dicitis an non ſic probam veſtram dubiam ac incertam, efficitis? Et ponamus ab initio ſufficientia indicia ad torturam eſſe, ac Sagam torturam toleraſſe ac nihil confeſſam eſſe, nunquid hoc in caſu probam hanc admitteremus, ne nocens elabatur? Utiq;, ſi nimirum hæc proba certum à Deo datum ſignum eſſet: Quin amplius ſi ſupernatationis cauſam in ipſo *Deo* ponimus, qua conſcientiâ dimittemus illam quam miraculo Deus ſagam eſſe docuit, & hæc dimittitur tamen, ſi poſtea in tortura nihil confeſſa ſit. Videmus hinc in quot ſe ſtimulos conſcientiæ judices iniiciant, qui hac hodie utuntur proba.

Re-

Relinquitur itaq; in ipso *Diabolo* hujus rei causam poni debere, qui hac probâ judices ad *mortaliter* peccandum inducit, hacque viâ judicia, quæ sancta servari oportet, commutat in scholam Magiæ. *dicente Bodino l. 4. de dæmon. c. 3. in fin.*

QUÆSTIO II.

An Sagæ seu lamiæ, quæ nec hominibus nec animantibus segetibusvè nocuerint, ignis pœnâ puniendæ sint?

NUNQUAM assentiri possum *Alciato* & *Duareno*, qui existimant Sagas qua tales, si nihil aliud admiserint, absolvendas ac dimittendas esse; ita enim scribit *Alciatus* 8. *parerg.* 22. hasce fœminas helleboro potius, quam igne purgandas videri; & *Duarenus in tit. ad L. Cornel. de sicar. c. 2.* inquit, si miseræ hæ mulierculæ nihil aliud admiserint, eas *Curia Parisiensis* absolvere ac dimittere meritò consuevit.

Con-

Consentiunt *Godelman. de lam. lib. 3. c. 11. n. 32 & seqq. Fichard. cons. 112. n. 4. & Wierus lib. 5. de præstig. Dæmon. per tot.* qui & in epistola dedicatoria ad Guilelmum *Cliviæ Iuliæ & Montium Ducem*, hanc sententiam probat, nimirum Lamias nemini ulla voluntate maligna, quacunq; dira imprecatione, aut intuitu malitioso nocere posse, at vitiata Dæmonis conatu occulto phantasiâ, eas tanquam melancholia agitatas, in mentem sibi inducere, quæcunque mala ab ipso Sathana illata, vel naturali occasione ex abstruso Dei consilio prognata, abs se perpetrari, &c.

Atque hanc ob causam *Wierus*, ac cũ ipso *Fichard. Godelm. dd. locis*, magnam vim faciunt in distinctione nominum: *Magi, malefici, venefici, incantatoris, strigis, Lamiæ, Sagæ:* quasi verò *Lamiæ* nostræ quoad *pœnarum* quæstionem, numero cæterorum Magorum atque Maleficorum sint eximendæ.

Sed putidam hanc diligentiam jure insuper habuit *Delrio* vir doctus iuxta & pius, *disq. Magic. lib. 5 sect. 16. in prin.*

Ne-

Neque hic tempero mihi quominus Viri cujusdam alias juris publici & privati scientissimi sententiam, quam ille in causa veneficii, postmodum ad Facultatem nostram pro decisione transmissa, judicibus sugessit, eius verbis recitem: Sonsten ists ins gemein/ rescribit ille, mit der Hexerey eine hohe wichtige / verwirrete zweiffelhafftige/ danckele Sache/ darin ein Christlich Obrigkeit nit so liederlich vnnd gehling noch zu herbe vnd rauch / Sondern fürsichtiglich/gründlich/bescheidentlich/mit behutsamer wolbesohnener Messigung vnd glimpff verfahren muß. Ja viel rechter daran thut / daß sie mehr der Miltigkeit / dann der harte vnd scharffe nachsetzet/gestalt nach gemeinem Spruch vnnd Regul viel besser ist/zehen Schüldige loß zusprechen/ dann einen Vnschuldigen zuverdammen.

Vnd were wol zu wünschen/pergit ille, dz viel mehr die alte Kays. Satzunge Caroli Magni heutiges Tages von allen Obrigkeiten fleissig in acht genommen würde/darin sie dahin angewiesen/daß man der Hexerey halber beschuldigte Personen/insperren/ durch

durch die Geistl. vnd Seelsorger zur Buß vnd Rewe ermahnen lassen soll / vmb so viel damehr / daß in solchem Werck des Teufels List / Betrug / vnd Verblendunge der Armen Leuth / offtmahls gespüret wirdt. quemadmodum in effectu constitut: Caroli Magni, hac in re refert Carolus Sigonius in Historia Italiæ in Carolo Magno.

Darzu dann auch der Vrsache zurathen / dieweil die tägliche Erfahrnng gibt / da die Gelindigkeit der scherpffe vnd strenge / fürgesetzet wirdt / daß sich desto weniger Zauberin im Land erzeigen vnd gleichsam verschwinden / hingegen je hefftiger man sich vmb Außrottunge derselben bemühet / je mehr diß Vnziffer sich erreugt / vnd quasi pede cancrino vnzählich hereinschleicht / gleich dem Drachen davon die Poeten dichten / er habe viel Köpffe gehabt / wann jhm der einer abgehawen / wuchsen zwey andere wider an die stat / welches ich also discurs weiß / jedoch männigliches Verbesserunge in alle wege ohnbegeben zu meinem gutachten anzeigen wollen.

Hęc

Hæc per discursum Vir ille *ICtus* juxta ac *politicus* magni nominis, cuius auctoritatem quamvis meritò venerer, dicam tamen *bona pace* de hac illius sententia, quod Cassius Avidius de Marco Antonino: *Marcus Antoninus philosophatur, & quærit de clementia, & de animis, & de honesto & justo, nec sentit pro Republica*: & ibidem: *Marcus homo sanè optimus, qui dum Clemens dici cupit, eos patitur vivere, quorum ipse non probat vitam*. Vide Scip. Gentilem *de Conjurat. lib. 2. tit. Vulcatii Gallic. V. C. Avidius Cassius ad Dioclet. Aug. in fine.*

Quare malim cum communi *Theologorum & ICtorum* schola statuere & affirmare; *Lamias occidendas etiamsi hominem nullum veneno necassent, etiamsi segetibus & animantibus non nocuissent; eo ipso tantũ, quod Dæmoni fœderatæ, quod conventui interesse solitæ, & quæ ibi exercentur præstare*: sie seyen allein darumb an Leib vnd Leben / vnnd mit dem Fewer zustraffen / daß sie den Christlichen Bunde in der Tauff verpflichtet / Gottslästerlich gebrochen / auch Gott dem Allmechtigen ab / vnd dem Feinde Menschlichen

lichen

lichen Heils durch sondere pacta, verbündtnüssen / vnd abjurationes zugesagt haben / seines Willens zuleben / Atque hæc semper mea fuit sententia, divinis & humanis Legibus conveniens.

Probatur hæc sententia per textum. *Exod.* 22. *v.* 19. Maleficos non patieris vivere; quam Legem Mosis *D. Hieron. in Ierem. c.* 27. *v.* 9. *& Dan. c.* 2. *v.* 2. *D. Augustin. lib.* 21. *de civ. Dei c.* 6. ac *Catholici Patres* plerique ad omnes Magorum species retulerunt, unde nec hoc in loco vox Latina: *Malefici* restringi potest ad solos venenarios, tametsi id voluerit *Wierus* ex professo sagarum patronus *l.* 5. *de præstig. dæmon. per tot.* sed ipsum retudit doctè *Delrio d. tr. l.* 1. *c.* 2. qui optimè ostendit, quamvis *Septuaginta interpretes* locum illum verterint φαρμακοὺς: attamen ab istis interpretibus hanc vocem non pro solis venenariis, sed latius usurpatam fuisse, quod vel ex loco *Dan. c.* 2. *v.* 2. appatet ubi hoc nomine: φαρμακοὺς: somniorum interpretes complexi sunt.

Et certè cum criminis gravitati com-

mensuranda sit pœnæ gravitas; gravitas autem criminis petenda à *personæ offensæ dignitate*, & ab ipso *offensionis modo*; Atquin certum sit Lamias, *qua tales*, Deo & superis maledicere & blasphemare, à Deo ad hostem Dæmonem transfugere, huic se devovere, fidelitatis & obedientiæ Sacramentis se addicere, adeoq; crimen læsæ Majestat. divinæ apertissimum committere;

Et ergò vix hominem Christianum dixerim, qui tales absolvendas ac dimittendas dixerit: Et testantur locorum omnium acta de hac re judiciaria, quod Lamiæ cum impuro spiritu, cui se mancipatunt, coeunt, Sodomiamque exercent, & sic non tantum contra sexum, neque tantum extra speciem peccant, sed etiã extra genus, quod detestabilius est; qui vero cum sexus eiusdem homine Sodomiam commiserit, necari iubetur. *Levit. c. 20. v.* 13. quantò magis igitur lamiæ hæ occidendæ, & etiamsi nemini nocuerint, nihilominus incinerandæ?

Et itaque rectè *consvetudine ferè universali*

sali Europæ, de qua atteſtantur *Clar. Boſſi. Covar. Remig. Damhauder. Fichar.* aliiq; ſcriptores, qui res criminales proſecuti ſunt, nationum omnium, igni traduntur & concremantur, quam *generalem conſvetudinem* qui pravitatis accuſant, næ illi in *Rempublicam*, quin *Deum ipſum*, impii ſunt, & hæc viperarum examina, periculoſa diſſimulatione ad evidẽtem Civium perniciem, fovent tuenturque, quippe ſemper judici maioris faciendus eſt honor & iniuria Dei, quam cujusvis hominis, & magis læditur Reſpubl. atroci iniuria Deo, quam hominibus illata.

Quare illam debet acerbius punire, diligentiuſq; conniti ad exſtirpationem criminum, quæ *directè lædunt maieſtatem divinam*, quam quæ *directè vergunt in hominum iniuriam damnumve arg. Deuter. c. 13. v. 8.* ubi de *crimine idololatriæ* præcipitur; *nec parcat ei oculus tuus, ut miſerearis eius aut occultes eum, ſed ſtatim interficies*: Vix ſcio an de ullo crimine, quod *Reipubl. directè noceat* ſic loquatur Scriptura. *Videte itaque quid faciatis, non enim hominum exercetis iu-*

dicium, sed Domini. 2. Paralip. 19. vers. 6.

Cæterum duo potissimum obiiciuntur. 1. Constitutio Carolina *art.* 109. cuius hæc verba sunt: **So jemandt den Leuthen durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zufüget / soll man jhn straffen vom leben zum Todt vnd man soll solche Straff mit dem Fewer thun: Wo aber jemandt Zauberey gebraucht / vnd damit niemandt schaden gethan hette / soll sonst gestrafft werden / nach gelegenheit der Sachen / darinnen die Vrtheiler Rahts gebrauchen sollen.**

Et ergo si alicui damnum maleficio sive veneficio intulerint, *morte ignis* plectantur: si vero nulli damnum intulerint, *pœnas patiantur* pro delicti quantitate & qualitate.

Verum Respondeo, minimè inde sequi, quod voluere *Duarenus*, W*ierus*, *aliiq.*, hasce lamias absolvendas ac dimittendas esse: dicitur in hoc articulo, **Das sie sollen sonst gestrafft werden / wo sie niemand schaden gethan:** quod si igitur hæc Constitutio Carolina ad hasce lamias extendenda;

da, prout illud ex nomine: Zauberey: colligi posset, quippe quod ex Germanicæ linguæ proprietate latius patet, ita ut & *Magiam* & *Maleficium* complectatur, unde & *Magi* & *Malefici* à nobis Zauberer vocantur;

Utique tum dicendum, *Lamias* quà tales, & quà nihil præter Magiæ crimen admiserint, puniendas, adeòque harum lamiarum crimen hujusmodi esse quod pœnam mereatur, & quidem pro quantitate & qualitate eius criminis, nach gelegenheit der Sachen: Atquin semper hujus criminis ea est qualitas & quantitas, ut si *fœderatæ fuerint cum Dæmone*, morte plectendæ sint, nimirum, ut antè ostendi, propter alia multa crimina, huic confœderationi vel connexa, ut *apostasia* & *blasphemiæ*, vel comitari solita, ut *idololatria, Sodomia* &c. Quibus à legibus divinis & humanis iustissimè mors decreta supplicium. *Exod*. 22. *Levit*. 24. *c*. 1. *de apostat*. *L*. 2. & 3. *C. de apostat.*

Et ergò *Carolus V. in d. artic.* 109. hoc definire ac sancire voluit, qui damnũ ve-

neficio intulerint, illos semper igne puniendos: qui verò non intulerint illos aliquando igne, aliquando alio suplicio puniendos, ut illic *Imp.* non negaverit, quin Lamiæ si cum Dæmone fuerint fœderatæ morte plectendæ sint, sed iudicis arbitrio relinquere voluerit, si nemini nocuerint, an hoc casu igne an alio supplicio puniendæ; absit enim ut pio & zeloso Principi imputemus, ac si affirmaverit, *eum qui vaccam vel Equum occiderit, interficiendum esse*, qui verò à Deo ad hostem Dæmonem defecerit, & Deo maledixerit, & Dæmoni se addixerit expressa professione, & cum eo fœdissimè coierit, *eum morte non afficiendum*.

Atquin replicabis, cnm iuxta *d. art.* venenarii semper igne, non venenarii autem arbitrio iudicis puniendi sint, vel exinde apparet, quod non venenarii minus noxii censeantur Reipubl. adeoque mitiori, quam mortis supplicio, puniri debeant.

Verum respondeo, iccirco quoad venenarios ignis supplicium exprimi, ne iu-

dices

dices putarent, tales noxios veneficos, ſicut cæteros homicidas, decollandos, ſed intelligerent huiuſmodi reos omnes igni tradendos eſſe, quod atrocius crimẽ ſit *veneno & ope Dæmonis* quem tollere; *L. 1. C. de malef. & mathemat.* erraſſent autem hic iudices facile ſi etiam venenarii *arbitrio ipſorum* puniendi fuiſſent.

Cæterum ut hoc addam fortè non aberraverit, qui dixerit, *Imperatorem in d. art.* 109. loqui de Veneficis *in ſpecie ſic dictis*, qui quidem cum Diabolo *pactum nullum expreſſum inierunt*, ſed alias veneno graſſantur, & hominibus jumentisq; nocent *d. L. 1. C de malef. & mathemat.* atque hoc ſancire, ut ſi artibus magicis **durch Zauberey** nocuerint & *de facto* hominem jumentumve necaſſint, eos comburi debere, ſed ſi nocere alicui attentaverint, effectus verò ſeu nocumentum hoc ſecutum non fuerit, **oder wo ſie Zauberey ſonſten gebrauchet/ vnd damit niemandt beſchädiget hetten /** tunc non ordinaria ignis, verum extra ordinaria pœnâ prudentis viri arbitrio puniendos eſſe, *Confer noviſſimè*

Berlich. p. 4. concl. practic. 5. n. 49. & seqq. ut ita *Carolus V. in d. artic.* 109. de *Lamiis* sive *Sagis*, quatenus hæ cum Dæmone fœderatæ sunt, attamen non nocuerint vel damnum dederint, nihil disponere, sed illas *pœnæ ignis iam tum à Friderici* & *Maximiliani Primi* temporibus receptæ, relinquere voluerit; atque de eo tanto minus dubitandum, quod *Carolus* aut eius Consiliarii, huius *art.* 109. conceptores, fuerint Pontificii, qui utique striges aut Lamias hasce tanquam hæreticas & à fide apostatantes voluernt tractari, ac proinde pœnis hereticorum, nimirum rogo ob solam hæresim subdi.

Obiicitur 2. Lamiæ fatentur vel *impossibilia*: vel *improbabilia*, nempe *se per angustum foramen ad conventus volasse*: *cum Diabolo Venerem exercuisse*: *tempestates excitasse*: *pactum cum Diabolo iniisse*: & huiusmodi quæ sunt nugæ meræ & imaginationes delusarum mentium: & ideo nō sunt ob id puniendæ, sed verbo Dei potius melius instituendæ. *Godelm. d. lib. 3. c. 11. n.* 32. & 33. quem frigidè satis ac ieiunè sequi-

quitur *Meisner in philosoph. sobria part. 3. sect. 2. c 6. quæst. fin.* Atque hoc idem est, quod *ICtus* ille ac *Politicus*, cuius verba supra recitavimus, iudicibus persvadere voluit.

Verum respondeo, de hac opinione *Wierianorum*, qui hæc cuncta esse illusoria ac deliramenta adeoque nec gravem mereri pœnam, affirmant, iampridem tã scriptores Catholici Remig. *in dæmonolatr.* Crespetus. *de odio Sathanæ; l. dis. 2.* Spineus *apolog. 1. c. 3. & 4.* quem omnino vide: quam Protestantes Bodin. *in Dæmonom.* Mollerus *comm. in Constit. Saxon. p. 4 sect. 2.* graviter conquesti sunt, scilicet Lamias impunitas isto prætextu, vel minus quã oportet punitas dimitti, & hinc ipsas impunitate fieri deteriores, & pedetẽtim plures pluresque sibi complices impigre adiungere.

Et videmus, proh dolor hoc scelus magis magisque gliscere, ex quo multorum judicum in corda falsa hæc ac perniciosa opinio se penetravit.

Sane si de ullo crimine verum, de hoc

utique verissimum est vetus illud: *Parcendo nocentibus innocentium salutem conservari non posse. V. Farin. de ind. & tort. q. 43. n. 67. & 68.*

Quomodo igitur laudabimus *Meisnerum* dicẽtem *d. loc.* Sagas *fœderatas*, quum ex *communi humana*, (nota, rogo, hæc verba) & *peculiari sexus infirmitate*, à Sathana sint deceptæ, ob solam divini nominis abnegationem, & pactum cum Diabolo (nota) initum, non esse capitaliter puniendas, sed potius sanctissimis monitis corrigendas, à nefario instituto (rarum exemplum, & redeunt ut canis ad vomitum) abducendas, vel si animum obfirmarint, pœnis non capitalibus afficiendas, & ex toto orbe Christiano (forte in Vtopiam) exterminandas. *Hæc ille*, sed inconsideratè.

Etenim falsò supponit *solas mulierculas* in hoc peccatum incidere: & hoc posito, falsò affirmat *sexus fragilitatem* esse idoneã causãm minuendæ pœnæ in hoc atrocissimo delicto: Et tamen positis istis foret inhumanum ex toto orbe exterminare

eam

eam quæ ex *communi humana* fragilitate peccarit.

Sanè *hæreticum* vel *hæretico credentem* tali exsilio dignum ipse non facile dixerit, & dicit tamen de *hæresi*, & *abnegatione ista* similiter judicandum esse. *vers. nam.* 1. *abnegatio*.

Verius docuit Mollerus *ad constit. Saxon part.* 4. *sect.* 2. *n.* 4. ad pœnam ignis sufficere *fidei abnegationem*, *& fœdus cum Dæmone*, quæ cum istis in Sagis *Meisnerus* quoque agnoscat, & eiusdem rectius sententiam approbasset.

Jam supra ostendi, tam multa concurrere in uno hoc crimine, quorum singula morte dignissima, ut communi judicio carere videatur, qui *communem hanc pestem* non censeat igne gladioque abolendam.

Et esto, possint tales mulierculæ deludi in somniis, & hæc quæ de coitu cum Dæmone aut nocturno conventu confitentur, esse deliramenta; attamen illæ, *ratione complacentiæ subsecutæ* & *consensus pleni in vigilia præstiti*, culpa non carent, post-

quam

quam enim evigilarunt recordantes eorum, quæ in somnis egerant, putantes ea verè & corporaliter à se gesta, ratificant pactum & cultum Dæmoni exhibitum, foventque etiam pertinaciter voluntatem ad similes conventus revertendi & faciendi quæcunque arbitrantur se illic commisisse, *idololatriam, Sodomiam*, &c.

Quare vel eo nomine, licet hæc nequam voluntas & opinio ex delusione nasceretur graviter puniendæ, ut optime ratiocinatur *Delrio d. loco.* Confer quæ in in quæst. seq. dicuntur.

QUÆSTIO III.

An Sagæ seu Lamiæ realiter & verè pactum cum Dæmone ineant, ac Venerem exerceant?

IN Confessionibus Sagarum ad hoc præsertim respiciendum est, an quæ fatentur *impossibilia* sint, vel saltem *improbabilia* videantur: si ea quæ fatentur sint ipsis Demonibus non possibilia, quoad hęc mentiuntur ac confessionibus illarum fides

des habenda non eſt, etenim quæ non poſſunt Angeli & Dæmones, neque Magi Veneficæq; , eorum ope efficere poſſunt, quod fundamentum ad quæſtion. decidendã apprimè neceſſarium, *Maxima*, & eſt hæc omnium Philoſophantium quæ & approbatur à tota Theologorum ſchola, quam egregiè explicat & exemplis illuſtrat Delrio *lib. 2. diſquiſ. Magic. q. 17. & ſeqq. & Raphael de la Torre de poteſt. Eccleſiæ coercendi Dæmones circa obſeſſos & maleficatos. tract. 2. diſp. 4. per tot.*

Quare ſtriges mentiuntur, quæ confitentur ſe *in forma cati*, aut *muſtellæ*, *per rimulam* durch das Riemenloch / ſeu etiam foribus clauſis cameram fuiſſe ingreſſas, ſiquidem non poſſunt Dæmones quantitatem corporum ſic mutare, ut penetratio partium ſequatur; quod probatur ex doctrina *Philoſophorum*, dicentium ſecundum naturæ ordinem non poſſe eſſe partium, aut corporalium dimenſionum penetrationem.

Sic nequeunt Dæmones, ac per conſequens neq; Magi eorum ope, corpora

per-

perfectæ alicujus speciei in aliam speciẽ transformare, de quo doctè *Delrio dicto l. 2 disq. Magic. q. 17. 18. & seqq. Raphael de la Torre. d. loc.* qui tamen observandum monent, etsi ipsa quidem transformatio delusoria sit, multos tamen eam comitantes effectus esse verissimos, sic homines inveniri læsos in membris, quibus illatũ lupo vel catto vulnus, **vnnd ob wol der Teuffel** creaturam Dei **nicht** transformiren **vnd** mutiren **kan / so kan er sie doch mit einer andern Gestalt bekleiden / verstellen vnd verblenden /** atque hinc homines ipsi sub tali forma revera læduntur, quod exemplis illustrat *Delrio. d. lib. 2. q. 18.*

Cæterum quid si Dæmoni possibilia sint, quæ fatentur, attamen *improbabilia* prorsus videantur? Hic iam supra in proœmio monui, quodammodo Philosophiã tollere, qui rebus mirabilibus fidem non habent; neq; ex propriis ea quæ de aliis dicuntur, judicare, nec an aliquid credibile vel incredibile sit, id ex propriis viribus metiri oportet, *Helicarnass. l. 5. antiquit.* neq; statim ista quæ ab aliis facta narrantur,

tur, quia nos ea non vidimus, neq; rationem assequimur, ex iis esse, quæ fieri non potuerint, judicare debemus; quod denuo hic monendum putaui: de *improbabilibus* itaq; est quæstio.

Et quod *realiter* & *verè* pactum cum Diabolo Sagæ ineant, ex *ICtis* & *Theologis Protestantibus* fermè omnes agnoscunt, teste Meisnero. *in phil. sobr. part.* 3. *sect.* 2. *c.* 6. *q fin. vers. verum nostri Theologi*: Hottoman. *consil.* 98. Bodin. *lib. de Dæmon.* Lamb. Danæus *dialog. de sortiarius.* & plurimi alii scriptores Catholici quos ordine memorat ac allegat Delr. *d. tr. disq Magic. lib.* 5. *sect.* 16. *lit. VV.* adde plures apud Farinac. *tract. de hæresi q.* 181. §. 1. *n.* 34. ubi ipse docet *hæreticale* esse, pacta aliqua facere cum Dæmone, imò & hoc sapere manifestam *hæresim.*

Et omnino vide etiam Binsfeldium *de confess. Malefic. prælud.* 6. *per tot.* ubi latè ponit materiam pacti *expressi* vel *taciti* cum Dæmone initi; etenim hoc pactum cum Dæmone quandoq; fieri *tacitè*, & quandoque *expreßè*, latissimè ostendit Delrio

d. tr.

d tract. lib. 2. *q.* 4. & ibi per exempla id declarat.

Sufficit itaq; ad auctores illos remisisse, ac ita ostendisse, quoad pacti huius realitatem ac veritatem inter Catholicos Doctores at Protestantes dissidium haud esse, ac mihi constat ex Actis à vicina Republ. nostræ facultati transmissis; veneficam quandam fuisse confessam, **Sie hette einmahln** puellæ N. N. **ein Buhlen in jhrem Hause zugeführet/vnd jhr denselben freyen wollen/ vnd als das Mägdlein vngefehr geantwortet/ ey Jesu der Geselle ist mir viel zu stattlich**/ &c. Diabolum statim ad nomen JESU evanuisse, **sey zum Fenster hinauß geflogen vnd habe ein Glaßruthen mitgenommen**/ veneficam verò rogasse ac muneribus sibi puellam hanc cõciliasse, ne factum deferret, attamen cum justo Dei judicio post aliquod tempus in alias veneficas inquisitio institueretur, ac illæ veneficam hanc denunciarent, hæc capta, factum istud confessa fuit, quod & puella N. N. verè sic accidisse confirmavit.

Ve-

Venerium quidem coitum cum Diabolo, refert inter impoſſibilia. *Godelm. d. l. 3. c.* 11. quod ſequi videtur Meiſner. *d loc.* & actum hunc Venerium negant Fichard. *d. conſ.* 112. Wierus *&* Wieriani *alii*, ita ut inter *Proteſtantes* pars iſta negativa *communior ſit*.

Atq; hinc ait Fichard. *in d. conſil.* contrariam ſententiam ſolis *Inquiſitoribus* & Papatui addictis, *ut ille loquitur*, placere, in quo tamen vel errat vel manifeſtè calumniatur, ſiquidem hunc actum Venerium affirmant quoque Lamb. Danæus *dialog. de ſortiariis.* Joh. Bodin. *de Demon.* Hottoman. *conſil.* 98. & ipſemet *Doctor Lutherus* in convivialibus.

Unde & iracundè nimis Auguſtinus Lerchemeier apud Dedekennum *tomo.* 2. *Theſauri conſiliorum. tit.* von Zauberey / *nu.* 10. dum ita loquitur: Ich könte hie tapffere hochverſtändige Männer anziehen / die in jhren Schrifften ſolche Bulſchafft für lauter Träume vnd Geſpenſt halten / vnd die Päbſtiſchen Ketzermeiſter vnnd Hexenbrenner / die die Leuthe hievon anders bere-

den / für Betrieger vnd verführer schelten/ aber ich lasse solches von kürtze wegen bleiben/ rc.

Hæc ille, quæ & iracundus auctor rectius tacuisset, ac videtur & ipse vel manifestè calumniari, vel ignorantiā prodere, quem utpote latere non debuit, sententiam hanc affirmantem non solos Inquisitores, sed etiam antiquos Patres, *D. Hieron. D. Augustin.* & alios eam amplecti, quod ipsi ex Delr. *d. lib.* 2. *q.* 15. discendum fuisset, qui sententiam hanc optimè probat & simul explicat.

Et videtur Lerchemeierus *apud Dedekennum d. loc.* sibi ipsi esse contrarius, inquit enim: Etwann nimbt er (Dæmon) einen Todten Leib an sich/ vom Galgen oder auß einer Schlacht / oder anders wo her/ den tregt/regt/ vnd braucht er / als wann er lebte / so lang als jhm gefelt / cujus rei exempla aliquot postea subiicit, ac concludit: in einem solchen angenommenen Mannes Leibe kan sich der Satan mit den Hexē vermischē / was für lust vnd lieblichkeit bey solcher Buhlschafft sey/ ist leicht zuerachtē: &c.

&c. quid autem hoc aliud eſt, quam eandem cum *Inquiſitoribus* tueri ſententiam? Si Dæmones poſſunt defunctorum corpora aſſumere, illa pro libitu movere & calefacere, quomodo non etiam poſſent actum Venereum exercere, ac ſeminis aliundè accepti (v. g. in ea quæ ſomnianti viro contingit, illuſione) emiſſionem imitari?

Et ergo cum Dæmones hoc poſſint, & eos id facere doceat *experientia*, quid eſt quod amplius dubitemus? quid Inquiſitores fruſtra cavillamur? De experientia verò teſtantur locorum omnium acta de hac re iudiciaria: Et obſervavi ego ex Actis ſuperiori anno 1628. menſe Auguſto, *facultati noſtræ à Comite quodam* transmiſſis memorabile hoc exemplum; Venefica quædam confitebatur, poſtquam primo die nuptiarum cum novo marito conſveviſſet, altera nocte Diabolum cum ipſa fuiſſe congreſſum, equidem adeò potenter, **hette dermaſſem mit jhr gebuhlet**/ut verba propria referam, **daß ſie zu jh-**

res Manns beyschlaffen keine lust gehabt: quod rarum est exemplum.

Et quamvis alias communiter non *de magna voluptate*, sed *horrore* potius fateantur Sagæ, attamen certum est, Dæmonem quandoq; si velit, corpus assumtum ita posse temperare, ne contactu timor, horror, aut aspernatio, adferatur, de quo doctè *Delrio. d. lib. 2. q. 15. axiomate 3. ver. 3. argum. Semen quod Dæmon infundit* &c.

Et detinentur in his spurcitiis delectabiliter Lamiæ propter alia quæ consequuntur ex communicatione cum Dæmonibus, & quia deceptor hominum Dæmon, id quod deficit de tẽperamenti vitalis qualitate, supplere potest aliis voluptuosis spurcitiis: Quare quidam incubus Dæmoni in figura pulchræ fœminæ, quam Catherinam appellabat, captus, & igni statim tradendus, ridens diu, interrogatus de risus causa, dixit, se recordari de lenociniis & blanditiis suæ Catherinę (Dæmonis succubi) ita refert Sylvester *lib. 2. de strigi Magis. c. 5. in fine.*

Atquin putant dissentientes, ita in

som-

ſomniis mulierculas deludi à Diabolo, & poſtea errore opinionis huijuſmodi fateri.

Verum replicamus, credendum potius contra ſeipſas ipſarum mulierccularum confeſſioni, quæ huiuſmodi revera ſe cōmiſiſſe fatentur, ac cum iſta Dæmoni poſſibilia ſint, docente *Delr.d.lib.* 2.*q.*15, inde præſumendæ ſunt non deluſæ donec deluſæ fuiſſe probentur, ſiquidem legitima confeſſio vera eſſe præſumitur: neq; hæc mulierculis ſomno depreſſis interna quadam imaginatione accidunt, ut illi volunt, ſed plerumq; certò & perſpicuè vigilantibus, de hoc ſiquidem inquirere judicum eſt.

Et concedamus licet aliquando hæc à Dæmone fieri per ſomnium illuſione, viciſſim concedendum erit, eadem quoq; vigilantibus ab ipſo fieri verè: ac per ſe inepta eſt illatio: *aliquando deluduntur in ſomnus: Ergo nunquam id verè contingit:* quomodo vitiosè ex particulari affirmativa univerſaliter infertur *ſemper falſo hæc contingere.*

Et in facto memini quandam veneficam in eadem custodia, cum alio quodã Reo, ob crimen grassationis ac furti incarcerato fuisse detentam, illa prima nocte incarcerationis cum Diabolo se cõmiscuerat, id vidente ac observante Reo; cum postmodũ ex legitimis indiciis torqueretur, Diabolum in carcere sibi adfuisse, seq; cum illo rem habuisse confessa fuit, ac cum alter Reus de veritate huius confessionis interrogaretur, eam voce sua confirmavit, Solches were des Morgens früh geschehen/ vnd hette er darneben gehöret/ daß sie den Buhlen/ welcher ein schwartzer Kerll gewesen gefragt/ ob er jhr auch davon helffen wolte/ vnd hette jhr derselbe solchs auch zugesagt.

Atque similia exempla iudicibus occurrunt tota die plurima, ac mihi suppeterent alia, quæ tamen in medium adferre lectoris pudor prohibet, ac minus necessarium est.

Concludo igitur, ob wolln viel fantaseyen mit vnterlauffen/ vnd diese bezauberte/ vom Teuffel verblendte Leuth/ vielmahln

mahln betrogen oder talciniret werden / so sind dannoch wegen des beharrlichen / vnruhlichen Gemüths / Siñ vnd willens halber / solche Hexen oder Zauberinen billich vnd von rechtswegen zustraffen. Confer quæ dixi *in q.præc.in fine.*

Quæstio IV.

An nocturni Lamiarum seu Veneficarum conventus, reales ac veri sint, seu potius imaginarii ac illusorij?

DIsputavi, de hac quæstione in periculis meis Academicis, ac ibi iudicium meum temerè, quod ingenue profiteor, præcipitavi, nimirum potissimum deceptus auctoritate nostrorum, *Alciati* & *Duarenii* quorum *Ille* narrat 8. *parerg.* 22. hæreticæ pravitatis, ut vocant, inquisitorem quodam loco Lamias seu striges inquisivisse & supra centum flammis consumpsisse, quotidieque ceu nova holocausta, alias super alias Vulcano obtulisse, *è quibus non pauca helleboro potius, quã*

igne purgandæ videbantur, donec rustici arreptis armis vim illam inhiberent, &c,

(*Et post:*) Et quamvis aliqui ex maritis, magnæ fidei homines, asseverarent eo potissimum tempore, quò illæ in ludo & choreis fuisse dicebantur, se exploratum habere, in lecto potius secum fuisse; tamen *respondebatur*, *non illas*, *sed cacodemonem potius, uxoris forma assumpta marito illusisse:* Atque ego replicabam; *Cur non potius Cacodemonem cum suis dæmonibus, illam verò cum marito fuisse præsumis?* Cur verum corpus *in ficto lusu*, phantasticum *in vero lecto* comminisceris? Quid hic opus est usque adeò augere miracula, & non tam Theologum, quam τετρατόλογον agere, *sævioremq; partem in pœnis eligere?*

Constabat ex illis actis, (*pergit Alciatus*) semel in eo ludicro per quādam mulierculam nomine JESU appellato, omnem illum apparatum, omnes saltatrices cum amasiis suis repente evanuisse; *qui fieri id potuit, si vera fuissent corpora, & non phantasmata, & Tantali horti?* &c.

Pau-

(*Paulò post*) videnturq; hæc esse quæ Plinius & alii veteres *Faunorum ludibria* appellant, præoniaque herba emendari censuerunt, ut etiam *harum plerasq; curari posse sit verisimile*, nisi quod pauperes & *fœmellæ omnes* sunt, quibus talis facultas non suppetit.

Ego certè (*adhuc verba Alciati sunt*) magis juri Pontificio, *communiq; nostratium Doctorum* interpretationi hac in quæstione, quam Theologis istis tribuerim, maximè in re à Synodo decisa *in conc lio Anquirensi cap. 1.* ubi talia phantasmata mentibus à maligno Spiritu irrogari ait; quis enim in somniis & nocturnis imaginationibus non extra se ipsum deducitur? *& cæteraquæ habet Alciatus d.c. 22.*

Hic verò, *Duarenus scilicet*, sic de veneficis scribit *in tit. ad L. Cornel. de sicar. ca. 2.* De aniculis horum temporum quæ volitare per aera, & nocturno tẽpore saltitare, & choreas agere dicuntur, quæritur? Et solent pleriq; quæstores *in eas acerbius animadvertere*, *quam ius & ratio postulet*, cum Synodus *Ancyrana* definierit phan-

talmata quædam esse, quæ à Cacodæmone *miserarum mulierum* mentibus irrogantur. c. Episcopi. 26. q. 5. Itaque Curia Parisiensis (si nihil aliud admiserint) eas absolvere ac dimittere meritò consvevit. *Hæc Duarenus.*

Doctissimorum horum *ICtorum* sententiam, seu verius, errationem ego insecutus fui; in qua amplius confirmavit me cuiusdam *Doctoris celeberrimi* quoddã manuscriptum consilium, quod ille in gratiam *Nobilissimæ alicuius familiæ* conscripserat.

Verum nunc lapsum agnosco lubens, mutoque sententiam, quod & de se ipso testatur *Turrecr. sup. Grilland. lib. 2. q. 7. n. 8. de sortil.* ubi fatetur se sententiam mutasse; neq; dubitarem *Doctissimum Alciatum* facturum idem, si & eius tempore prout nunc est, res adeo explorata fuisset.

Equidem sane hodie nemo inficiari potest, *Delrium Theologum Doctum* pariter ac *ICtum pium*, in Magicarum disquisitionum libris (de quibus vide judicium Ant. Fabri *ad tit. C. de malef. & Mathemat. defin.*

defin. 2. *n.* 11.) adversus *Alciatum* & *Duarenum*, quin contra omnes qui volunt hæc conventicula *phantastica* esse & tanquam superstitionem vanam *pro figmentis* habenda, strenue decertasse, depulsioneque plena atque solida errorem istum notasse & confutasse, cuius scrinia compilare nō tam foret necessarium, ubi ab hac quæstione me abstinuissem antea; Et tamen animus nō est in isto luto hærere diutius.

Quare displicent *Alciati* ac *Duareni* hæ rationes: (1) quod Synodus Ancyrana definiverit istos lamiarum conventus esse phantasmata; *d. c. Episcopi.* 26. *q.* 5. (2) quod hoc crimen sit *muliercularum* tantum & vilium, quæ à Satana ludificentur facilius. (3) quod *Medici* maximos effectus corruptæ menti imaginariæque ludificationi tribuāt, cui ideo & hoc adscribi possit. (4) Quod mulierculæ in conventu, ut videbantur, saltantes, vel fuerint domi repertæ dormientes; vel quod (5) illis, per somnum sopitis, aut oppressis corporeis sensibus, talia phantasmata à maligno spiritu irrogētur, ac quod ideo (6) earum

cor-

corpora invẽta sint sæpenumero eodem loco iacentia nec inde mota fuisse, ubi se inunxerant.

(7) Quod nomine JESU pronunciato conventus hujus personæ evanuerint, & itaque phantasticæ personæ fuerint; (8) quod hæc sit *communis* nostratium Doctorum opinio; in quo utique fallitur *Alciatus*, & quoque *Simancas Cathol. Instit. tit.* 37. *num.* 16. putans similiter eandem esse *communiorem*;

Hæ inquam, & similes rationes nunc displicent quibusvè amplius nihil moveor & tantò minus *Alciato* & *Duareno*, etiam hoc inde inferentibus, assentior, scilicet judicem debere iccirco *mitiorem partem in pœnis eligere* adeoq; *absolvere ac dimittere lamias*, *si nihil aliud admiserint*, quem posteriorem errorem *in q. praced.* 2. satis refutavimus; iam de nocturnis Sagarum conventibus videbimus, & an vera sit earum translatio de loco ad locum hic inquiremus:

Quam quæstionem ut rectius discutiamus, *status controversiæ* ante omnia constituen-

stituendus erit: quem *in peric. acad.* invertisse me agnosco: Etenim qui illud strigiportium verum ac reale esse volunt, illi quidem non *Semper*, ast *Nonnunquam* verè Sagas transferri à Dæmone, affirmant: Fatentur itaque fieri posse, ut *mulierculæ*, imo & *viri*, nam ne hi quidem ab hac cõtagione puri, decipiantur: sed utrum reipsa *semper*, *an nonnunquam* decipiantur, hoc quæstionis est?

Alciatus Duarenus Godelm. & alii, quos in *peric. academ.* secutus fui, videntur velle *Semper* illas quoad hanc delationem ad *conventus nocturnos* deludi: Econtra auctores *Malei malefic. Barthol. Spinæus. Grylland. Tholozan. Binsfeld. Bodin.* quos in *peric. academ.* allegavi, pluresque quos citat ac sequitur Delrio. *d. l.* 2. *q.* 16. *& d. lib.* 5. *sect.* 16. affirmant *nonnunquam* verè Sagas transferri à Dæmone de loco ad locum, atque ita eas *corporaliter* conventui nefario interesse;

W*ierus* quidem & pauci alii qui illum simpliciter sequuntur, videntur velle Sagas *semper* deludi, *quoad omnia*, adeoque Wie-

Wieriani cuncta à Sagis patrata ac confessa volunt esse imaginaria, ita ut per imaginationem mulierculæ credant ac cogitent certo se perpetrasse ac fecisse veraciter, ea quæ in sola phantasia, opera Diaboli mentem obfuscantis obversata sunt:

Veruntamen *Alciatus*, *Duarenus*, *Godelmannus aliique*, deludi quidem illas volunt *quoad pleraque*, & quidem *Semper* quoad delationem ad hosce conventus, ut tamē realitatem pacti cum Dæmone ac veram apostasiam agnoscant proque certo habeant:

Jlli quos *Delrio*, quosque ego iam sequor concedunt quidem Sagas deludi posse, attamen *rarißimè* & *in paucis admodum rebus seu facti speciebus*, nimirum *delatione ad conventus hosce*, & ut ante dixi, *carnali copula cum Dæmonibus*; Et quoniam hanc illusionem volunt esse tantum *in paucis rebus*, ac quidem eam *in iisdem rarissimè* contingere, hinc animo propendent in hanc sententiam, ut ex frequentius contingentibus à Sagis patrata ac confessa

fessa verè talia esse adeoq; ipsarum confessionem veram potius, quam falsam esse præsumant. *arg. L.* 4 *&* 5. *de LL.* Atq; ex hisce iam apparet, in quo posita sit quæstionis contradictio.

Itaq; duæ sunt circa quæstionem hanc sententiæ: *Prima* est, *Semper* huiusmodi nocturnos conventus, ludos, choreas, cõmessationes ac apparitiones, esse illusiones & ludificationes Dæmonũ, Sagas illis cõventib. choreisq; *cogitatione animi* interesse, adeoq; in iis *spectra* tantum fœminarum, non autem *vera corpora spectari*;

Altera est, *Nonnunquam* verè Sagas ad certum & destinatum locum à Diabolo celerimè deferri, furca, baculo, scopis vè *veris*, sed à Dæmone actis & sublevatis vehi, hirco vel altero animali, *phantastico ut plurimum*, hoc est, Dæmoni assumenti & formanti corpus aëreum, inequitare, atq; ita *corporaliter* conventui nefario interesse, commessari & saltationibus oblectari.

Illam sententiam tuentur *Alciat. Duaren. Godelm. Fichard. VVier. dictis locis*, ac

quos

quos pro se allegant, *Luther. Melanth.* aliique, quibus adde *Philip. Camerar. c fin. oper. succeßiu.* & quos citavi in peric. academ. *Cothman. Bocer.* cum cæteris.

Hanc sequuntur *Theologi* Catholici & *ICti* Practici communiter, quorum catalogum taxit *Delrio dd. locis*, ut non dubitarim contra *Alciatum*, vocare hanc sententiam & *communißimam* & *verissimam.* Adferam argumenta non contemnēda quæ eam translationem corporalem per Dęmones fieri *posse* & *solere* convincent.

Argumentum *primum* est, quod meo iudicio, hominem non pervicacem, idoneum est convincere: Nemo sanus opinor negabit, quod conformitas concorditer asserentium, rem certam & indubiam reddat, quod & probat *L. qui sententiam. C. pœnis.* Atquin Sagæ confitentur omnes unanimiter eadem, & in corporali delatione, modo, & ceremoniis conventus, & aliis circumstantiis plane conveniunt; Quare ex Sagarum confessione hæc translatio corporea certa & indubia redditur: Sanè de vanis & delusoriis tam perpetim nequit una & con-

sen-

sentiens omnium esse contestatio, tantaq; inter locis, & temporibus, & ætate, ac studiis disiunctissimos ; adeoq; multos, consensio.

Volui quidem ad hoc argumentum *in peric. academ.* respondere, mirum non esse Sagas in circumstantiis concordare, cum enim omnes ipsæ eadem *Diaboli* arte ac modo fascinentur & eludātur, quidni eandem cantarent cantilenam?

Verum hæc magis elusio quam respōsio est, quomodo enim mendacii tāta posset esse conformitas? Et cum peculiaris cuiq; sit animi actio, & alius ab alio diversum quid imaginetur, nec cerebri aut phantasiæ omnium eadem dispositio, quomodo igitur hac in re universorum unanimis ubiq; poterit esse consensus: si dixeris hæc Sagis accidere in profundiorem somnum prolapsis: quæro si hæc somniarunt, quo pacto sic semper omnes idē somniarint, eodem sibi evenisse modo, eodem loco, eodem tempore, die, hora?

Atquin fortassis iam dixeris, illis eiusmodi somnia à Dæmone immitti, qui

cum semper sui sit similis, ideo tam similia hæc existere; sed iam quęro iterum, ergonè tot erunt somniorum immissores Dæmones, quot sunt venefici aut veneficæ sic somniantes? Ergòne discordes mentes de similibus somniis effingendis prius deliberabunt conspirabuntq; ? Equidem hæc ab uno Dæmone simul cōdem tempore fieri posse nullus dixerit.

Et quare non magis hæc à Dæmone dicemus *verè* fieri, quam per somnium *illusione*? cur non potius credendum, *vigilantibus* ad talia Dæmones abuti quam *dormientibus*, cum id illis sit æquè expeditum, malintq; verè hanc Dei imaginem, non *imaginariè* tantum deturpare incestareque.

Et certè ad hujusmodi uniformes *imaginationes* imprimēdas Dæmoni necessaria foret uniformis phantasiæ omnium dispositio.

Atquin facilius est dæmoni corpora loco movere & transferre, quā tales uniformes imaginationes & phantasmata tam

va-

variarum rerum, dormientium sensui interiori immittere & imponere, quia, ut dixi, strigum phantasiæ eodem tempore non sunt eodem modo dispositæ.

Itaq; asserendum non est, hæc somnia esse & ludibria, quod si somnia essent; & in somnis ista contingerent, utiq; & strigibus seriò conversis & nolentibus amplius huic conventui interesse, quandoq; & illa somnia accidere possent, sed ipsis nihil amplius tale quid contingit, duntaxat quia nolunt amplius interesse; Et ergò vel hoc evidens indicium est in somnis ista non contingere, quippe somnia talia non sunt in potestate hominis, ut ei accidant, vel iis careat pro lubito. Quæ eleganter & latius deducit *Delrio d. loc.*

Argumentum *secundum* est: Nullum certius dari potest testimonium, quam proprii oris confessio. *L. un. C. de confess.* Unde confessio ad instar rei iudicatæ est, quæ habetur pro veritate. *L. 1. 3. 4. & 6. ff. de confess.*

Atquin ex actis locorum omnium judiciariis de quam plurimis maleficorum,

tam ſpontaneis quam per torturam expreſſis & repetitis *confeſſionibus* conſtat, ipſos de loco in locum ad hoſce conventus reipſa delatos fuiſſe, atq; hujus rei *Exempla*, non per ſomnia, uti adverſarii volunt, ſed per judicia contradictoria obſervata, allegat *Delrio d. lib. 2. q. 16.* quæ manifeſtum faciunt, hæc non contingere nuda duntaxat imaginatione & delirio muliercularum: Et ergo ipſarum lamiarum confeſſionibus hic omninò ſtandum, ac proinde hoc ſtrigiportium verum ac reale erit.

Ad hoc ſimiliter *in peric. academ.* reſpōdere volui, cum iſtæ confeſſiones proficiſcantur à talibus perſonis, quæ à Diabolo dementatæ & illuſæ ſunt, pro erroneis rectè haberi, neq; enim etſi tu fortè ignarus vel illuſus confitearis & affirmes Chimeram eſſe, ideò Chimera eſt, &c. *Vide in peric. acad.*

Verum inſufficiens hæc reſponſio eſt, & in effectu negantur facta, quæ ubiq;, & omnes ferè ſe fieri vidiſſe, & eſſe expertos, homines fide digniſſimi conteſtantur:

tur: quod sapientum judicio desipere ac insanire est, quia nihil velle credere, nisi quod propriis oculis adspexeris, signum est stoliditatis vel protervæ obstinationis.

Perlege *exempla*, quæ ex *Grillando*, *Spineo*, *Remigio*, aliisq; Scriptoribus sidelissimis, enarrat *Delrio. d. lib.* 2 *q.* 16. ac manifestum videbis, probari choreas, conventusq; translationem.

Atq; hinc *Abulensis q.* 47. *in c.* 4. *Mathei*, dicit, istud non posse sine impudentia negari, cum mille testes occurrant, qui harum rerum conscii sint, Confer *Raphael. de la Torre. de potest. Eccles. coercendi Dæmones. tr.* 4. *disp.* 2.

Quod si adhæc dixeris, Somnia ista ægrarum mentium esse ac delusarum muliercularum, quæ ideo innocentes huiusmodi fateantur se commisisse, quæ nunquam deliquerunt, sed errore opinionis putant se deliquisse; quæro unde hæc probare velis, & quæ hæc & quam pertinax libido est, generis humani hostibus sic patrocinari?

Ita non ſolum ipſam translationem corpoream negabis, ſed & poteris eadem ratione cum *Wierianis* hæc cuncta Sagarum pro illuſoriis ac deliramentis habere, adeoque Sagas omni pœnæ eripere.

Inquies tamen, has mulierum *deceptarum* confeſſiones eſſe, quibus ideò tutò judices fidem adhibere non poſſint; Etenim quia *deceptæ* ſunt, poteſt ex errore deceptæ mentis procedere confeſſio, ut Sagæ confiteantur ea, quæ tantum in ſola phantaſia opera Diaboli mentem obfuſcantis obverſata ſunt: Et ergò hæ confeſſiones, ſi non omnino *pro erroneis* habendæ, utiq; *pro ſufficientibus probationibus* haberi non debent.

Verum quæro iterum unde tibi certò conſtat Sagas eiuſmodi confitentes eſſe deluſas, unde certò ſcis illas eſſe innocentes? *VVieriani* quidem, *ut ſupra dixi, Semper* illas deludi volunt, adeoq; nihil hic reale, ne quidem *pactum* ipſum cum Dæmone pro vero agnoſcunt: ſed hic error, obſtinatione & impudentia & inſci-

tia plenus, jam fermè omnium calculo explosus est.

Qui verò *Alciatum, Duarenum*, aliosq; sequuntur, dicunt duntaxat *Sæpe* Sagas deludi, & iccircò *in individuo* judicem dubitare quæ delusa, quæ non sit, ac proinde ipsum de veritate confessionis incertum esse; Et ergo concedunt ipsi quandoq; Sagas non deludi: Verum hinc ego, cum *doctis. Delrio* contra infero, quãdo igitur *in individuo* judici non constat delusam esse teneri judicem legitimæ rearum confessioni stare: præsumitur siquidem pro confessione, unde autem delusam esse probabis!

Nec tamen unquam judices probi ex tali nuda confessione procedunt vel ad damnationem vel ad torturam, semper enim requiruntur indicia quædam, quibus sufficienter confessio adstruatur. Et esto: *Sæpe decipiantur: Ergò iudex nunquam earum confessioni tutò credet?* Nego consequentiam, quæ ut valeret, *semper* decipi eas foret necesse.

Atquin nec sæpè, sed *rarissimè* quæ *no-*

stra est sententia, decipi deprehenduntur (cur autem ipsas Dæmon decipiat dicā infrà) *sæpissimè* igitur verum est quod cō. fitentur; Et ergò judex confessionem illam sequens *rarissimé* errabit, ac si fortè uno casu errare posset, attamen hic error expers est culpæ, cum omni casu *secundum allegata & probata* judicaverit.

Cæterum unde judici constare possit, utrum in individuo reus reave, quæ ei offertur, delusa sit, vel non sit, adeq; vera sit confessio strigum, an vana & illusoria: equidem hic rhodus hic saltus, attamen in hoc inquirendo bonam operam navavit *diligentissimus Delrio d. l.5. sect.16. lit. Vu. in fin.* qui per *tres regulas*, & *circumstantiarum* omnium examinationem, doctè demonstrat, id judicem dinoscere, atq; ita *omni in casu* de confessione facta certum esse posse, ad quem lectorem remitto.

Argumentum *tertium* est; Boni Angeli hominem, *permittente Deo*, possunt per aërem transvehere corporaliter. *Daniel.* 14. Ergò idem malo Angelo Dæmoni est possibile, non est enim potestas super terram,

ram, quæ ei valeat comparari, dicente Domino *apud Iobum c.* 41.

Neq; hic malè ab Angelis bonis ad Dæmones argumentamur, siquidē *Theologorum* communis Schola concedit, Diabolos in *naturalibus* bonis Angelis pares esse, quippe *naturalia* per lapsum non esse imminuta, sed tantum gratiosa, ideoq; illa in Diabolis remansisse, tamẽ si obfuscata & ligata; *V. Mall. Mallefic. part.* 2. *q.* 1 *c.* 3. *v. nec etiam secundum.* Grilland. *de sortileg. q.* 6. *n.* 4.

Mirum verò non est hanc Dæmones à Deo in *humana corpora* transferendi potestatem recipere, qui longe maiorem in *animæ* deceptionem acceperunt, ut in Energumenis videre est, & ipse Deus in se ipso fieri hoc permiserit. *Math.* 4. *v.* 5. *&* 8. Vide Tannerum *ad* 1. *part.* *S. Thomæ. q.* 110. *art.* 3. *q.* 1. *&* *q.* 3.

Volui ad hoc respondere *in peric. acad.* à posse ad esse non valere consequentiam: Verum concesso *τὸ posse*, ipsum *τὸ esse* omnium locorum acta judiciaria demonstrant, ac rem hanc convincunt tot

Exempla ex ſcriptoribus fideliſſimis recitata à *Delrio d. lib.* 2. *q.* 16. prout enim oportet *quam ob cauſam aliquid fiat*, ratione tractare, ita *quod id fiat*, ex hiſtoria eſt ſumendum. dicente *Plutarcho lib.* 5. *Sympoſiac. cap.* 7. Itaq; narrationi Reorum ſtare oportet, quæ tot exemplis, ex hiſtoria & ipſis actis judiciariis deſumtis, eſt comprobata.

Argumentum *quartum* eſt: Qualiter Sagæ cum ipſo Dæmone paciſcuntur, taliter etiam in hiſce nocturnis ludis ei coguntur adſiſtere, quale enim principium, tale etiam principiatum, Sed *perſonaliter*, *verè & realiter* cum ipſo paciſcuntur; quod *Alciatus*, *Duarenus*, quique Theologi Proteſtantes eos ſequuntur, non negant. *V. Meiſ. d. loc.* Et ergò eodem modo Dæmoni in ludis iſtis adeſſe coguntur.

Conſequentiæ ratio *in propoſitione* & hæc eſſe poteſt; quoniam enim Diabolus à ſuis fidelibus affectat cultum adorationis, ac cum mulieribus iſtis, ſuper hoc paciſcitur, ideò propter *adorationem* præſen-

sentes eas esse vult, tam enim ipsum cultum divinum, quam etiam modum similem colendi affectat, sicuti apparet ex *Math. c. 4. ibi: hæc omnia tibi dabo, si postratus adoraveris me.*

Atquin verisimile non est, Dæmonem *ficta & imaginaria adoratione* contentum esse, sed omninò *verè & realiter* adorari velle, sic n. lapsos in atrociora peccata pertrahit, ac ad maius malum libentius invitat. Et ergò Dæmonem Sagas ad eiusmodi conventus *verè & realiter* quoq; apportare consequitur.

Volui *in peric. acad.* respondere, distinguendo inter *tacitam* & *expressam* professionem Diabolo factam, de qua *Vide Farin. in prax. crim. q. 20. n. 77. & seqq.* quasi ipse Diabolus cum *quibusdam* tãtum personaliter paciscatur. Et ergo, non sequatur *omnes* revera ad choreas transferri, &c.

Verum per se patet ineptam hanc responsionem esse, utique enim & frequentius Diabolo ipsi fidem & homagium præstant, ac si quandoque Lamiæ

Diaboli nomine à quibusdam professionem recipiant, attamen in necessarium sive antecedens sive consequens baptismo & sacrosanctæ fidei omnes renunciant, omnesq; Diabolicas istas Synagogas frequentare cupiunt.

Atquin *ibidem* ex quarundam Sagarū confessionibus constare *dixi*, Diabolum privatim intrà parietes domesticos ab illis adorari. *V. Bodin. d. l.* 2. *c.* 4. Et ergò ipsas ad talem conventum eo fine deferri, nec probabile nec sit necessarium, sed Dæmoni multis de causis expedire, ut hæc adoratio publicè fiat, adeoq; talis convētuum frequentia instituatur, docet Spineus *d. tr. d. strigib. c.* 20. & Delr. *d. tr. l.* 2. *q.* 16. *ferè in fin.* sufficiat hæc, quod multitudo facit audaciores ad malum, tollit Dei hominumq; timorem, & mutua imitatione ad maiora facinora inflammat, ut solent carbones iuncti, ac quod *præcipumm* est, difficilius convertuntur, quo pluribus testibus se Dęmoni addixerunt.

Atque his argumentis probatum puto, *verè* & *corporaliter* strigias ire ad ludum:

dum: Restat ut breviter ad contrariæ sententiæ argumenta, *in prin. quæstionis hujus*, adducta, respondeamus.

Et quidem, ut à posteriore incipiamus, falsum est *argument*. 8. contrariam & *Alciati* opinionem esse communiorem *vide sup.* §. *itaq; duæ sunt circa quæst. hanc sententiæ*. falsum est, 7. quod ad nomen *Iesu* evanuerint; & quidem dici possunt *evanuisse*, largè & improprie sumto vocabulo, pro *desierunt videri*, quoniam præstrictis cernẽtium oculis, à suis Dæmonibus celerrimè asportatæ fuerunt *Del. d. l. 2. q. 16.*

Quod 6. dicitur, teste *experientia*, inunctas fuisse repertas iacentes eodem loco, ubi se inunxerant, id si factum aliquãdo, videtur hanc habere causam quia fortè Dæmoni utilius, quandoq; Sagas decipi, eas loco non movendo, ut sic iudicibus & Principibus persvadeat falsa esse, quæ de talibus transvectionibus feruntur, atq; ita justitiæ executionem impediat, adeoque ipse se sic plures illaqueaturum speret. *eleg. Delrio d. q. 16. in pr.* atq; eadem responsio ad 5. & 4. *argument.* dari

po-

potest; Confer quæ diximus §. *argumen. ii est.*

Et certè, sint quandoq; mulierculæ, ut videbantur convivantes, domi tamen repertæ dormientes, possit etiam Diabolus somno oppressis plura huiusmodi persvadere, inde tamen nihil amplius probatur, quam decipi aliquando has mulierculas, semper autem illas falli hinc nõ consequitur; falsum est. 3. dementatæ veneficarum phantasiæ hoc tribuendum esse, siquidem cerebri aut phantasiæ omnium eadem dispositio non est, unde nec tam similia sibi imaginari possunt: falsum denique. 2. solis id asseri *à mulierculis*, etenim videmus hodie *viros* doctos & secundum seculum prudentes idem fateri, eiusque criminis reos agi.

Solus restat *Canon. in cap. Episcopi. 26. q. 5.* qui Achilles est adversariorum, hunc urgent, hunc intorquent. Quæ de hoc Canone *in peric. academ.* scripsi, nunc displicent ac indicta velim, analyticè ac doctè illum resolvit *Delrio d. libr. 5. sect. 16. in fin.* quem laudo proboque.

Sanè

Sanè Pontifices Romani dum post *d. cap. Episcopi*, contra Lamias severiter procedendum esse monent, harum crimina se non pro illusionibus, sed pro veris ac nefandis excessibus habere manifestè profitentur.

Vide Pontificum Bullas apud Binsfeld. *lib. de confess. malefic. edit postremâ.* Et tamen cum nemo Pontificum *Canonem illum* antiquarit, nec ullus eum Decreto tollendum iudicarit, hoc ipso satis declararunt se censuisse, nihil hunc *Canonem* ad striges nostras pertinere, alioquin eũ abrogassent; *Optimus* verò *interpres verborum quisq; suorum.*

Et ex ipsis sectæ illarum *Dianianarum* circumstantiis facilè apparet, quam diversa fuerit illarum secta, *à nostrarum strigum* secta, quod eleganter docet Delrio *d. sect.* 16. *in fin. ferè.* fatendum quidem quædam esse similia mulierculis illis cum nostris strigibus, sed tamen in præcipuis, maximè quæ sunt fundamentum & decisio *dicti cap. Episcopi.* discrepant, veluti *illæ* credebant aliquid esse numinis & divini-

vinitatis præter unum verum Deum, putabant veris ſe beſtiis vehi, quæ tanta ſpacia tam citò & per aërem conficere poſſent: ille error eſt contra fidem, & hæreticus; hæc ignorantia contra philoſophiã ac rectam rationem; aſt *noſtræ ſtriges* vix ullæ hoc errore vel ignoratione ducuntur.

Atquin ideò damnantur *illæ* hæreſeos & arguuntur erroris quod huiuſmodi aſſerebant quæ & revera hæretica & quæ rerum naturæ repugnabant; non verò in *Canone* illo damnatur credulitas, quod à Dæmone in alium locum corporaliter queant transferri, hoc enim vires Sathanæ non ſuperat, & itaq; non negat *Canon* tale poſſe contingere, ſed tantũ indicare voluit, non eſse credendum ſemper hoc αὐτοπροσοπῶς contingere, ſed aliquando imaginationis vitio tribuendum, nec inde ideò conſequetur, Dianianas *illas* nequiviſse à Dæmone corporaliter transferri, quia à nõ eſse factum, ad non poſse fieri, invalidum eſt argumentum; nec etiam conſequetur, quia ſic illis contigerit,

et-

etiam non aliter strigib. nostris contingere; multò minus consequetur, sic semper & ubique omnibus contingere; sed duntaxat consequetur, decipi muliercu-las hasce quandoque posse.

Pravè itaque ratiocinaberis, si ex *dicto Canone* sic inferre velis: Quia *Dianiana* illæ quoad translationem corporalem delusæ; Ergò & deludi striges nostras; quoniam hoc tantum inde infertur: Ergo hę possunt etiam deludi.

Unde verò iudici constare possit aliquam non esse delusam, iam supra remissivè docuimus. Confer doctè Tannerum *ad p. 1. S. Thomæ. q. 110. art. 3. q. 3. per tot.*

Præter hæc argumenta quædam alia supersunt & quidem ut videntur non leviora: Equidem Sagæ confessionibus suis hanc rē dubiam ac fortè falsam reddunt, dum ipsæ edicunt, quod posteaquam se inunxerint, statim per exiguas fenestrarum vel parietis rimas, **durch das Riemenloch**/ aliaque angustiora loca, scopis insidentes, ad locum destinatum evolent.

Atquin cum ratione naturali pugnat,

ut corpus maius penetret per ſpacium improportionatum, quod etiam per Dæmonem non magis fieri poſſet, quam ut Camelus tranſiret per foramen acus, qu od ab ipſo Salvatore habetur pro impo ſſibili, *Matth.19.verſ.24.*

Deinde aſſerunt quaſdam ex ipſis tali in conventu in formas diverſas animalium, ut catorum, transmutari, ac ex actis facultati transmiſſis recordor, quandam affirmaſſe, **daß etliche als Kräen daher geflogen/** &c.

Atqui eſſentiarum in creaturis mutatio fieri non poteſt, cum eſſentię mutatio divinam & infinitam potentiam requirat, unde ait Scalig. *lib.2. de cauſ. ling. latin.* eſſentiam rerum mutari, qui dixerit, ſcutica caſtigandus eſt. Et ergò ex eiuſmodi confeſſionibus non minus quoq; de realitate horum conventuum dubitare licebit.

Verum poteſt reſponderi quoad illa mentiri illas ſtriges, ac talia deliria eſſe omnia & illuſoria, quippe quæ excedunt Dæmonis poteſtatem. Vide eleg. Delr.

d.l.

d. l 2. q. 17. per tot. sufficit autē rem ipsam, de qua quæritur, verbi gratia *delationem*, ex ipsarum confessionibus notare, nam si hanc verosimiliter referant, parum attinet, etiamsi parerga quædam admisceantur minus verisimilia.

Ideo enim solet Diabolus falsa veris assuere, ut ne veris quidem fides constet, quod probè observandum; credendum itaq; Sagis confitentibus de his quæ Dæmoni possibilia sunt. Confer quæ dixi *in q. præced.* 3.

QUÆSTIO V.

An Sagæ quoad delationem ad nocturnos conventus deludantur Sæpius; *an verò* Rarius? *& quis sit effectus huius ac præcedentis quæstionis.*

OStendi in *quæst. præced.* Sagas seu striges utriusq; sexus, à Dæmone verè & corporaliter transferri ad nocturna illa, quæ omnium ore celebrantur, con-

venticula, in quibus omnis generis nefaria crimina nefandasq; voluptates exerceant; verumtamen *ibidem* dixi, in eo Sagas *quandoque* decipi ac fortè in ſomniis deludi: quocirca iam libet inquirere, nunquid à Dæmone quoad hoc deludantur *ſæpius*, an *rarius*?

Equidem video de hoc articulo Theologorum ſaniorum diſcrepantes eſſe opiniones, qui tamen fermè *omnes* ſicuti *in præced. quæſt.* docui, in hanc ſententiam conveniunt, ſtriges verè & corporaliter ad ſua illa cõventicula à Dæmone transferri: Ita quippe habet communis *Theologorum* ac *ICtorum* inter Catholicos ſententia, de qua teſtantur, Delrius *citato loco in quæſt. præced.* & eleganter Tannerus *ad p.1. S. Thomæ. q.110. art.3. q.3. n.9.* Idem quoq; habet Inquiſitorum fidei à *Summis* Pontificibus conſtitutorum, & omniũ in *Italia, Hiſpania, Germania, Gallia,* Ecclesiaſticorum tribunalium communis ſenſus ac praxis, ut videre eſt, tum ex geſtis & famâ publicâ, tum ex diverſis Bullis Pontificum ad Inquiſitores fidei conſcri-

ſcriptis & relatis apud *Binsfeld. editione ult.*

Idque probatur, non ſolum conſtanti & concordi confeſſione ipſorum utriuſque ſexus veneficorum, ſed etiam aliis variis aliorum experimentis & oculari inſpectione, quibus fides ſine temeritate denegari non poteſt quod *in præced. q.* latius deduximus, ubi & hanc rationem Theologicam dedimus, quod Angeli boni quam mali habent naturalem vim & potentiam corpora localiter movendi, qua proinde etiam Dæmones reipſa facilè utuntur, ſicubi & ipſi hoc ſuis rebus opportunum eſſe norint, & Deus, ut id faciant, permiſerit; quæ & alia in *d. quæſt.* attulimus.

Cæterum quoniam omnes ii ſcriptores Catholici fatentur, *nonnunquam* in eo mulierculas illas præſtigiis ac ſomniis à Diabolo immiſſis deludi, ut exiſtiment, ſe verè transferri, cum revera non transferantur, inde iam inter Catholicos quæſitum ac dubitatum fuit, *an itaq; quoad hoc* Sæpius *deludantur Sagæ, an tantum* Rarius?

Et Tanner. *citato loco* censet cum *Caietano Navar.& Vasquez*, quos allegat *Sæpius* quoad hoc deludi Sagas, quam verè localiter transferri: Econtra Delrius *citato loco in q. præced.* post *Iaquerium, Sprengerum, Binsfeldium*, contrarium sentit, nimirum *rarissimè* Sagas in eo decipi.

Quam & sententiam neq; mihi displicere dixi *in q. præced.* præsertim quod ea admissa tantò fortius ac facilius convincantur *Acatholici*, cæterique qui quoad hanc delationẽ *Semper* deludi Sagas propugnant: addo & hoc, quod si *rarius* hic decipi Sagas adstruamus, tantò certiorem reddimus de veritate confessionis ipsum iudicem: Etenim stante hac sententia sequitur *Sæpissimè* verum esse quod Sagæ confitentur: Et ergo bene infertur, iudicem sequẽdo confessionem illarum *rarissmè* errare, quin imò nec errare, quãdo enim iudici *in individuo* non constat Sagam confitentem delusam esse, tenetur Sagæ confessioni stare, quippe quoniam affirmatur sagas quoad hoc *rarius* decipi, tantò fortius prę sumitur pro confessio-

felsio

fessione, adeoque omni casu judex, quia *secundum allegata & probata* iudicabit, erroris expers erit. *Confer quæ dixi in d. quæst. præced.*

Verum enim verò dies diem docet, & libet subiicere quæ pro sua opinione adfert *Tannerus*, quæq; scrupulum non levem habere videntur.

Movetur. 1. hac ratione: Quia modus hic operandi, & per delusiones phantasticas decipiendi hominem, magis est familiaris & consentaneus Dæmoni, qui mendacii Pater est, & ab imposturis Diabolus dicitur. Patet hoc in aliis eiusdem operibus, quæ erga Sagas exercet ut cum *pecuniis, epulisq; falsis* & præstigiosis sæpissimè sagas decipit & ludificat. Et cum Dæmon ex assensu & approbatione etiam phantasticorum criminum parem propemodum fructum, in animarum perditione, Deiq; offensa positum, habeat, parum ipsius interest, *virtuteve*, ut ita dicam, *an fraude vincat*, animasque irretiat.

Sed posset fortè & ex hac ratione id in-

ferri quod volunt *Acatholici*, Ergo quoad hæc *Semper* Sagas deludi, quod tamen nō dicendum, & certè *probabilius* quis existimarit Dæmonem Sagas ad hoſce conventus *ſæpius & verè* deferre, tum quod in illis *cultum adorationis* ipſi præſtare coguntur, tam autem Dæmon modum ſimilem colendi affectat, quam ipſum cultum divinum, *arg. Math. c.* 4. *ibi: hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus adoraveris me*, ac ideò veriſimilè non eſt, Dæmonem *imaginaria adoratione* contentum eſſe; tum etiā quod id Dæmoni multis de cauſis expediat, ſiquidem hęc frequens pręſentia Sagas mutua imitatione ad maiora facinora inflammat, ut ſolent carbones iuncti, ac quod pręcipuum eſt difficilius convertuntur, quo pluribus teſtibus ſe Demoni addixerunt.

Quod verò in aliis actibus & rebus, veluti cum *pecuniis &c.* Demon eas frequēter decipiat, parem cauſam cum convētibus hisce vix habet, & vide eleg. *Delr. l.* 2. *q.* 12. *per tot. præſertim n.* 6. *&* 10. ubi narrat quod Diabolus quibusdam nummos dederit,

derit, quorum loco postea in arca fimum repererint, *subditq́; rectè*, gaudet enim decipere & ad iracundiam homines irritare, quod non ita in conventibus, de quibus quærimus; sanè si Diabolus posset arbitratu suo, quos vellet ditare, quæ est mortalium ferè cunctorum auri sacra fames, valdè metuendum foret, ne ad dæmonolatriam homines ferè omnes adigeret.

Meritò itaq; ditandi homines potestatem atque arbitrium Deus sibi reservavit, nihilominus posset Diabolus suos ditare si Deus permitteret, & ille vellet, sed nec, nisi rarò id Dæmon vult, quod multis exemplis confirmat *Remigius* testis oculatus *lib. 1. de dæmonolat. c.* 4. & Deus id ex causa iam allegata permittit non nisi rarissime.

Movetur. 2. hac ratione: Delusio eiusmodi phantastica, facillima est diabolo, juxta doctrinam generalem *S. Thomæ* 1. *p. q* 111. *a* 3. *& q.* 16. *de malo a.* 11. presertim circa id genus mulierculas *pathicas* & plerumq; *semifatuas*, si non etiam, ut *Cajetanus*

nus loquitur, *insensatas ac melancholicas vetulas*. Ex contrario realis illa & corporalis translatio non levi etiam opere & labore constat diabolo: non solum quia iumenti quodammodo operam præstare debet tam vilibus propudiis; sed etiam quia in corporibus phantasticis compingendis, varioq; adornando apparatu epularum, Symphoniæ &c. vario opus est labore & industria.

Sed posset fortè vix alicuius ponderis hæc videri ratio, cum Diabolus ad seducendum sit velocissimus, ac ista de causa quamvis molestiam, si quæ hæc est, subeat paratissimus; neque hic tam spectandum quid ei facilius, quam *quid magis expediat*, ut lapsos in atrociora peccata pertrahat; & nescio an non, si cum *Caietano* loquamur, & mulierculas hasce pro *insensatis* ac *melancholicis vetulis* habeamus, *Acatholicis* ac *Wierianis* maiorem causam ad negandum præbeamus; quin præter mulierculas, etiam videmus hodiè *viros* doctos & secundum seculum prudentes idem fateri, eiusq; criminis reos agi; ac for-

fortè hæc corporalis translatio leviore opere & labore constabit Diabolo, quam per somnia eiusmodi delusio phantastica, siquidem, uti cum *Delrio in q. praeced. §. volui quidem ad hoc argumentum. & §. ibid. seq.* dixi, facilius est dæmoni corpora loco movere & transferre, quam tales uniformes imaginationes & phantasmata tam variarum rerum, dormientium sensui interiori immittere & imponere, equidem harum muliercularum phantasiæ eodem tempore non sunt eodem modo dispositæ, &c.

Movetur. 3. Cum sine divina, *inquit*, permissione nihil horum à Diabolo fieri possit, jure creditur, facilius à Deo permitti, ut somniis & imaginationibus deludat sua mancipia, quam externa & reali translatione toties oblectet.

Sed posset fortè videri hanc rationem esse arbitrariam, & cum universim Deus id fieri non prohibeat, utiq; quo casu hoc fieri Deus permiserit, tunc verè & realiter à Dæmone id fieri, magis creditur, & certè Dæmonis mancipia per somnia

ean-

eandem, quam ex illa translatione, capere videntur oblectationem.

Movetur 4. Cum pleræq; ex ſtrigibus ſint matrimonio iunctæ, quæ in eodem cum viris thoro cohabitare ſolent, impoſſibile eſſet moraliter, ſi frequenter totis propemodum noctibus à viris abeſſent, quin earum abſentia à viris notaretur: & tamen cum ſæpè decem, viginti, triginta & amplius annis in eo ſtatu, veneficii viris cohabitarint, nunquam tamen audimus, à viris aut earum præſentiam fuiſſe deſideratam, aut abſentiam nocturno & ſuſpecto illo tempore animadverſam. Dicere autem, quod mariti vel ab ipſis uxoribus Sagis, vel à Dæmone, immiſſo tam profundo ſomno aut ſomnio, vel etiam ſubſtituto uxoris loco, trabe aut phantaſtico corpore, & inter tot conatus nunquam fallente eventu, quaſi pro arbitratu deludantur, videtur incredibile: Tum quia Patribusfamilias quam plures facile ſeu ordinariæ ſeu extra ordinariæ ſolẽt occurrere cauſæ rumpendi ſomnum. Tum quia incredibile

eſt,

eſt, Deum facile & adeò frequenter permittere, ut innocui mariti, præſertim etiam alieno corpore ſubſtituto, non ſine peccati periculo, quaſi pro arbitratu Diaboli deludantur. *Hæc Tannerus.*

Atq; hæc ratio valde probabilis videtur, equidem exiſtimat *Delri. lib. 2. q. 16. in prin.* quemadmodum *Michol* Patris ſatellites decepit, in Davidis locum ſubſtituta ſtatua. *Reg.* 19. ſic etiam poſſe & ſolere Dæmonem aſſumto corpore, & in lecto locato decipere maritum: nam ſtrige ad conventum profecta, ne maritus eam abeſſe deprehendat, ſolet eum cōſopire, vel quid aliud ſupponere, quod earum vicem ſuppleat, ut maritus expergiſcens uxorem eſſe putet; docetur hoc quidē actis judiciariis, apud *Nicol. Remig. lib. 1. dæmonolatr c. 12.* ubi exempla eius rei adfert, quæ, quia fide publica Notariorum, qui iudiciis interfuere, ſunt conteſtata, fidem merentur; veruntamen an huic rationi *Tanneri* hinc ſatisfiat addubito.

Sed fortè poſſet dici, quod ex Sagarum

rum confessionibus constat, non in singulas hebdomades, neque menses, sed semel aut bis in anno, eas ad eiusmodi conventus deferri, & sæpè etiam quæsita occasione, ex mariti vel *absentia* vel *ebrietate*, atq; hinc ab earum maritis istud non tam facilè notari; quin insuper constat, istos conventus celerrimè finiri, ad quos etiam quam ocyssimè Sagæ deferuntur, ut tanto difficilius earum absentia possit observari, & quæ fortè à semel marito surrexisse deprehenditur, alia excusatione necessaria, exiguam istam moram apud facilem maritum purgare potest; Addo hoc, quod & ipso *Tannero d. loc. n.* 13. teste, Sagæ aliquæ, non nisi raro corporales fieri translationes, *præsertim coniugatarum*, asserant, nimirum quo illæ à viris minus notari possint. Cæterum quod *Alciatus* 8. *parerg.* 22. quærit; *cur non potius in conventu Cacodæmonem loco mulieris, quam in lecto cum marito fuisse dicamus*? id quidem vim aliquam haberet, si quoad hoc sola niteremur *præsumtione*, nunc non illa movemur, sed unanimi omnium ætatum & nationum,

num, & utriusq; sexus, etiam Ecclesiasticæ functionis, & ordinis Nobilium reorum *confessione*, contra quam nulla vim habet *præsumtio*: unde nec incredibile videri debet, Diabolum mille artificem uxoris loco aliud substituere posse.

Movetur. 5. Multæ etiam ex his Sagis, tum coniugatæ, tum solutæ puellæ, de nocte, tum ferreis clathris infenestras inductis, tum occlusis foribus cubiculi, totiusque domus, ita quasi obseptæ sunt, ut nec aperire pronum sit Diabolo fores, quin aliquis subinde strepitus audiatur: nec tamen nisi apertis ianuis educere possibile sit.

Sed fortè vel hæc nulla est ratio, vel ad quam ipse *Tannerus citato loc. n.* 14. respondisse videtur, *ubi inquit*: Sanè quidem putandum minimè est, striges à Dæmonibus, è quibuslibet etiam occlusis locis ita transferri, ut muros ipsos, aliavè ulla corpora penetrēt: sed fit ex ea locis occlusis translatio, aut *silenter celeriterq; remotis*, ac mox rursum repositis, ianuarum repagulis, aut per caminum, seu fenestram, tali cor-

corpore saltem pressè capiendo sufficientem: nonnunquam etiam fortè *tabula remota, ac denuò restituta*: quod de muro fieri ita subitò posse; non videtur, *de qua re Vide Delrium. lib. 2. q. 16. & 17.*

Movetur. 6. Ipsæmet Sagarum confessiones rem sæpe dubiam admodum reddunt. Tum quia non consentiunt in denunciatione frequentationis conventiculorum, quæ inter se complices ipsę celebrarint, & adiverint: tum quia per rimas, fenestras, aut foramina tam angusta, sæpè etiam in aliena forma felis, aut muris, aut avis; à Diabolo abductas se fuisse confitentur; ut nulla ratio permittat credere, eiusmodi translationes fuisse veras, & nō phantasticas. Præterquam quod aliquæ frequenter, aliæ non nisi rarò corporales fieri translationes, præsertim coniugatarum, asserunt.

Sed & fortè vel hæc concludens ratio non est, vel certè ex qua universim contrarium & hoc inferri posset, eiusmodi translationes phantasticas esse, & nullo casu pro veris habendas quod esset contra

tra *communem* & ipsius *Tanneri* sententiā.
Confer ad hanc rationem quæ dixi *in q. præced.* §. *præter hæc argumenta*: *& duobus* §§. *seqq* ubi monui, Diabolum & eius mancipia falsa veris assuere, ut ne veris quidem fides constet, &c.

Cæterum quæ *Tannerus* in 7. & ultima ratione subiicit, viros pios & doctos dubios reddi, an revera iis, quæ in hoc genere sibi contigisse asserunt Sagæ, sit fides habenda, an potius delusæ somnia pro factis narrent &c. hæc inquam, quamvis suo modo non inficiar, ideò tamen sæpius hac in re deludi Sagas, quam verè trāsferri, probabiliter non infertur; Et cum sint utiles regulæ, quibus eiusmodi phantasticæ translationes à veris discernantur, ut videre apud *Delrium d. l.* 5. *sect* 16 ad quem etiā *in q. præc.* lectorem remisimus, hinc viri docti & pii de cōfessione ac trāslatione corporali nō difficulter judicare poterunt, quā etsi uno vel altero casu delusoriam & somnium fuisse, fortè deprehenderint, attamen non ideo sæpius, & pluribus in casibus hanc talem esse con-

ſequitur, idq; quamdiu apud viros doctos iuxta ac pios in confeſſo nondum eſt, præſtaret utiq; cõtra Acatholicos ac præſertim *Wierianos* hoſce conventus pro ludibriis habentes ſtatuere, quoad hoc Sagas *rarius* deludi, qui alias contra Catholicorum ſententiam communem tantò gravius urgere & ita concludere poſſunt: Quia Catholici fatentur, *ſæpius & ſæpiſſimè* in eo Sagas decipi, adeò ut viri pii docti & prudentes, *iuxta Tannerum*, de eo dubii & perplexi reddantur; Ergonè dicendum magis, ſagarum hæc ſomnia & deluſiones eſſe, ſiquidem in rebus obſcuris & valdè dubiis mens humana in negantem proclivior ſolet eſſe.

Verum graviorum virorum cenſuræ hæc committo, & effectum *quæſtionis huius ac præcedentis* breviter indico, qui hic eſt; nimirum ex iam dictis abundè eluceſcit, quid nimirum & quantum Magiſtratus ac judices *nominationi* qua veneficæ ſe hanc vel illam perſonam in conventu cõplicem vidiſſe deponunt, tribuere debeant, ac præſertim ſi ea fiat à pluribus debitè

bitè tamen interrogatis, de quo dicam pluribus *in qq. seqq.* per se verò patet, si defendamus, *Sæpius* quoad corporalẽ translationem Sagas deludi adeoq; quæ ipsæ in hoc genere sibi cõtigisse asserunt, pro somniis *sæpißimè* habeamus, quantum inde *Nominationi* decedat, quamq; eius fides labefactetur, hincq; fiat via executionis in hoc crimine difficilior: quippè ita persona nominata, se à somniante & delusa fœmina nominatam esse non iniquè queri ac iudici obiicere potest.

Atquin, *inquiet aliquis*, an non Diabolus, qui transfigurat se in Angelum lucis 2. *Cor.* 11. (hoc est assumit similitudinem & quasi schema Angeli lucidi, & gloriosi: ne putes de ipsa forma essentiali mẽtionem fieri, *Vide Delr. d. lib. 5. sect. 16. vers. qui transfigurat se*) posset in conventu isto *innocentem* ac matronas honestas repræsentare, adeò ut multi testes posteà deponant, eas se illic vidisse, nimirum ut Diabolus miseris mulierculis persvadeat, se etiam honestas personas in sua potestate habere, ut ipsæ eò magis istis suis artibus tribuãt,

prout dicitur *in cap. nec mirum 26. quæst. 5.*

Verum respondeo, vel Deum id nunquam Diabolo permittere, vel si permisit, aliquando quidem innocentes ita infamari, nunquam tamen permisit eos damnari, sed mox eorum innocentiam in lucem protulit, quod docet per exempla *Delrio d. loc. passim*: & de eo qui dubitant, non benè sentiunt de divina providentia, quam putant sinere innoxios à Dæmone non infamari ac repræsentari tantum, sed & tandem supplicio adfici.

Sanè si hoc obtineret, posset etiam Diabolus in aliis criminibus innocentem puta aliquem in latronum cavernis tanquam homicidam, exhibere, quod utique dicendum non est, siquidem nihil accommodatius foret ad criminosos omnes debitis suppliciis eripiendos. Et cum judicis sit in veritatem Nominationis sollicitè inquirere, facilè ex personæ nominatæ *bona Famâ*, vitâ ante *actâ, conversatione*, aliisq; indiciis, an vera an falsa illa sit, judici apparebit. Verum agam de hoc articulo plenius *in qq. seqq.*

QUÆSTIO VI.

De vero intellectu Can. Episcopi. 26. q. 5. *& an ex eo probari possit*, Sæpius *quoad corporalem delationem deludi Sagas?*

ITa existimat *Tannerus ad p.* 1. *S. Thomæ q.* 110. *art.* 3. *q.* 3. *n.* 13. *in fin.* ubi ait, quod sæpius hac in re deludantur Sagæ, quam verè transferantur, hoc etiam probat authoritas citati Canonis, in quo idem etsi non definitur, tamen supponitur. Videamus ergò de sensu & verò intellectu istius *Canonis*; equidem tantò magis, quod eo tanquam telo Achilleo utantur adversarii, & quamvis illi alias Canonum autoritatem valdè extenuent, nihiliq; ferè faciant; attamen quoad hosce conventus eludendos ad hunc Canonem audacissimè provocant: dixi aliquid de illius sensu & explicatione *in q. praced.* 4. sed non satis.

Verba autem Canonis ita habent: *Episcopi eorumq; ministri, omnibus modis ela-*

 bora-

borare studeant, ut pernitiosam, & à Diabolo inventam sortilegam magicam artem, ex parochiis penitus eradicent; & si aliquem virum aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem invenerint, turpiter dehonestatum de parochiis suis eiiciant. Ait enim Apostolus (ad Titum 3.) *Hereticum hominem post primam & secundam correptionem devita: sciens quia subversus est, qui huiuscemodi est. Subversi sunt, & à Diabolo captivi tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quærunt: & ideo tali peste debet mundari sancta Ecclesia.*

Hæc prima pars Canonis est, quæ nec luce, nec confirmatione alia indiget utpote satis clara & certa: Et ex qua Tannerus *d. q.* 3. *n.* 12. colligit crimen veneficii iam olim à Foro imprimis Ecclesiastico fuisse dijudicatum; id quod posteà etiam Ecclesiæ praxis non immeritò observavit.

Sequitur pars altera. *Illud etiam non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres, retrò post Satanam conversæ, Dæmonum illusionibus, & phantasmatibus seductæ credunt & profitentur, se nocturnis horis, cum*

Dia-

Diana Dea Paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum, equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertransire, eiusque iußionibus obedire, velut dominæ: & certis noctibus ad eius servitium evocari. His verbis tota narratio criminis, & sectæ huius graphica descriptio proponitur: Falso sibi persvadebant hæ mulierculæ, quod cũ Diana vel Herodiade equitarent, falsò etiam, quod super bestias equitarẽt, quia veterinaria hæc erant Dæmones, ait Delrio *d. loco*, qui bestiarum formam assumserant: falsò etiam quod crederenr *veras bestias* posse tam exiguo temporis spacio adeò dissitas provincias pertransire. Quid mirum si triplici mendacio tinctã persvasionem Canon reprehenderit, & hanc idololatriam & hæresin, verbis sequentibus damnaverit.

Sed utinam hæ solæ in sua perfidia periissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera, multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deviant, & errore Paga-

no: um involvuntur, cum aliquid divinitatis, aut Numinis, extra unum Deum arbitrantur.

Sequitur Decretum & constitutio, cui simul adiungitur ratio & declaratio. *Quapropter Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas, populo Dei omni instantia prædicare debent, ut noverint, hæc* (quæ HÆC? nempè quod de transvectione super veras bestias, & de comitatu Dianæ & Herodiadis, & de earum dominio ac Numine dicta sunt omni ex parte & undiquaq; mendacia esse) *omninò falsa esse, & non à divino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari.*

Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulierculæ ceperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugaverit, illico transformat se in diversarum species personarum, atq; similitudines, & mentē, quā captivā tenet, in somniis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quæq; deducit, (hoc est fingit se corporaliter eas per invios calles & varias semitas desertaq; loca deducere. Nam si verè per devia dedu-

deduceret, iam sibi ipsi Canon repugnaret,) *& cum solus Spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore evenire opinatur.*

Dicit *Canon, solus spiritus hoc patitur*: Nã non poterant istæ mulierculæ, nisi in somnis, talia perpeti nec possibile erat quod notandum à Diabolo illa re ipsa exhiberi (nempè *Dianam* aut *Herodiadem Numen*, aut *veras bestias tam celeriter se moventes*) quæ simulabat. Necessarium itaque fuit, hoc illis, perpetuò contingere apparenter, atqnin cum possibile Diabolo sit, mulierculas maleficas verè de loco in locum transferre, *uti supra docuimus*; Et ergò quin quoad hoc maleficæ hodiernæ non semper in Spiritu, sed etiam *corporaliter* quandoque patiantur, non potest negari.

Ad confirmationem autem rationis spectant sequentia. *Quis enim non in somniis, & nocturnis visionibus extra se educitur & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hac omnia* (scilicet, quæ nunquã

vigilantes viderant, sed viderant tantum cum dormiebant: Atquin hodiernæ Sagæ quandoq; , & quod ante ostendimus, sæpe vigilantes viderunt, quæ à se facta vel visa fatentur, quomodo enim adversarii probabunt quicquid fatentur hodiè sagæ, hoc ipsis in solo Spiritu accidisse, atq; ita dormientibus?) *quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel Propheta* (cap. 1. 2. &c.) *visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit, & Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum, in spiritu, non in corpore vidit & audivit, sicut ipse didicit, statim inquit* (Apocalyp. 1. v. 10.) *Fui in spiritu, & Paulus* (2. Cor. 12.) *non audet dicere se raptum in corpore.*

His deniq; subiungitur conclusio Canonis, in qua definitio repetitur, & extenditur. *Omnibus itaq; publicè annunciandum est, quod qui talia* (qualia scilicet hæ mulierculæ Dianianæ, de quibus Canon agit, & *quæ his similia*, credebant, quod tamen non ad omnia quæ ipsæ credebant, sed ad quædam referendum est, quæ nimirum credebant, & erant verè hæretica,

ca. Vide eleg. *Delrium d. loco.*) *& his similia credit, fidem perdit, & qui rectam fidem in Domino non habet, hic non est eius, sed in quem credit, id est, Diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est* (Ioan 1. v. 3) *Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis igitur credit posse aliquid fieri, aut aliquam creaturam in melius aut deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso Creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior.* Ita Canon.

Variè autem & à variis auctoribus *Canon* ille explicatur, de quo fusè & doctè videbis *Delrium l. 5. sect. 16 ferè in fine.* ubi quidem ipse, ut cum aliis brevius & undiquaq; ab hoc Canone se expediat, arbitratur quædam illi esse vel à Burchardo vel ab aliis inserta, quæ Concilii Ancyrani non sint, adeoq; putat *Delrio* hunc Canonem ex parte vel nullius vel dubiæ auctoritatis esse, quod ipse rationibus non inelegantibus persvadere conatur *d. loc.*

Verum de hac re sanè gravi & difficili aliter ac contrarium iudicavit *Tannerus*

supra

supra citato loco, qui existimat huic decreto Ecclesiastici Canonis authoritatem derogari non posse, quod his rationibus probare voluit:

I. Quia Canon hic corpori juris Canonici, & iam olim ab antiquo, & novissimè à Gregorio XIII. recognito, & approbato, ita insertus est, ut nullo verbo aut signo, quod in aliis suppositititiis fieri solet, ei Canonis Ecclesiastici authoritas abrogetur.

II. Quia glossæ, aliisque Canonistis & interpretibus ibidem ita receptus est, ut nec unus quod sciam Canonista eum repudiet, quem ita etiam, uti diximus, recipiunt *Burchardus*, *Navarrus*, nec Theologi hactenus eum repudiârũt; Sed defendit recens etiam Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de superstit. cap.* 16. *num.* 26. nec dubitant Vasquez *ad* 1. *p. S. Thom. disput.* 142. *c.* 2. & Valentia *disp.* 4. *q.* 2. *pun.* 2. Durũ est autem in materia propriè Canonica cõcernente, à communi Canonistarum omnium cæterorumq; Doctorum sententia recedere.

III. Idem Canon prima etiam origi-

ne sua maximæ & vetustissimæ auctoritatis esse comprobatur; cum sit vel ipsius Concilii Ancyrani 1. ut *Gratianus* & communiter *Canonistæ*, & *Doctores* in Decreto ibidem notarũt, non quidem unus ex ordinariis eius Concilii Canonibus, sed ex quadam appendice, seu generali Decreto ab eodem Concilio edito, ut referunt Binius *tom.* 1. *Conciliorum* (ubi etiam Concilium illud Ancyranum refertur approbatum à Concilio Nicæno) & Caranza *in summa Conciliorum, sub finem Concilii Ancyrani*, ubi refert, id approbatum à Synodo Trullana *cap.* 2. vel certè sit *Damasi Papæ*, è quodam Concilio Romano, ut sentiunt Baron. *An. Christi* 314. & Binius *loc. citat.* Quandoquidem prorsus similia legũtur in vita *Damasi Papæ*, quæ extat Romæ, in pervetusto de vitis Sanctor. Codice S. Mariæ Major: ubi postquã reliqua relata essent ex Synodo Rom. in qua *Damasus* Macedoniũ & Appollinarẽ damnavit, adiungitur, anathematizatos in ea Synodo esse, maleficiis, superstitionib. & incãtationib. serviẽtes: ac simul, ne quis alio

hoc

hoc trahat, expressa sit mentio earum mulierum, quæ putabant, se nocturno silentio, cum Herodiade, & universa multitudine mulierum, super bestias equitare, & multa terrarum spatia peragere, ut refert recens quædam annotatio Gregorianæ editionis Decreti. Et fieri etiam potest, ut Canon ille à Concilio Ancyrano dudum editus, denuò quasi renovatus, & ad praxin revocatus fuerit Decreto Damasi, & benè *Suarez loc. citat.*

IV. Accedit, quod de mulieribus illis eadem habentur *tom. 3. Augustin. lib. de spiritu & lit. ca.* 28. qui etsi non sit Augustini, sed authoris non paulo recentioris, est tamen liber doctus & pius, ut censet Bellarminus *lib. de scriptoribus Ecclesiasticis in Augustino:* & multo verisimilius est, hunc auctorem ex illo Decreto partem descripsisse, quam contra,

V. Deniq; nullum est firmum argumentum. quo probetur, Canonem illum suppositititium esse, imò nullū ferè aliud, quam quod à materiæ in eo decisæ & assertæ inconvenientia noviter à nonnul-

lis desumptum est, quod argumentationis genus ad convellendam antiquorum scriptorum, & antiquitus receptorum authoritatem, & per se odiosum, & sæpè fallax, & hoc loco importunum infirmũque est; cum sine ullo absurdo illius doctrina rectè explicari & defendi possit.

Hasce rationes *Tannerus* ordine recenset, quas tamen *Delrium* prævidisse ac easdem removisse, cuivis analyticum eius Commentarium *citato loco* legenti fit manifestum, equidem quis negat etsi *Gratiani* decretum à Sede Apostolica receptum sit, ita tamen receptum esse, ut fides dictorum penes auctorem sit, & tanta sit eorum Canonum, quos in medium producit, auctoritas, quanta est fontium unde Canones illi manarunt: nec enim quisquam eorum, qui jus Ecclesiasticum vel à limine salutavit, potest ignorare, multa in Decreto haberi, quæ posteà Decretalib Sexto, Clementinis, & Extravagantib. abrogata fuerunt, nonnulla quoque sunt à *Gratiano* per errorem inserta, quæ cum veritate pugnare deprehendun-

duntur, quæ nihil nunc necesse est recensere: Notarunt ea Viri docti & Catholici, ac præsertim non uno loco *Anton. Augustin. in opere Dialogorum de emendatione Gratiani.*

Quod verò iste Canon *Concilii Ancyrani* sit & non *Damasi Papæ*, communis opinio est, à qua nec *Detrio* se patitur avelli, &, ad Baronii argumenta benè respondet, quod enim eadē apud *August. tom. 3. lib. de spiritu & anima c.* 28. totidem ferè verbis legantur, auget suspicionem *Damasi* non esse hoc decretum de muliercu-lis, sed recentius; nam liber ille non est *Augustini*, sed alterius nec tam docti, nec tam antiqui. Nec *Augustinus* subticuisset *Damasi* esse piæ recordationis sanctionem.

Cæterum quicquid sit, cum sine ullo absurdo *Canonis* huius doctrina rectè explicari, & cum nostra sententia, *de corporali delatione Sagarum ad sua illa conventicula*, benè conciliari possit, proinde adversariorum respectu parum interest, de illius *auctore* & *auctoritate* multis contendere,

dere, cum de vero *ſenſu* & *interpretatione* inter Catholicos iam conſtet; Sufficiet itaq; hic nobis, quod adverſarii nil quicquam argumenti ex eo deſumere poſſint, ad probandum, ſtriges noſtri temporis à Diabolo, ad conventicula illa magica, quantumvis diſſita non transferri.

Id vero, quod de reali translatione ſagarum diximus, cum definitione Canonis citati non repugnare, ita declaratur. Mens enim & intentio Canonis eò minimè ſpectabat, ut definiret, an mulieres illæ reipſa ad nocturna illa conventicula à Diabolo deferrentur; ſed an eo modo deferrentur, quo mulieres illæ deferri ſe iactabant, in ipſius Chriſtianæ fidei perniciem & contumeliam: Nimirum palam affirmando, ſe veluti ad divini cuiuſdam numinis commercium ac ſocietatem adſcitas, non à malo Dæmone raptatas, nec eo comite deductas, ſed Diana Dea olim paganis celebrata ſive Herodiade (ad Divorum itidem feliciratem evecta) evocante ac honorifice ducente, beſtiis quibusdam, ad hoc ſervitium di-

vinitus deſtinatis, inequitantes, multarũ terrarum ſpatia peragrare, noctesq; certas in eius, ſive Dianæ, ſive Herodiadis ſervitio religiosè conſumere.

Id quod enim alii quam plures, inquit Canon, impiè credant, paganorum errore impie involvuntur; aliquid divinitatis, aut Numinis extra unum Deum arbitrãtes: cum tamen hæc prorſus ſint falſa: eaque phantaſmata, nõ à divino, ſed à maligno ſpiritu proficiſcantur: qui in ſomnis variis modis homines, præſertim mulierculas eiuſcemodi, iam antea per infidelitatẽ ſibi devinctas, ſolet deludere. Quo fit, ut cum ſolus ſpiritus eiuſmodi phantaſmatum illuſionem patiatur, mens iam illa infidelitate impiè præoccupata, ea non in animo, ſed in corpore evenire opinetur.

Sed & aliorum etiam hominum nullus eſt, qui non plurimis viſis & phantasmatibus in ſomno quandoq; deludatur; neq; tamen quiſquam tam ſtultus eſt, qui hæc omnia (in ſomniis ſcilicet viſa,) quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiam in corpore acci-

cidere arbitretur. Neq; verò vel ipsorum etiam Prophetarum & Apostolorum, speciatim, *Ezechielis, Ioannis, & Pauli* divinæ visiones & raptus in corpore, sed in mente acciderunt: quanto ergo minus, mulierculas istas, utcunq; divini spiritus familiaritatem jactent, ipso etiam corpore verè à divino quopiam Numine, in alias terras rapi credendum est.

Palam itaq; omnibus denunciandum, eos qui *talia*, & his, *quæ à mulierculis istis impiè iactantur, similia* credunt, fidem perdere, ac in Diaboli potestatem transire. Unus est enim Deus, & Dominus, per quẽ facta sunt omnia. Quisquis ergo credit, aliquid fieri posse, aut creaturam ullam in aliam speciem, sive similitudinem posse transmutari, ab alio quopiam Numine, præterquam ab ipso unico Creatore cæli & terræ, infidelis, & quia à vera fide Apostata, pagano deterior est.

Hactenus *Canonis sententia*, quam ita etiam communiter tradunt Doctores, speciatim Turrecremata *in illum textum art. 3.* Abulensis *in c. 13. Gen q.* 354. Sylvester

v. Hæresis. 3. Suarez *tom.* 1. *de relig. l.* 2. *de superstit. c.* 16. *fin.* & Delrius dicto *lib.* 5. *sect.* 16.

Atq; hanc esse ipsissimam mentem, & quasi paraphrasin *Canonis* illius, quoad posteriorem illam partem, ex ipsis verbis *Canonis* apertè intelliget, quisquis hanc interpretationem cum ipso *Canone* voluerit conferre: Præsertim quando in eo tam aperte *Dianæ*, paganorum Deæ, fit mentio; simulq; dicitur, muliercularum istarum, aliorumq; similium persvasionem, fuisse cum *perfidia & infidelitate coniunctam, & errorem paganorum involuisse, cum aliquid divinitatis aut Numinis extra unum verum Deum arbitrarentur.* Item cū in ipsa definitione *Canonis* asseritur, *talia phantasmata non à divino, sed à maligno spiritu mentibus fidelium irrogari.* Ubi vides definitionem Canonis eo non spectare, ut ea translatio quoad substantiam habeatur phantastica: sed ut à divino aliquo eiusmodi spiritu profecta non credatur. Nec uspiam asseritur, translationem veram à Diabolo nunquam fieri, sed non

fieri

fieri ab aliquo Numine gentilitio uti secum fieri mulierculæ illæ palam gloriabantur. Quæ proinde tametsi quoad ipsam substantiam criminis, ipsorumq; etiam diabolicorum conventiculorum impiam celebrationem, cum nostris strigibus planè convenirent: tamen ea gloriatione & sacrilega iactatione alieni *Numinis* à nostris differebant: tametsi nostræ quoq; striges cum unius veri Dei fidem abiurent, & Dæmonis cultui ac venerationi sese addicant, utique alium quoque Deum, nempe Diabolum ipsum, sibi pro numine constituant: sed quem tamen palam velut Deum profiteri & iactare nõ audent.

Unde quamvis quædam sint similia mulierculis illis cũ nostris strigibus, attamen in præcipuis, maximè quæ sunt fundamenta & bases *dicti Can. Episc.* discrepant; itaq; rectè sentiunt illi, qui istum *Canonem* volunt non pertinere ad eas, de quibus nunc agimus, striges; quæ est planè communis gravissimorum tam *ICtorum*, quam *Theologorum* sententia, quos

citat Delrio. *d. l. 5. ſect. 16. circa finem*. Qua ratione verò ex *dicto Canone* concludi poſſit, Sagas quoad corporalem translationem *ſæpius* deludi, non ſatis exputo; Dicit quidem Tannerus *d. q. 3. n. 17.* Canonem in modo Diabolicæ deceptionis explicando, eam rationem inire, qua ipſa etiam translatio phantaſtica eſſe ſignificetur: potuiſſet enim, *ait Tannerus*, alias *Canon* dicere, transferri quidem illas ſubinde, at non à divino, ſed à maligno ſpiritu, Dianæ aut Herodiadis ſpeciem aſſumente; Verum illud nec definitur, ſed ſolũ ut ratio & modus facilis rem definitã explicandi additur, qui *ut plurimum fortaſſis* etiam in illis mulierculis à Diabolo faſcinatis locum habebat: Hæc *Tannerus*; Equidem argutè, ſed ad mentem verbaq; *Canonis* minus appoſitè, quod vel ex illis patet, quæ ſupra ad verba Canonis: *Cum ſolus ſpiritus hoc patitur*: notavimus, nimirum neceſſarium fuiſſe, quoad ſectam iſtã mulierculaꝛum, de quibus eſt ſermo, hoc illis perpetuò cõtingere apparenter, nec enim poſſibile erat à Diabolo illa re ipſa exhi-

exhiberi, quæ simulabat, nempè sicuti dixi, Dianam aut Herodiadem Numen aut veras bestias tam celeriter se moventes &c. Igitur quod ad hanc translationem attinet, non deciditur quid Diabolus facere possit, sed quid de facto cum istis mulierculis egerit, quæ non poterant, nisi in somnis, talia perpeti, nec nunquam hæc revera illis cõtingere. Sed de hac quæstione plus satis: pergo ad ea, quæ magis ad forum *ICtorum* pertinent.

QUÆSTIO VII.

An unius *Sagæ denunciatio*, *absque indiciis aliis*, *sufficiat ad torquendam personam denunciatam?*

EST hæc de *Nominatione Complicum* gravis ac ferè præcipua difficultas, ex iis, quæ hodie circa processum adversus Sagas, in quæstionem veniunt; & occurrunt hac de re tres quæstiones principales, 1. An unius nominatio per se sit indicium sufficiens ad torturam? 2. an

plurium sufficiat vel ad torquendum, vel 3. etiam ad *cōdemnandum*? De singulis dicam.

Quod attinet quæstionem de *unius* complicis nominatione, de ea sic sentio. Nunquam unius Sagæ seu strigis denunciatio, quantumvis per torturam confirmata, absq; aliis indiciis, sufficit ad torquendam personam denuntiatam, quæ *communis* est sententia, teste *Farinac. q. 43. n. 27. 75. 145. & 155. Claro. lib. 5. §. fin. q. 21. n. 9. Menoch. de arbitr. iud. cas. 474 n. 43. Bertazol. cons. 310. per tot. & cons. 341. n. 25. Delrio. lib. 5. disq. Mag. append. 2. q. 1. concl. 1. M. Ant. Peregr. consil. 2. quod est de Magia & ordine in hoc flagitio procedendi criminaliter. n. 1. & seqq.* plures pro hac sententia allegare haud opus: *Farinacius, Delrio & Peregrinus* citant etiam *Bartolum, Baldum, Bossium, Salicetum, Marsilium, Mascardum, Socinum, Decium, Cravettam, Rolandum, Boerium* & alios. Addit *Delrio* authoritatem Clarissimarum Academiarum *Bononiensis, Patavinæ, Friburgensis, & Ingolstadiensis*, quæ an. 1602. ita consultæ responderunt.

Est verò huius sententiæ hæc ratio, quia

quia etiam in criminibus gravioribus & atrocissimis non est incipiendum à tortura, absq; legitimis indiciis præcedentib. per *L.1.in pr.de quæst.* & *L.milites C.eod. tit. Clarus* § *fin. q.* 64. *n.*9. Mascard. *concl.* 1391. *n.* 4. *de probat.* Farinac. *q.*37.*n.*74. *&* *n.* 86. Legitimum v. indicium non est unica unius complicis nominatio qui est infamis, testis enim infamis jure inhabilis censetur ad probandum, & fulciri debet aliis adminiculis, ut indicium faciat, etiam in criminibus exceptis, ex textu in *L. sicuti. C.d.quæst.* Vide multis Farinac. *d. quæst.*37.*n.*58. *&* *q.*36.*n.*68. *&* 70. Delrium. *d.q.*1.*concl.* 1. Peregrin. *d.consil.*2.*n.*3. *&* 4.

Et ergo reus de seipso confessus adeoque perditus & infamis solus non facit fidem ad effectum torturæ: nihilominus præcitati. *Dd.* volunt quando ad unius nominationem accedunt alia adminicula & indicia, tunc aliud dicendum esse, de quo elegan. Bertazzol. *consil.* 310. *per tot. &* *consil.* 341. *num.* 25. Farinac. *q.*43.*n.*145. *&* 155. ubi concludit nominationẽ rei confessi in istis exceptis

facere indicium ad torturam, si prætereà concurrant alia adminicula & præsumtiones, atq; sic declaranda esse dicta ab eo sub *n.* 43. monet Peregrin. *d consil.* 2. *n.* 4. adde Mascard. *concl.* 1317. *n.* 52. *de probat.* debent tamen *meo iudicio*, hæc adminicula, ad istum effectum non esse vulgaria, sed indicia probata **bewehrte Anzeigung/** sive argumenta evidentia, ut benè monet Mascard. *concl.* 1311. *n.* 14. *juncto. n.* 35. ubi ait, cum uno solo complice timoratus judex semper requirat indicia non levia, sed magna & urgentia, & post eum *Delr. lib.* 5. *sect.* 3. §. *ad torturam*.

Atquin inquies, cum reus de se confessus in criminibus exceptis interrogari possit de sociis, inutilis foret de consortio sociorum hæc interrogatio, si unius indicatio non sufficeret ad torturam absque aliis indiciis; Verum benè respondent *ICti Patavini* apud M. Ant. Peregr. d. cons. 2. quod ipse Anno 1602. nomine Facultatis Patavinæ in causa quarundam maleficarum fœminarum ad *Serenissimi Elect. ac Princ. Maximiliani, Comitis Palatini*

Rheni

Rheni ac Bavariæ Ducis conſcripſit, illud in quæſtione eſſe, nimirum quia jura permittunt reum de ſe confeſſum in iſtis exceptis interrogari poſſe de aliis, an igitur eius nominatio ſufficiat ad torturam absque aliis adminiculis, quod *communiter* & rectè negatur, neq; tamen ideo hanc interrogationem eſſe inutilem conſequitur, etenim fatentur *communiter* omnes teſtantibus *ICtis Patavinis d. loc.* nominationem unius rei confeſſi ſufficere ad *inquirendum* adverſus reum nominatum, & ad tranſmittendum inquiſitionem reo, ut perſonaliter comparere debeat. Clarus. *d.q.*21.*n.*2. Menoch. 1. *præſumt.q.* 88.*n.* 12 *&* 13. & quos allegat Berlich. *part.* 4. *concl. pract.* 4. *n.* 112. quod tamen ſecus eſt in aliis criminibus non *exceptis.* Idem Clarus. *d. q.*21.*n.*6. & quod latius aliis adductis declaravit diligentiſſimus Farinac. *d.q.* 43.*n.* 130. & præterea prodeſt hæc interrogatio *ad capturam* perſonæ nominatæ, ſi haberi poterit, ſecundum *ICtos Patavinos. d. loco.* Delrium. *d. q.* 1. *concl.* 1. qui allegant Salicetum. *in L. abſentem, n.* 9. *C.*

de

de accusat. Boer. *decis.* 319. *n.* 4. Svaderem tamen judici ut diligenter hoc in casu circumstantias personarum nominatarum consideret, ne temerè ex eiusmodi *unius* denũciatione statim vel absentem nominatum citari, vel præsentem capi iubeat, quoniam utrumq; hoc in crimine veneficii cum infamia ac perpetuo probro coniunctum est: quæ causa est ut existimem potius, ob *unius* Sagæ de se confessæ solam denunciationem, personam nominatam, si hæc *bonæ & integræ sit famæ*, adeò ut possit propter mores vitæ anteactæ haberi pro viro probo, & ab hoc crimine alieno, nec citari neq; capi cum infamia debere, præsertim si hæc *unius* Sagæ nominatio facta fuerit *ante pœnitentiam criminis*; quippè præsupposita scilicet *personæ nominatæ bonâ famâ*, & seclusa *pœnitentia rei nominãtis*, facile accidere posset, ut complex criminis, aut denunciati privilegio veniam speret, aut eius odio cupiat illum eodem supplicio perire, ut habetur *in L. fin. C. de accusat.* & *cap. veniens. de testibus.* quamdiu enim in Reo pœnitentiæ signa

signa exteriora nondum apparent hoc præsumi potest, nimirum mentiendo vel à le nocere aliis.

Unde non refragarer, si Reus post confessionem de seipso factam, & *sententiam condemnationis latam*, ad seriam pœnitentiam & dolorem criminum dispositus, sicq; pœnitens in foro exteriore appareat, tuncq; denunciationē à se anteà factam constanter repetat, hoc casu personæ denuntianti plus fidei tribui debere, atq; si nonnulla *levia adminicula* concurrant, quę iudicis animū insuper in formare ac leniter flectere possint, hoc casu ob *unius nominationem*, contra nominatum inquiri, eumque etiam capi posse; præsertim cum & fieri queat & soleat, ut *unius* nominantis & pœnitentis denunciatio in nostro crimine talis esse possit, ut judex aliquibus concurrentibus circumstantiis, meritò sibi persvadeat, nominatum vehementer urgeri, & propter summam dicti verisimilitudinem, eum verè inculpari, quo etiam casu nec refragarer, eiusmodi adminiculis concurrentibus.

tibus, ex *unius* complicis nominatione posse iudicem tutâ conscientiâ nominatum quæstioni admovere, veruntamen ut anteà, ex *Mascardo* & *Delrio* monui, debent ea adminicula esse *gravia* & *urgentia*.

Quod si quis dixerit, nunquam sciri an *pœnitentia* in nominante vera sit an mentita, adeoq; nec judicem hac moveri debere; Respondeo, inde hoc sequi, non debere iudicem propter solas nominationes quantumvis multiplicatas, ullam personam nominatam extremo supplicio afficere; quia ad mortem requiruntur probationes luce promeridiana clariores; quin tamen *consideratis circumstantiis*, & si Rei denunciantes *pœnitentes* sint, propter illas vel ad torturam, vel capturam judex denunciatum condemnare possit, nemo jure dubitabit, siquidem ad capturam *leviores*, ad torquendum *urgentiores*, sed ad condemnandum, *sicuti dixi*, luce meridiana clariores probationes requiruntur. *L. fin. C. de probat. l. sciant. 2. q. 8.* de quo dicam pluribus *in qq. seqq.*

At-

Atquin *inquies*, probatoria per quæ ad Torturam devenitur, non minoris ponderis esse videntur iis, quæ condemnatio sequitur, cum plerumq; per torturam ad condemnationem accedatur: Respondeo, id quidem rectè intelligendo verum esse, attamen inde non benè infertur: Ex solis depositionibus complicum non licet condemnare, Ergò nec torquere; sicuti nec si inferres: Unius complicis nominatio aliquando sufficit ad capturam; Ergò etiam ad torturam: Sanè alias facili via & omni casu torturam negare poteris, & est manifesta diversitatis hæc ratio, nominationes tametsi plurium solas non sufficere *quoad condemnationem*, quia condemnatio debet inniti *iudiciali certitudini*, ast quia *tortura* innititur tantum *verisimilitudini & opinioni*; hinc benè nominationes vel ad inquirendum vel torquendum, consideratis considerandis, sufficere possunt.

Cæterum ut hoc addam, etiamsi suprà allegati *Dd. Salicet. Boer. Clarus & Farinac.* indefinitè doceant, in criminibus excep-

tis

tis *unius* denunciationem sufficere ad capturam, id quamvis in reliquis exceptis simpliciter admitti possit, attamen *ad casum veneficii* non nisi *cum grano salis* est accommodandum, nimirum probè consideratis iis quæ antea diximus, & circumstantiis singulis, ne alioquin judex *bonæ famæ ac integræ vitæ*, hominem probro afficiat, quod ob universale quoddam odiũ quo Sagæ erga genus humanum, tenentur, cupiuntq; omnibus nocere, modis quibus possunt omnibus, facile fieri posset, quod periculum in aliis criminibus exceptis non adeò metuendum, non enim quia v.g. aliquis hæreticus est, aut reus læsæ Majestatis, ideò præsumitur universali quodam odio genus humanum prosequi, unde & his in casibus denunciationi complicum plus fidei jure tribuitur, quam illo.

Dissentiunt ab hac *communi* sententia, non pauci, *Cynus Angel. Butrio. Immola. Abbas. Gandin. Bonifac. de Vitalin. Guido de Susaria. Ambros. de Bononia*, qui refert sic vidisse practicari, *Blancus. Gomezius. & alii,* quos

quos referunt ICti Patavini apud Peregrinum *d.conſ.* 2.*n.*2. Delrius.*d.q.*1.*concl.* 1. Farin. *d.q.* 43. *n* 154. *de indic. & tort.* qui exiſtimant, nominationem *Vnius* ſolius criminoſi facere indicium ad torturam, ob gravitatem & immanitatem criminũ exceptorum, quod nõ tam mirari quam refutare iuuat, eſto enim quod crimina ſint atrociſſima, dicanturq; excepta, attamen non inde ſequitur, in iſtis quoad omnia à *Iure communi* recedendum, vel eo uſq; & quantum unusquiſq; volet rigorem contrà hos criminoſos intendendum, & ſtatim à tortura incipiendum.

Et ſanè mirari ſubit pluribus auctoribus & magni nominis hanc opinionem, juri & rationi adverſam, placere potuiſſe, ſed ſolent, proch dolor, præſertim *Practici*, more pecudum, antecedentium gregem ſequi; Unde aut egregiè fallor aut judex Syndicatui ſubiacebit, qui ex ſola unius nominatione abſq; aliis adminiculis torturam decernit; Equidem non diſſimulo Delrium *d. q.*1.*concl.* 1. *in fin.* contrarium velle & exiſtimare, ſi quis illam

I con-

contrariam *Cyni* & aliorum sequutus esset sententiam, eum Syndicatui non subiacere, *facit enim tot Doctorum, quos secutus est auctoritas, ut dici nequeat ex capite suo vel temere fecisse, aut processisse qui gravium Doctorum & quorundam Iudicum praxin doctrinamq; amplexus fuit, licet minus probabilem vel tutam.* Ita *Delrius*, cujus moderationem ut in aliis criminibus *exceptis* tolerabilem, ita in *crimine veneficii* nullo modo tutam aut ferendam esse, utpote receptę iam tribunalium praxi repugnantem, idque ob peculiarem præsumtionem falsitatis, quæ in hoc crimine infectis intervenit; rectè asseruit Tannerus. *ad S. Thoma 22. q. 67. a. 8.*

Invenio nihilominus Delrium. *lib. 5. in app. 2. q. 16. vers. in exceptis verò & privilegiatis.* affirmare, posse nonnunquam unius infamis ac malefici nominationem esse tam verisimilem, ut sola sufficiat ad torturam, *arbitrio iudicis*, ubi tamen non video, qua ratione *Delrio* in hac re, vel secum ipse, vel cum ea, quam *communem* sententiam, & *juri* ac *rationi* consentaneā

vocat

vocat in *d.q.1. concl. 1. in prin.* & *fine.* ſatis conſentiat.

Ego ſanè Judicem ad id non hortarer, neq; etiam exiſtimo ei abſolutam ſeu amplisſimam in hoc crimine arbitrandi facultatem relinquendam eſſe, *de quo dicam pluribus in ſubſeqq.*

QUÆSTIO VIII.

An plurium *Complicum nominationes ſufficere posſint ad condemnationem?*

Sunt ex *ICtis* nonnulli, qui *pluriū* denunciationes etiam ſufficere ad condemnationem exiſtimant, pro quâ ſententia à Delrio *lib.5.in append.2.q.1. concl.2. verſ. probatur auctoritate tenentium.* & à Farinacio *prax.crim. lib.1. de indic. & tort. tit.5. q.43. n.71.* citantur Antonius Gomezius *tom.3. var. reſolut. tit. de probat. delict. n.*18. Ludovicus Peguerius *deciſ.crim.5.num.*18. itemq; *Caſtrenſis, Decianus & Cravetta*: quibus noviſſimè conſentit etiam Leſſius *lib.2.c.30.n.39.de j.& j.* ubi ait: *in huiuſmo-*

di exceptis criminibus, depositionem socii non solum esse sufficiens indicium ad torturam, sed etiam esse semiplenam probationem: & accedente alio socio, qui idem deponat, esse plenam probationem, & posse reum condemnari, ut docet Cynus *in L. ult. C. de accusat.* & Panormitanus *in c. 1. de confess.*

Quam verius & æquius diligentissimus rerum criminalium scriptor Farinacius *d. q. 43. n. 29. & 75. Nec verum est inquit quod in delictis occultis & difficilis probationis socii criminis, tanquam omni exceptione maiores, si unus sit, sufficiat ad torturam, etiam sine adminiculis; si verò plures, ad condemnandum, quicquid contrarium dixerint Doctores citati: Veritas est quod etiam in occultis, unus testis non facit indicium ad torturam, nisi sit omni exceptione maior, vel nisi adiuvetur aliis adminiculis. Non etiam verum est, quod tales socii criminis, tanquam testes omni exceptione maiores, plenè conuincant.* Quare cum *Farinacio* probamus illorum sententiam, qui asserunt propter solas denunciationes Sagarum sive strigum, quantumvis multiplicatas, nunquam posse ullam personam

sonam denunciatam, quæ ex aliis specialibus indiciis de crimine suspecta non est, nõ confessam damnari aut extremo supplicio affici.

Quæ est contra *Dd.* superius relatos *communior* sententia, quam pręter *Farinacium* in hac ipsa materia defendit etiam Delrio *lib.* 5. *disq. Magic. sect.* 5. *n.* 4. ubi ait. *Quantumvis multiplicentur depositiones personarum infamium & complicum, non est procedendum iudici ex his solis ad condemnationem.* Et Farinacius *d. q.* 43. *num.* 39. eandem vocat *communem* Doctorum opinionem, pro qua speciatim adducit Marsilium, Boerium, Baldum, Clarum *in pract.* §. *fin. q.* 21. Atq; est hæc assertio tam evidens, ut in meridiana luce velle cæcutire videantur, qui hic obloquuntur.

Jam antea *in quæst. præced.* ostendimus *condemnationem* debere inniti *iudiciali certitudini*, unde ad condemnandum *luce meridiana clariores* probationes requiruntur. *L. fin. C. de probat. c. sciant.* 2. *q.* 8. Et ergò rectissimè infertur, ex solis depositionibus & testimoniis complicum nunquam iu-

dici procedendum ad condemnationem, V. Menoch. 1. *praesumpt.* 88 & 89. Jul. Clar. *d. §. fin. q.* 21. ſiquidem denunciationes hæ quantumvis multiplicentur, illam tamẽ *certitudinem* non pariunt, qualis ad condemnationem requiritur; verum enim verò, quia plurium denunciationũ multiplicatione creſcit *probabilitas*, eò quod ſingulæ nonnihil probabilitatis habent, ſicuti *in quæſt. ſeq* dicemus pluribus, hinc *quoad torturam* diverſum iudicari debet, ſiquidem hæc innititur tantum *veriſimilitudini & probabilitati*. Unde & ad illam propter indicia legitima iudex procedere poteſt.

Adſcribam in hanc rem quæ ipſe Delrius habet *d. lib.* 5. *in append.* 2. *q.* 1. *concl.* 2. *verſ. ne quis autem me mihi ipſi obiiciat*. Cum enim ipſe *citato loco lib* 5. *ſect.* 5. *n.* 4. in terminis *condemnationis* oſtendiſſet, nunquã ea, quæ natura ſua ſunt dubia, poſſe rem facere indubitatam (adeoq; nec multa argumenta probabilia, quantumvis conglomerata, parere certitudinem) ſicut nec multa ægra unum ſanum, &c. iſtud

no

ne ei, in terminis *torturæ* aſſerenti, ex plurium nominatione huic locum eſſe, obſtare videatur, eleganter præmemorato loco, *lib.5. in app.2.q.1.* his verbis removet ac explicat.

Ne quis autem, inquit, *me mihi ipſi obiiciat, quod libr. 5. Magicarum diſquiſit. ſect. 5. §. quarto quantumvis:* tenuerim contra multorum praxim, quantumvis multiplicentur depoſitiones infamium & complicum, nunquam judici procedendum ex his ſolis ad condemnationem: ubi utor argumento iſto Maſcardi, & multa produco, quæ cum ſint imperfecta, nequeunt ſimul omnia unum perfectum producere, v.g. multa venialia, unum mortale, multa ægra, unum ſanum, multa non alba, unum albũ, multa tepida unũ calidum, &c. quãdo res non ſunt ſubordinatæ ad unum finem natura ſua, ſicut una depoſitio natura ſua non ſubordinatur alteri, quo igitur pacto nunc aſſero

 duas

duas nominationes invicem firmare, si non subordinatur invicem? Huic obiectioni occurro, reddita diversitate rationis cur aliud obtineat in depositione plurium inhabilium quoad comdemnationem, & in eadem aliud quoad torturam, singulæ in ordine ad condemnationem sunt planè ineptæ ad hunc effectum, nec ad eum subordinãtur, quia condemnatio debet inniti iudiciali certitudini, quam quia tales nunquam possunt gignere, neque ad hoc intelligendæ subordinari. Singulæ vero nostræ nominationes infamium non sunt, prorsus ineptæ ad quæstionem, sed ad hanc singulę tantum sunt infirmæ & secundum quid ineptæ, quia tortura innititur tantum verisimilitudini & opinioni, quam singulæ possunt aliquam, licet qualem qualem gignere, atq; ideò ad hunc finem censetur invicem subordinari, & adminiculari. Et ista *ratio* confirmatur exemplis à me *positis*, in quibus inest privatio rei ad quam producendam, deberent concurrere, ut in tepido est privatio calidi potius quam calor

im-

imbecillus, in non albo albi contradictio, in ægro privatio sanitatis: at veniale peccatum specie distinguitur à mortali. Recte igitur illic aliud tenui de condemnatione, aliud nunc hic respondi de tortura: neque ista secum pugnant.

Hactenus Delrio; cujus verba quoniam eleganter hanc & quæstionem sequentem illustrant subiicere placuit. Equidem etiam tantò libentius, quod inde *Viri cuiusdam celeberrimi*, *amici mei singulariter dilecti*, cuius judicio plurimum alias tribuere soleo, obiectio spontè concidat; admonuit ipse me per literas, ne tantum fidei (scilicet ad *effectum torquendi*; etenim hoc tantum & non aliud hactenus defendi quam ex *plurium* nominatione posse judicem ad torturam procedere) Sagarum confessionibus tribuerem, siquidem *inquit ille*, Exceptio quod Rei confessi & conversi non amplius pro mancipiis maligni Spiritus sint habendi, atque ita illis tutò credi possit, non solum est contra mentem Doctorum à Cothmanno 3. *consil.* 4. *n.* 64. & 65. allegatorum, sed etiam

ipſius judicis impugnat conſcientiam, nam judex debet in criminalibus luce meridiana clariores probationes habere, niſi velit ſauciata conſcientia fluctuando pronunciare; Unde verò certò judici cõſtare poteſt, veram & non potius fucatã eſſe converſionem Sagarum: iſtud quidem ex Canone charitatis ſic ſtatuimus veruntamen exinde alius capitalem ferat ſententiam, me non habebit applauſorem &c.

Neque me, *Vir amice Clariſſime*, quis hactenus in eo applauſorem habuit, nec deinceps habebit. Quod verò defendi ex *plurium* complicum nominatione judicem poſſe perſonam nominatam *torturæ* ſubiicere, inde *de condemnatione* perinde me ſtatuere voluiſſe, nemo præſertim *amicorum meorum*, mihi affricabit; quin magis; quia expreſsè ſcripſi *ad torturam* tantum ex hiſce nominationibus *multiplicatis* judicem procedere poſſe, ſatis apparet, *de condemnatione* id me negare, cæteroquin ſi *de condemnatione* illud publicè docuiſſem, nimirum ad hanc *plurium* nomi-

nominationes ſufficere, tantò magis idē *de tortura* me judicaſſe, optima conſequentia quis collegiſſet, veluti *Gomezius* & quos *in prin. quæſt. huius*, laudavi, quia *plurium* nominationem *ad condemnationē* ſufficere exiſtimarunt, non potuerunt non affirmare, eandem quoque ad *torturam* ſufficere; quin fortius, ut conſtaret gradatio ac de caſu ad caſum collectio inde *unius* nominationem *ad torturam* ſufficientem eſſe ſcripſerunt; nimirum verū eſt illud, quod alibi *Ariſtoteles* ait, uno dato abſurdo, alia porrò conſequi.

Unde nec ſatis exputo quomodo *Vir ille Clariſſimus* ſententiam iſtam à me defenſam impugnare, niſi quod exiſtimo, hoc dicere ac inferre, voluerit; Non ſufficiunt nominationes plurium Sagarum, etiam pœnitentium, *ad condemnationem*, Ergò neq; *ad torturam*; Etenim *de hac* mea fuit quæſtio, quam proindè eiuſmodi illatione negare voluit aut debuit: Sed iam ante *in quæſt. præced.* ad hanc conſequentiam ſatis reſpondi, quo me remitto, & inſuper illam enervant *Delrii* verba præcitata.

Et

Et addo hoc, quod *Doctores* à Cothmanno *citato responso.4.n.64.& 65.*allegati, loquantur in terminis diversis; Fateor certi juris esse, quod criminosus & infamis, etsi confessionem suam Sacerdoti constanter edat, corde appareat contrito, & sacræ cœnę sumptione & perceptione testimonium suum prius repetat & stabiliat, nihil tamen inde suspicionis sinistræ contra homines bonos & honestos excitari & oriri: Fateor insuper & hoc jure nostro receptum esse, criminoso & infami (Cotthman.*d.respon.4.n.*65. addit *venefica*, sed malè, sicut docebunt quæ mox subiiciam) cōtra homines publicè privatimque pro honestis ante habitos, credendum & fidendum non esse, quamvis assertionem & testimoniũ contra tertium, dixerit, idq; verum esse *in ipsa* morte contestetur; Hæc certi & recepti juris esse ultrò fateor, & quis hoc *ignoraret*?

Sed addendum erat id ita certum & receptum esse *in criminibus non exceptis*, de quibus *Doctores* à *Cothmanno* citati expres-

sè lo-

ſè loquuntur: Vide ſi placet, *à Gothmanno* allegatos Gomezium. 3. *c.* 13. *n.* 16. juncto *cap. præcedent.* 12. *n.* 16. 17. *&* 18. Farinaciũ *quæſt. crimi* 46. juncta *quæſt. præcedent.* 43. *n.* 41. & apparebit, illos & omnes *Dd.* alios *in criminibus exceptis* aliud ſtatuere, nimirum reum de ſe confeſſum *in crimine excepto, veluti veneficii*, etiam de complicibus interrogari poſſe, & ſic in teſtem admitti; ſecus *in non exceptis*, in quibus quia non poteſt ſocius de complicib. interrogari, adeoq; nec in illis in teſtem admitti; poteſt, ut proinde his caſib. parũ referat num reus confeſſus *pænitens ſit* ſive minus, cum in teſtem omninò admitti non debeat; non entis nulla ſunt accidentia: ſecus itaq; *in exceptis*, in quibus ſocius criminis poteſt eſſe teſtis, Farinacius. Gomezius. *dd. locis*, & Criminaliſtæ *communiter*.

Atque hoc poſito quęritur, an talis ſocius criminis ſufficienter *in exceptis* probet, tanquam legitimus teſtis *in non exceptis?* Super quo articulo variant *interpp.* Et huius teſtimonio immanc multum tri-

tribuit Gomezius *d.c.12.n.18.* & alii quorũ sententiã retuli ac refutavi *in quæst. præced.* Sanè si talis socius denuncians contritus ac *pœnitens* appareat, multò firmiorem apud judicem merebitur fidem, confer quæ dixi *in quæst. præced.* quia tamen judici certò cõstare nequit, num vera sit hæc pœnitentia an simulata, quippe qualis fortè possit esse ad pœnam mitiorem obtinendum; inde judex nunquam ex *solis* eiusmodi denuntiationibus personã nominatam *condemnabit*; quam tamen si hæ denuntiationes *plurium* sint, maximè in foro exteriore *pœnitentium*, salva conscientia *torqueri* jubere potest.

Et ut hoc addam, *quoad torturam* non requiri existimo ut *iudex* priusquam hãc decernat, de Sagarum denuntiantium pœnitentia ac cõversione sit omninò certus, sufficiet namq; si ei ex confessione sacramẽtali, accedentib. aliis signis exterioribus Sagam ex animo pœnitere *verisimiliter* cõstet; Unde si saga indurata penitus sit, confessionemq; sacramentalem aversetur, ac nulla pœnitentiæ signa appareant,

ant, hoc casu judex ex *plurium* nominatione sine aliis indiciis, nominatum *torturæ* non subiiciat, quicquid etiam novè asserat & defendat Delrio. *d. libr.* 5. *in append.* 2. *qu.* 3. Et valdè adhibito, an ita per *solam torturam* expurgetur infamiæ vitiũ, quo Sagæ laborant, ut illis etiam manifesto impœnitentibus tuto credendum sit, sicuti vult Delrio *d.q.* 3. Sanè vix ego dixerim torturam per se solam valere ad inclinandum maleficæ animum, ut nocentes solum, non etiam innocentes denuntiet, ac ideo nisi postea, de externa quoq; constet pœnitentia, non svaserim judici, ut ob solas denuntiationes Sagarum manifesto *impœnitentium* aliquem *torqueri* faciat, pœnitentia vero cum tortura reddunt judicem securiorem in praxi, fortiusq; simul iuncta operantur ad præsumtionem tollendam, quam Sagæ contra se habent, quod præsumantur mentiendo bonis velle nocere.

Cæterum pro *Gomezio* & aliis *Doctoribus* supra citatis, quædam argumenta possunt adferri, quæ breviter examinabimus.

mus. 1. *Quod in criminibus exceptis*, etiam socii criminis pro idoneis testibus habeantur, ut ex communi tradunt Sylvester *verb. Testis q.* 1. Clarus. *q.* 21. *nu.* 3. Sa. *verb. fœmina. n.* 3 Lessius. *cap.* 30. *num.* 41. aliiq; plures ab ipsis citati, *ex capit. finali. de testibus cogendis, & Glossa ibidem.* Etenim per torturam infamia, qua laborant, quasi expurgatur, Et ergò complicibus proinde *in exceptis*, sicuti testibus legalibus in criminibus *non exceptis* credendum; ac per consequens, ut in hisce duo *ad condemnandum* sufficiunt, ita quoq; in illis: Sed respondetur, esse quidem socios criminũ *in exceptis* idoneos testes ad *probabilitatem* conciliandam, sed non ad pariendam *certitudinem*; adeoq; eorum testimonia, quod iam supra ostendimus, ad torturam aliquando posse operari, nunquã ad condemnandum.

Quare hæc *regula* diligenter tenenda, quam tradunt *Dd. Patavini* apud Peregrinum *d. consil. de Sagis n.* 17. ubi ita inquiũt: *sit hæc deniq; conclusio, quod ubi testes, si essent omni exceptione maiores, facerent fidem* ad esse-

effectum condemnationis; *hi si inhabiles sint: faciant fidem* ad torturam; *Et ubi illi prodessent* ad torturam *tantum*, *isti iuvent* ad inquirendum, *& ad transmittendum reo inquisitionem*, *&* ad capiendum *personaliter reum*. Sic magistraliter *Dd. Patavini*, quod summe notandum; Confer etiam Farinac *in quæst. crim.* 56. *n.* 54.

Unde 2 nihil juvat sententiam *Gomezii*, & qui illum sequuntur, quod in criminibus *non exceptis*, testes omni exceptione maiores, si duo sint, pariant moralem certitudinem; id siquidem de inhabilibus dici nequit. Et quamvis in criminib. *exceptis*, tum quod crimina ea atrocissima, tum quod & occulta sint, per torturam persona complicum quasi ad testimonium legitimetur, id tamen procedit hactenus, ut illis tantum quoad effectum torturæ fides habeatur, secundum Regulam *Dd. Patavinorum* iam traditam; quod secus est in *non exceptis*, quæ & adeò immania, & ita occulta non sunt, unde nec in his socii criminum *mediante tortura* interrogari neq; testificari possunt, quod

notandum; & dicam de eo plenius *in qu. seq. de criminibus exceptis & non exceptis.*

Nec item *tertio* juvat *Gomezium* quod socii criminum solum *jure positivo* repelluntur à testificando. Et ergo solo *jure naturali* considerato, videantur habiles: Etenim licet hoc jure admittantur, attamē non omni exceptione maiores sunt, & reverà ipso naturalis rationis dictamine inepti sunt *ad convincendum*, tametsi suo modo ad probabilitatem conciliandam fidem faciant.

Qua de causa Gomezii sententiam, ex principiis quidem intrinsecis, practicè probabilem existimare non possum: eo maxime, *quod judex sequi debeat securiorem interpretationem* juxta *capit. Ad audientiam,* & *capit. significasti. 2. de homicidio*; quodque *cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius, quam actori,* juxta *regulam* 11. *juris. in* 6. Et esto sit probatio huius criminis admodum laboriosa; progrediatur ergò Judex ex multiplicatis depositionibus, si nihil aliud obstet *ad torturam*: Esto per eā veritatem eruere non potuerit; & sic alia

qui

qui noxii elabentur: præstat decem elabi, quam unum innoxium condemnari: Sin autē forte hoc casu tortus fuit innocens, potest ei solatii aliquid impendi: sed si damnatus & necatus, quod tu mortuo præbeas cataplasma? Ita eleganter Delrio. *d. lib.* 5. *sect.* 5. *n.* 4.

Quod verò ipse ibidē dicit contrarium *communius* teneri & *in praxi* obtinere, de eo valdè addubito: Sanè constat præter *Gomezium* & paucos supra citatos, eam sententiam vix alios defendere, unde verius Farinac. *d. qu.* 43. *n.* 39 hanc nostram vocat *communem Doctorum opinionem*; Nec etiam aliud in foro uspiam, quod sciam, in hoc crimine est usu receptum, idq; si reciperetur, non dubito, quin ea certissima futura esset ad exitium plurimorum innocentum via:

Quare nec undiquaque probatur, quod ex *Binsfeldio*, & aliis notavit Valentia *disp.* 6. *q.* 13. *pun.* 4. § 4. in huiusmodi criminibus atrocibus, natura sua secretis, probationem per conjecturas, & indicia & denuntiationes complicum, etiam sine

ne propria rei confeſſione, ſufficere quidem *ad condemnandum*, ſed pœna mitiori, quam ordinaria. Sed pergo.

QUÆSTIO IX.

An Plurium *Sagarum nominationes ſufficiant ad torturam?*

DUbium tertium hoc eſt, ac quidem principale quod hodiè circa Nominationem in quæſtionem venit, an *pluriũ* nominatio ad effectum *torturæ* ſufficiat? Et eſt hoc de articulo *duplex* Doctorum *ſententia*. Sufficere *plurium* nominationẽ absq; aliis indiciis vel adminiculis, multi NEGANT ut *Blanch. Grammat. Natta Oſaſc. Maſcard. Burſat Bertazʒ.* & alii, quos allegat *Farin. de indic & tort. d. quæſt.* 43. *n.* 34. 35. & 36. quibus adde *Felin. Crauet.* & alios, quos citat *Delrio lib.* 5. *diſquiſi. Mag. quæſt.* 1. *concl.* 2. *in append.* 2. qui generaliter, tam de criminibus *non exceptis*, quam *in exceptis* ſtatuũt, depoſitiones plurium ſociorum criminis non facere indicium ad torturam

ram, cum enim ſocii criminis delictum de ſe confeſſi, *infames* ſint, adeoq; laborent tali defectu, qui non diminuat de eorum fide, ſed *ex toto* reddat eos inhabiles, ideo numerus non ſupplet fidem, nec inhabilitatem, quia quod nihil eſt ſupplementum non recipit, quamvis itaq; ſint plures confitentes de nominato, horum tamen depoſitiones non valebunt tantũ quantum dictum unius teſtis, quin imò nihil probant niſi ad *inquirendum*: ſecundum *Grammat. & Nattam. dd. locis apud Farin.*

Utuntur verò *Dd.* illi argumentis ferè hiſce. 1. præter jã dictam rationem, dicit *Cravetta de antiq. temp. p.* 1. §. *quod libro officialis. n.* 19. abſurdum eſſe, quod plures teſtes omnes inhabiles poſſint ſimul fieri habiles, quia nequit ullus dare alteri quo ipſe caret. Et ergo fruſtrà plures inhabiles teſtes ad torturam ſimul iungi. Verum ad hanc & ſuperiorem rationem reſpondit *Farin. d. quæſt.* 43. *n.* 41. numerum quidem non ſupplere defectum teſtis, ſed illius, qui omnino admitti non debeat, cũ

verò reus de se confessus *in crimine hoc excepto* etiam de complicibus interrogari possit, & sic in testem admittatur, ideo rectè dictum unius socii adminiculatur dicto alterius, secus in casibus in quibus non potest socius de complicibus interrogari. Confer huc quæ *in quæst. præced.* pluribus diximus, & ea quæ Doctores Patavini apud Peregrin. *d. cons.* 2. *n.* 19. ad hoc argumentum eleganter respondent.

2. Semper in dubiis sententia benignior præferenda est. *L.* 56. *de R. I.* maximè in causis pœnalibus. *L.* 155. §. 3 *eod.* Atquin hæc negans sententia benignior & mitior est, siquidem procliviores ad liberandum, quam ad obligandum esse debemus, *L.* 47. *de O. & A.* & præstat nocentē absolvere quam innocentem condemnare *L.* 5. *de pœn.* atq; etiam ita judex in conscientia magis tutus erit, si negativam sequatur.

Sed potest responderi, humaniorem sententiam quidem sequi oportere, si modo negocium id pati possit. *Gotfr. in d. L.* 155. §. 2. ac habeamus occasionem ad negan-

negandum, *d. L.* 47. Quamvis verò hic in *dubio casu* versemur, propter duas sententias contrarias, ob interpretum huic vel illi adstipulantium multitudinem valdè probabiles, sufficit tamen judici verisimiliter constare posse, quid plurium nominationi tribuere debeat, & an ex ea ad torturam procedere liceat, quomodo negari potest nos hic in dubio versari. Deinde licet sit quidem sentententia *negans* mitior respectu *nominati*, attamen respectu *Reipubl.* & *boni publici* affirmativa utilior est, siquidem ita judicia promoventur, ac facilitatur via executionis.

Atquin, inquies, 3. ex tali modo procedendi facilè posse contingere, ut condemnetur aliquis qui verè est innocens, quis namq; crederet, Sagas in nominandis sociis semper veritatem dicere? an nō aliquando instinctu Diaboli, patris mēdacii, aut innocentes, aut spe fortè impunitatis & liberationis personas illustres nominabunt? Itaque omninò obtinet regula, præstare nocentem absolvere, quam innocentem cōdemnare. *d. L.* 5.

Poteſt reſponderi, quod vix unquam teſte experientia innocentes nominati fuerint, aut ſi fuerint, eorum tamen innocentiam, Deo ſic dirigente, fuiſſe patefactam. *Vide Binsfeld. de confeſſ. malefic. membr. 2 concl.* 1. *& ſeqq.* Sanè cum conſtet ſummo labore Sagas adigi ad has nominationes, Dæmone eas prohibente, ne regnum ſuum, ſupplicio affectis ſubditis, diminuatur, ac eiuſmodi exemplis cæteri ab hoc crimine abſterreãtur, hinc tantò certius exiſtimandum, denunciationes illas, eſſe veras, quas ſcimus Dæmone invitiſſimo fuiſſe extortas. Et ideò facilius Sagæ ſolum *defunctas* quaſdam perſonas nominant, ſicuti ex ſagarũ confeſſionibus *Facultati noſtræ* transmiſſis non ſemel obſervavi; ac quod benè notandũ eſt, à judicis arbitrio dependet judicare, quantum denunciationibus infamium contra perſonas *bonæ famæ* ſit credẽdum. *V. Delrio. d. loc. q.* 5. *&* 6. Confer quæ dicam *in quæſt. ſeq.*

Replicant tamen. 4. melius eſſe *dicente Iohan Chryſoſtomo* rationem reddere de nimia

mia misericordia, quam sævitia; Sed & sciant illi judicem Bonis nocere, quisquis pepercerit malis: Et certè crudelis non est, qui ut multos ab unius iniuria defendat, in hoc crimine vindicando severior est; magis crudeles judices illi, qui hic nimis remissi ac desides sunt, quiq; ut uni parcant, tam multos necari permittunt; quos & ideò *impietate pios* rectè vocaveris, cum *Dei & reipub.* causæ commodum privatæ personæ præferant: ac si fortè hoc modo contingat aliquando ut personæ denuntiatæ vis & iniuria fiat, id perinde curandum non est, ac si *secundum allegata & probata*, aliquando condemnetur is qui verè est innocens. *V. eleg. Delrio. d. libr. 5. q. 1. in append. 2. §. quinto hac sententia tutior est.*

Argumentantur. 5. In Constitutione *Carolina*, ad quam velut ad regulam Lesbiam judicia exercere oportet, non refertur inter cætera Magiæ indicia, hæc duorum vel plurium denunciatio *vid.* P. H. O. *art.* 44. Ergò judici hoc indicium, si maximè aliis adminiculis destitutum

 sit,

sit, negligendum est. Sed est hoc argumentum nihili, & merè negativum; neq; *Caroli* mens fuit omnia sufficientia indicia in *d. art.* cōmemorare, cum facta sint infinita, sed quędam ponere, ut is qui Jdictioni praeest, ad similia procedere possit. *L. 12. d. LL.*

Argumentantur 6. Ex solis depositionibus & testimoniis complicum nunquā judici procedendum ad *condemnationem. Jul. Clar. § fin. q. 20. lib. 5. Menoch. 1. praes. 88. & 89. V. eleg. Delrio. d. tr. libr. 5. sect. 5. §. 4. Quantumvis multiplicentur.* Vide quae diximus *in quaest. praeced.* Ergo ex iisdem *solis* nunquam etiam procedendum ad *torturam*: quoniam haec viam sternit ad condemnationem, eaq; fermè necessarium torturae consequens est. Sed non valet haec consequentia, sicuti nec si inferres, unius complicis nominatio sufficit ad capturam. *Salic. in Lege 6. C. de accusation. num. 9. Boër. decis. 319. num. 4.* Ergò etiam ad torturam; Etenim ad capturam *leviores*, ad torquendum *urgentiores*, sed ad cōdemnandum *luce meridiana clariores* probatio-

bationes requiruntur. *L. g. fin. Codic. de probation. c. sciant. 2. quæst* 8. Quod verò depositiones plurium inhabilium *quoad cōdemnationem*, non sufficiant, ratio est, quia condemnatio debet inniti *judiciali certitudini*, ast quia tortura innititur tantum *verisimilitudini & opinioni*, hinc benè nominationes *plurium* ad effectum torquendi sufficere possunt. Confer ea quæ dixi in duabus *qq. præced.*

7. Unica *unius* complicis nominatio legitimum indicium ad torturam non est, *sicuti in quæst. præced. septima* ostendi. Ergo nec etiam *plurium*: ratio Conseq. quia multa imperfecta nequeunt simul producere unum perfectum v. g. multa ægra unum sanum, multa tepida unum calidum &c.

Verum coincidit hoc argumentum cum primo, & potest negari consequentia, nec enim rectè infertur, *Vnius* testimonium non sufficit ad condemnandū; Ergo nec *duorum* possunt sufficere, contra locum *Deut.* 17. *Matth.* 18. Si dixeris, hic quæri non de *habilibus* sed de *testibus*

plu-

pluribus infamibus, adeoq; ad probandum *inhabilibus*, iam poteſt regeri cum *Farinacio*, quod ſupra ad *argum.* 1. ſocios in crimine hoc *excepto* non omnino, ſed tantum *ſecundum quid*, inhabiles eſſe, ideoque in quibus criminibus ſocius de ſociis interrogari poteſt, ibi indicium aliquod præſtare poteſt, cæteroquin fruſtra interrogaretur & ad denuntiandum torturæ cruciatu adigeretur, ſicuti itaq; plus credendum aſſertioni *multorum habilium*, ita quoq; faciunt maiorem veriſimilitudinem denuntiationes *plurium*, tametſi *inhabilium*, ſcilicet in quibus criminibus de ſociis interrogari poſſunt: Unde corruit adducta ratio conſeq. quia *ſingulæ* nominationes complicum non ſunt prorſus, ſed tantum ſecundum quid *imperfecta*, ſeu *infirmæ*, ideoq; ſi earum *plures* collectivè habeantur, poſſunt illæ unum indicium ad torturam ſufficiens producere, *ſecus* eſt in exemplis appoſitis, ſiquidem in quibus ineſt ipſius rei privatio ad quam producendam deberent concurrere, uti in ægro privatio ſanitatis, &c. *Vide pluribus*

*bus & doctè Delr d sect.5. & d.q.*1. cuius verba *in q. praeced.* recitavimus.

Ultimò sic argumentantur: nominationes sociorum *in aliis criminibus* non faciunt indicium ad torturam, *Mascard. vol. 3. concl.* 1311. *de probat. Menoch. 2. de arbitrar. cas.* 474. Ergò nec *in criminibus exceptis.* Ratio Conseq. quia hæc crimina non quoad *procedendi modum*, sed quoad *pœnæ excessum*, quam in illis graviorem judex imponere potest, *excepta* tantum vocantur, adeoq; nec in hisce judici licet, *ordinarium procedendi modum* transgredi, ac per consequens ex hoc indicio nominatum torquere. *V. Boss. tr. de indic. ante tort. n.* 78. *Decian. cons.* 18. *n.* 42. Sed & hæc potest negari conseq. à delictis aliis ad excepta; quod vel ipsum nomen satis arguit, & dicit *Farin. quæst. crim.* 18. *n.* 60. excepta crimina, *Semper* excepta censeri, hoc est, non quoad quædam tantum, sed quoad omnia, nimirum *juris positivi* decreta; ut sic excepta vocentur non tantum respectu *pœnæ gravioris*, sed etiam respectu *processus & ordinis judiciarii*, atque

ideò

ideò judex procedere possit in hoc crimine, quo sibi modo secundum *æquitatem* ac *conscientiam* suam, procedendum putat. *Vide eundem Menoch. d. cas.* 474. *n.* 28. Et hæc sunt, quæ pro sententia *Negativa* adferri possunt

Multi quoq; sunt, qui *Affirmant* plurium nominationem sufficere, ac ideò à pluribus complicibus *debitè* interrogatis nominatum, absq; aliis indiciis torqueri posse, qua in sententia sunt *Farin.d.q.* 43. *n.*37. *&* 41. *Berlich.p.*4. *concl.pract.* 4. *n.* 116. *Boerius, Paponius, Bossius,* quos refert ac sequitur *Clarus in pract.§. fin.q.* 21. *n* 9. *&* 11. ubi ex relatis auctoribus testatur, ob nominationem duorum & trium reorum sic fuisse servatum per senatum *Burdegalensem,* per Curiam *Parisiensem,* in Ducatu *Mediolani* & in regno *Neapolitano*; *Binsfeld: Lanfranc. Bonacos: Roland. à Valle*; aliiq;, quos citat ac probat *Delrio. d. loco. q.* 1. *§. probatur.* 1. *autoritate.* Gomez. 3. *var. resol. c.* 12. *nu.* 18. Ludov. Peguer. *decis. crim.* 5. & alii quos allegat *Farin. d. q.* 43. *n.* 69 70. *&* 71. qui licet malè plurium nominationes etiam

ad

ad *condemnationem* ſufficere exiſtiment, ſicuti *in quæſt. præced.* docuimus, attamen patet illos quoque hanc ſententiam approbare, quam & approbant Doctores Patavini, teſte M. Ant. Peregrino *d. conſil. 1. de Sagis n. 6. & pluribus ſeqq.* ac eandem ſequuntur multi recentiores, ſpeciatim Valentia *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 13. punct. 4.* §. *2. & 3.* Et poſſunt pro ea adduci hæc argumenta:

1. In criminibus *exceptis* conceſſum judici, ut ſecundum *jus naturale* procedat, cum ſint hæc crimina à legibus *juris poſitivi* exempta: Atqui *jus naturale* ſocium criminis à teſtimonio non repellit: infamia quidem illum *jure poſitivo* inhabilem reddit, non autem *jure naturali*, nam Jure naturali vel criminoſiſſimis qui nihil unquam credendum aſſerat, mihi certè ſit incredibilis, *ait Delrio. d. q. 1. lit. m.* Ergò in hoc magiæ crimine conceſſum judici ex teſtimoniis plurium ſociorum jure naturali ſufficientibus, ad torturam procedere.

Quamvis poſſet dici, ex hac ratione

etiam

etiam sequi juxta *Gomez. supra citato loco, unius* socii testimonium adversus socium in criminibus exceptis, indicium ad torturam præstare posse, nimirum solo jure naturali considerato, quo socius criminis testis inhabilis non est: Veruntamen posset regeri, licet socius criminis jure naturali testis habilis videatur, attamen ipsum *non exceptione maiorem* esse, ideoq; solus & unicus adversus socium sufficiens indicium ad torturam non præstabit. *V. Berlich. p. 4. concl. 4. n. 92. & 93.* Quia verò gignit in animo judicis *qualem qualem præsumtionem*, ideo si *plures* idem asserant, augetur præsumptio, ac inde judici potest videri hoc indicium ad torturam sufficiens esse. Confer eleganter Doctores Patavinos apud Peregrinum *d. cons. 2. n. 8.*

2. Si cum nominatione unius socii aliud quoddam indicium concurrat, tunc personæ nominatę rectè possunt torqueri. *V. Tusch. concl. pract. 69. n. 13. lit. V. Berlich. d. p. 4. concl. 4. n. 115.* & Patavinos apud Peregrin. *d. cons. 2. n.* 11. ubi eiusmodi adminicula seu indicia recensent. Atqui si alii

socii

socii criminis contra easdem personas confiteantur, quasi novum quoddam indicium concurrere seu maior præsumptio accedere videtur. Ergò tum reus poterit torqueri: sed fortè posset responderi, etsi plures socii de eadem cõfiteantur, attamen unam tantum esse qualitatem indicii; & ad hoc, ut indicia dicantur plura, requiritur diversitas inter *unum* & *aliud*, non autem, quod sint eiusdem generis, prout sunt plures socii; qui propterea faciunt unum & idem indicium, sicuti ait ex *Blancho Farin. d. q.* 43. *n.* 34. Etsi itaque accedat plurium sociorum nominatio hæc tamen à priore non est diversa, ac proinde nec diversam vim probandi obtinet.

Quamvis ad hoc possit replicari ex iis quæ docet *Menoch. lib.* 1. *de præsumt.* 39. *n.* 3. *&* 4. quod videlicet probatio composita ex duabus speciebus imperfectis, quæ tamen eiusdem sint generis, seu, ex duobus individuis eiusdem speciei, plena & sufficiens sit; quem ideò videbis, adde Delrium citata. q. 1. & Doctores Patavinos

apud Peregrinum. *d. conſ. numer.* 12.

3. Poteſt ita argumentari, verum quidem eſſe, quod *quæ vim nullam ad aliquid obtinent, ea nec plura quicquam efficiunt*, ſicuti nota nullitatis in numeris arithmeticis, quantumvis illam crebrò multiplices, nunquam per ſe efficiet ullum Ens numerabile, *V. Maſcard. vol.* 3. *concl.* 1311. *n.* 18. ſic etſi candelas centum non accenſas, inferas in aulam obſcuram non plus quam nulla vel una conlucebunt; attamē veriſſimum quoq;, *ea quæ vim aliquam obtinent, licet exiguam & imbecillem, quod non poſſunt ſeiunctim. aliis ſimilibus tamen adiunctis ac ita copulativè poſſunt:* ſic etſi una guttæ aqua nequeat, plures tamen excavant lapidem, & duo pluresvè pueri trabem ferre poſſunt, hinc illud *Dd.* brocardicon: *Et quæ non proſunt ſingula, multa iuvāt:* Doctores Patavini *d. conſ.* 2. *n.* 13. Cum itaque ſocii criminis *in exceptis* de complicibus interrogari poſſint, hoc ſiquidem præſupponendum eſt, utiq; ad fidem faciendam *aliquid* obtinēt, licet id *exiguum ac infirmum* ſit: Et ergo quod ſocii *ſoli* neque.

queunt, *aliis similibus adiuncti* interdum non nequeunt. Atque ex hisce doctrina *Menochii d.l.1.de præs.q.39 n.3. & 4* confirmari potest, siquidem quod *imperfectum* est, addito alio potest interdum perfici, non Entis autem nullæ sunt qualitates, nisi quis hic dicere vellet, eiusmodi *Brocardicis* & *Philosophicis exemplis* in criminibus maximè his atrocioribus, in quibus honor, substantia & vita hominis periclitatur, abutendum haud esse, & quidem dicta ac confessiones sociorum fidem aliquam facere, sed hoc tamen debere restringi *ad inquirendum*, argumento eorum quæ tradit *Decian. d. cons.18. n.42.*

Verum ad hoc sciendum est, privatæ personæ causam, causæ Dei & Reipubl. præferendam non esse, & cum *unius* nominatio secundum ea quæ *in quæst. præced. septima* diximus, ad hunc effectum sufficiat, cur non *plurium* in ordine sufficeret *ad torquendum*? Etenim si *Singulis aliquid* credendum est, (quod utiq; fieri debet, cum judex possit ac etiam teneatur in criminibus *exceptis* singulos interrogare)

quare non *Pluribus* plus credendum quã *Vni*? Testi *unico*, licet omni exceptione maiori, *ad condemnandum* non creditur, creditur tamen si alius illi similis testis adiungatur; Cur non similiter *plurium* complicum denuntiationibus plus crederetur, sed tantum *ad torquendum*? Cur non & hic numerus fidem suppleret? Tam enim *testes integræ famæ singuli* sunt inhabiles in ordine ad condemnandum, quam *infames socii Singuli* inhabiles in ordine ad torquendum.

Quod itaq; illi non possunt seiunctim, possunt tamen copulativè; cur isti similiter non possent idem? Et si dixeris, malã esse comparationem testium habilium & bonæ famæ, ac testium infamium & inhabilium, potest responderi, vel hanc comparationem esse tantum *secundum quid*, nimirum quoad probationem utrobiq; in *Singulis* inidoneam, vel testem bonæ famæ certo respectu, nimirum cõdemnationis, esse quoq; inhabilem, sicuti econtrà socius criminis *in exceptis*, testis habilis esse potest. Atq; hęc sunt quæ pro sen-

sentẽtia *Affirmativa* possunt urgeri. Quid dicendum? Sanè hic judici aqua hærere posset; Fortè tamen non aberraverit, qui dixerit, sententiam *negantem* magis habere adiunctam justitiæ exequendæ retardationem, & fermè evidens periculum nocentissimos magos debitæ pœnæ eripiendi, docet siquidem *Experientia*, in hoc arcanissimo scelere veritatem vix alia via posse deprehendi, cum nec commodè probatio sceleris per alios quã per inhabiles & complices facinoris possit haberi; quoniam malefici non solent hoc crimen nisi coram complicibus committere, & solis illis detegunt: Atq; eam fortè ob causam, sententiam *affirmantem* multarum regionum *praxis*, de quibus *Clarus supra citato loco*, amplectitur, ne scilicet contra bonum publicum occultissima delicta maneant impunita; *Bajardus ad Clarum d. loc.*

Observandum tamen, hanc *affirmativam* ita moderandam esse. 1. Ut illæ denuntiationes fuerint factæ in tortura: *V. Farin. d. q. 43. n. 134.* vel metu torturæ, *Vide*

 Bins-

Binsfeld. d. tr. membr. 2. *concl.* 5. & *Delri. d. append.* 2. *quæst.* 11. *per totam* : rationem dedimus *in quæst. præced. octava*, ubi vide. 2. ut denuntiantes nihil iræ vel rancoris habeant vel odii cum denunciato, quod judex debet diligenter attendere, & quærere, nam inimici nominatio nullam fidem faceret. *Delrio d. tr. lib* 5. *sect.* 3. *lit. L. & in append.* 2. *quæst.* 2. *per tot.* Et. 3. Ut ad minimum *tres* correi eandem personam nominent ac denuntient, quod providè admonuit *Delrio d. append.* 2. *q.* 41. quod si tamē magna personarum, denuntiantium & denuntiati, fuerit inæqualitas, v. g. si Princeps denuntietur à suis subditis, vel alius honestiore loco natus ab hominib. vilioribus, nec *tres* quidem suffecerint, atque ita etiam aliquando propter vim bonæ famæ non modo *plures* requirentur, sed etiam *pro ista circumstantia personarum* nominantes falsum magis dixisse præsumentur, quod itidem admonuit *Delrio. d. append.* 2. *q.* 6. Tandem. 4. ut certam *scientiæ* causam addant, veluti, quod persona nominata Magiam illos docuerit, cum

illis

illis venena præparaverit ac miſcuerit, crimen hoc illis ſecreto manifeſtaverit, vel etiam quod ipſam in congregatione nocturna Sagarum viderint, de quo poſtremo tamen non leve oritur dubium, an ita denunciari aliquem aut aliquam à pluribus, ad torturam ſatis ſit? cum adhuc ſub judice lis ſit, an iſti nocturni conventus *reales ac veri* ſint, ſeu potius *imaginarii ac illuſorii*, attamen eos *frequentius* reales ac veros eſſe *in quæſt. præced.* ut putamus, ſufficienter demonſtravimus. Addunt Doctores Patavini apud M. Anton. Peregrinum *d. conſ.* 2. *n.* 18. huic *ſententiæ* quoddam aliud temperamentum; quod Sagæ denuntiantes debeant eſſe *contritæ & pœnitentes*, quam & Doctorum Friburgenſium limitationem eſſe dicit Delrio *d. q.* 1. *in fine*. tameſi ipſe eiuſmodi pœnitentiam ad torquendos denuntiatos non eſſe neceſſariam exiſtimet, *d. libr.* 5. *in append.* 2. *quæſt.* 3. de quo quid ſtatuendum ac ſequendum ſit judici, *in quæſt. præced.* 8. in fine ſatis diximus.

Sub finem & hoc advertendum eſt,

admissis hisce *conditionibus* seu potius *requisitis*, non ideo quæstionis nostræ statum inverti aut mutari, siquidem non sunt hæc *adminicula* propriè dicta seu *indicia* alia, quæ nos exclusimus, sed nudæ *limitationes* ac solum *circumstantiæ* ipsarum nominationum, iuxta quas præsumantur nominantes verum aut falsum dicere.

QUÆSTIO X.

An Judex ob plurium *Sagarum denuntiationes eam personam quæ alioquin antè eiusmodi denunciationes* probæ & integræ famæ *fuit*, *torturæ subiicere possit?*

SCitu dignus hic est articulus, & necessarius: Docui quidem *in quæst. præc.* ob plurium nominationes torturæ locũ esse sed cum hoc *moderamine*, si tamen Sagæ denuntiantes ex personis eorum, contra quos deponunt, falsa non dicere præsuman-

sumantur, quæ est elegans *limitatio*, & à *Doctoribus Patavinis* apud Peregrinum *in d. cons. 2. de Magia & Sagis. num.* 18 tradita: Ubi hæc verba leguntur, quæ adscribam: *Hanc tamen*, scilicet in quæst. proximè præced. *firmatam conclu onem libenter moderamus ad temperamenta textus in cap. in fidei. de hæretic. in 6. ibi: Si ex verisimilibus coniecturis, vel ex qualitate deponentium, vel ex personis eorum, contra quos deponunt, falsa non dicere præsumantur.*

Atque hac limitatione præsupposita, vanus est illorum metus, qui nec in viros probos & constantes cadere potest, qui, quod etiam per literas *Vir amicus Clarissimus*, cuius quoq; *in quæst præced.* 8. memini, admonuit, ab ista conclusione, de qua scilicet *in d. quæst. præced.* 9. vel ideò abstinendum suadent, quod alias facilè *cum uxoribus liberos nostros* in præsens vitæ famæq; periculum coniicere ac propemodum præcipitare videamur: Ubi mẽtem subit quod in simili iocatur Anglicanus Martialis *Audoenus lib. singulari epigrammatum ad Heroinam D. Arbellam Stuartam. epigram. 24. & 25.*

Sacerdos Romanus.

Vis sit adulterium non dignum morte Sacerdos?
Haud mirum; Coniux est tibi nulla: Sapis.

Minister Genevensis.

Vis ut adulterium plectatur morte Minister?
Haud mirum; Coniux est tibi bella: Sapis.

Sed in re seria & tanti momenti jocari non decet; justitia non novit patrem nec matrem, sed cuiq; suum tribuit. Qui in seculo vivunt & in conjugio cum bonis agant; nec pervertentur, piis cohabitent neq; claudicare discent; caveant sibi à consortio pravorum & impiorum, ac fugiant quos vel *de Fide* vel *Fama* leviter suspectos habent, & facilè ab hoc metu, taliq; periculo liberabuntur, semper memores Versiculi noti

Noscitur ex socio qui non cognoscitur ex se,
& hujus,
Omnia si perdas Famam servare memento.

Volui itaq; hanc quæstionem præcedenti subiungere, & *an* ac *quatenus* denuntiationibus infamium sit credendum in criminibus exceptis contra *personas bonæ famæ*, diligentius explicare.

Est

Est alias *in thesi* vera hæc sententia ob nominationes *plurium* posse nominatum torqueri, sine aliis adminiculis; quæ non-nunquam in applicatione & *hypothesi* potest fallere; Et ergo aliquo casu *persona bonæ famæ* ob illas torturæ non poterit subiici, aliquo verò casu tutò poterit, si videlicet judex circumstantiis singulis benè examinatis, merito sibi persvadeat nominatum vehementer urgeri, & propter summam denuntiationum verisimilitudinem, eum verè inculpari: Unde *in quæst. præced.* non semel repetii, providi *judicis* esse, *arbitrari* quantum denuntiationib. infamium contra personas *bonæ famæ* sit credendum; Equidem rectè sentiunt illi qui id pro diversitate circumstantiarum *judicis arbitrio* dijudicandum relinquunt, quæ etiam Delrii *lib.* 5. *in append.* 2. *quæst.* 5. sententia est, cuius doctè & breviter dicta nihil vetat adscribere.

Igitur aliquando, *inquit*, plurium sociorum testimonium non eliditur per bonam famam solam, quantumvis certã, aliquando verò eliditur, & mea quidem sen-

ſententia, à *judicis arbitrio* dependet judicare, quando elidatur, quando non: quia à judicis arbitrio pendet decidere in animo ſuo, quod nam certius in individuo ſit indicium, bonæ famę, an denuntiationis plurium. Quando certius illi videtur indicium bonæ famæ, tum abſtinere tenetur à tortura, juxta Bartholum *in leg.* 1. §. 1. *ff. de quæſt.* Angelum *de maleficio in verſ. Quod fama publica n.* 34. Marſilium *in* §. *diligenter n.* 190. Alexandrum *conſ* 180. *n.* 9. *l.* 2. Grammaticum *voto.* 3. *n.* 23. Ubi etiam ad id adducit *Ioannem Andream*, & *Baldum*, ſic etiam Farinacius *q.* 38. *num.* 110. Sin verò urgentiores & firmiores judicet complicum denuntiationes, procedat ad torturam *ſaltem leniorem*. Dependet ergo res à pondere indiciorum, ut prævaleant graviora: Confer eundem Delrium *lib.* 5. *diſquiſ. ſect.* 3. *v. conditiones autem*; Proſperum Farinacium. *in praxi criminali q.* 47.

Quamvis igitur eam ſententiam *in q. præced.* nempè ſufficere denuntiationes plurium infamium & Sagarum, ad torturam

ram denuntiati, cum *Delrio* & aliis *Doctoribus* ibidem citatis defenderim, quam & JCti ac Professores *Ingolstadienses, Friburgenses*, & *Patavini*, teste Delrio. *d. quæst. 5. versic. ex his iam patet*: M. Ant. Peregrino *d. consil. 2. de Sagis. n. 34. & seqq.* approbarunt, denuò tamẽ hic moneo, illud ipsum *judicis arbitrio* rectius ac tutius relinqui, quantum denuntiationibus illis contra *personas bonæ famæ* credendum sit: Et utiq; id *judicis arbitrio* debet committere, quis quis nominationibus plurium infamium effectum istum ad torturam tribuit, siquidem alias, quia ut plurimum denuntiantur *personæ non diffamatæ*, rarissimè & vix aliquo casu plures nominationes istũ effectum operari possent, quod & innuit Delrio. *d. quæst. 5. vers. ex his iam patet*, ubi hęc habet verba: *co firmatur, quia alias semper ferè elidentur denuntiationes quia ut plurimum denuntiantur personæ non diffamatæ, & in hoc crimine vix aliundè quam ex denuntiationibus oritur initium diffamationis.*

Subiiciam verò hic ex M. Ant. Peregrino *dicto consil. 2. de Sagis*, quid alii hac in

quæ-

quæſtione ſtatuerint: Multi tenuerũt, *inquit Peregrinus. d. loc. n.* 35. conſtantem & nõ vulgarem denuntiati bonam famam elidere indicium proveniens ex nominatione plurium, ut non ſufficiat ad torturam, ne ſit in facultate horum infamium, de ſe convictorum gravare bonum nomen, exiſtimationem, & quod peius eſt, perſonam viri probi, Raph. Cuman. *conſil.* 136. *ad plurium. colum.* 4. Alexand. *conſilio* 89. *num.* 13. *lib.* 3. Marſil. *conſil.* 74. *num.* 25. & in crimine maleficii *conſil.* 109. *num.* 27. Paris. 151. *num.* 13. *lib.* 4. Grammat. *in ſuis conſiliis* 21. *num.* 8. *conſil.* 35. *n.* 37. *conſil.* 57. *n.* 11. *conſ.* 58. *n.* 18. *& conſ.* 66. *n.* 5. & pulchrè *in deciſ.* 28. *n.* 17. *&* 18 ubi poſt *Andr. Iſern. Decian. Felin. & Bertrand.* ab eo allegatos ſic plenè firmat: Socin Iun. *conſil.* 39. *num.* 66. *lib.* 2. Roland. *conſil.* 16. *n.* 24 *&* 73 *num.* 36. *lib.* 1. Menoch *caſu* 474. *num.* 42. Bertazol. *conſ.* 59. *n.* 8. *&* 61. *num.* 16. Onded. *conſil.* 100. *n.* 40. *libr.* 1. qui plures alios adducunt.

Et quamvis plures alii contra ſteterint, à quorum opinione non facile di-

vellitur, licet præcedens sit communiter recepta. Farinac. *quæstion.* 47. *n.* 187. Quia ut experientia docet, nullus est tam pravæ conditionis, qui de facili reperire non possit duos, aut tres testes attestantes de illius bona fama; & præterea excusatio respectu bonæ famę pluribus modis solet dilui. Menoch. *cons.* 101. *n.* 57. verum, ut diximus ante, intelligimus de bona fama constanter & firmè probata, ut dubitari non possit, communi in eo loco hominũ existimatione denuntiatum pro retroactis suis moribus haberi pro bono viro, alieno à crimine imputato. Nam ex eo, quod cuius existimationis quisq; in civitate sua sit, plurimum adiumenti affertur ad illuminandam veritatem, uti præcise inquit. *text. in l. de minore, §. plurimum: ff. de quæst.* Confer eleganter Delrium *d. lib.* 5. *in append.* 2. *q* 5. *in prin.*

Alii tamen senserunt generalem bonam famam nominati, non tollere indicia particularia. Alexand *cons.* 77. *n.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 62. *n.* 5. *lib.* 3. Vide Delrium *d. qu.* 5. Quare in criminibus maleficis, quæ gra-

gravissi ma sunt, Binsfeld. *lib. 2. conclus. 6. Dub. 3. Illation.* 6. & Delrius *lib. 5. sect. 3. vers. Admittuntur & vers. fama bona*, senserunt indicium hoc particulare denuntiationum plurium excludere præsumptionẽ generalem suborientem à bona fama, ac ideo nominatum torquendum esse, *leviter tamen.*

Nos advertendum putamus, quod etsi in criminibus exceptis admittantur, & recipiantur testes criminosi & infames, item etiam audiantur rei de se ipsis confessi & convicti, non tamen nec isti, nec illi sunt integræ fidei. Alexand. *Consil. 11. sub numero secundo lib.* 1. Gigas *de crimin. læs. Maj. in tit. Quomodo & per quos q. 3. n. 3.* Ægid. Boss. *in tit. de indic. n.* 177. Farin. *q. 43. n. 4. & q. 56. n. 71. & n. 155.*

Præterea advertimus, quod ubi extant aliqua indicia, quorum causa procedi possit ad torturam, si tamen in contrariũ alia urgeant, eliduntur, ut ad torturam deveniri non possit. Bart. *in leg. 1. §. 1 ff. de quæst.* Angel. *de Malefic. in ver. Quod fama publica. n.* 34. Marsil. *in. §. diligenter. nu.* 190.

Alexan.

Alexan.*conſil.* 189 *num.* 9.*lib.* 2 Grammat. *voto* 3. *n.* 20. ubi etiam in id adducunt. *Ioan.Andr.* & *Bald.* pleniſſimè *Farinac. q.* 38. *num.* 110.

Quare ſi efficaciter fundatam & probatam ultrà bonam famam concurrerēt *aliqua adminicula* ad exculpandum reum denunciatum, vel etiam rei denuntiantes paterentur *alios defectus* inhabilitantes eorum perſonas, aut debilitantes eorum dicta, vel quia eſſent infames, ac rei pro aliis atrocibus criminibus, ita ut apparerent perſonæ ſceleratæ, & vitæ infamatæ, vel quia eſſent viles, in his ſane caſibus concurrente bona fama rei denuntiati benè conſtabilita, fortè melius eſt dicere, ut à tortura denuntiatus eripiatur. Nam in omni materia duplicitas in jure multum conſideratur, ad augendum & ad detrahendum: *Duo vincula ſanguinis: Duæ fictiones: Duæ improprietates: Duæ prohibitiones: Duo indicia: Duo actus geminati: Duæ confeſſiones, & eiuſmodi plura.* Et in exceptis ad evadendum torturam ex nominatione reorum convictorum, & vitæ infa-

matæ sic tradiderunt Grammatic. *conf. 11 Fori iudicat: nu.* 61. *& conf.* 15. *nu.* 27. & latius *conf.* 70. *n.* 8. Gig. *loco præall. qu.* 7. *n.* 7. Natta *conf.* 298. *n.* 6 Roland. *libr.* 1. *conf.* 16. *n.* 20. *&* 73. *n.* 24. Menoch. *dict. casu.* 474. *nu.* 54. Mascard. *conf.* 1317. *n.* 41. Vinc. Onded. *dicto consilio* 100. *n.* 17. *&* 18 Farin *q.* 43 *n.* 179. ubi plures alios concordantes adducunt. Quare obstantibus ipsis denuntiatorib. duabus, vel pluribus exceptionibus, torturæ indicium ex eorum denominatione suboriens potest dici elisum, ut insufficiens reddatur ad torquendum. Hæc JCti Patavini.

Ita quidem *interpp.* circa hunc articulum variarunt sententiis, attamen ego malim *judicis arbitrio* hic locum relinquere, quæ etiam, sicuti dixi, *Delrii* sententia est, & ab ipso eleganter comprobata, *in d. q.* 5. Et quamvis in processu adversus Sagas plurimi non expedire dicant, tam multa *Iudicis arbitrio* relinqui, quibus sicuti me non oppono, ita planè existimo quoad hunc tamen articulum maximè propter probationem *famæ bonæ*, & huius

cir-

circumstantias ac qualitates diversas, necessariò aliquid judicis arbitrationi dari oportere, nimirum ut ipse dijudicet, quãdo elidatur plurium sociorum nominatio *per bonam famam* denuntiati, & quando non?

Cæterum, errant procul dubio illi, qui hinc simpliciter inferre volunt non ideo ob plurium Sagarum, velut complicum denuntiationes, sine aliis adminiculis, contra personam alioqui probæ ac integræ famæ procedendum esse ad torturã; Etenim hoc inde non sequitur: Judex quidem arbitrabitur quantum denuntiationibus infamium contra personas bonæ famæ sit credendum. Sed hoc posito, nihilominus *in thesi* verissimum manere potest, ob plurium denuntiationes posse nominatum sine aliis indiciis torqueri, ut tamen id semper ab arbitrio judicis dependeat iudicare an *hoc vel illo casu* plurium denuntiationes contra bonæ famæ personæ *hanc vel illam* possint admitti & valere ad torturam. Atquin, inquit, Tannerus *ad 2. 2. Sanct. Thomæ.*

quæst. 67. *a.* 8. ipſemet *Delrius citata quæſt.* 5; non audet univerſim abſolutè affirmare, indicium plurium complicum infamiũ prævalere adverſus bonam famam perſonæ denuntiatæ; Sed judicis arbitrio permittit judicare quando eiuſmodi teſtimonium elidatur, quando non, ita quidem, ut ſi certius ei videatur indicium bonæ famæ, quam denuntiatio plurium, tum judex teneatur abſtinere à tortura, ut ſuperius verba *Delrii* retulimus: at verò in hoc crimine, quidquid ſit de cæteris exceptis criminibus, moraliter loquendo, & ſecundum prudens judicium, *nunquam* non certius merito haberi poteſt indicium bonæ famæ, quam denuntiationis complicum, cum hoc omnibus prudenter ſpectatis, ſit incertiſſimum, *ita Tannerus loquitur*; illud verò, firmam & conſtantem innocẽtiæ præſumptionem afferat: Ergo bonæ famæ indicio potius ſtandum, quam lubricis & periculoſis eiuſmodi denuntiationibus, ſi *ſolæ* ſint: Quæ eſt *Tanneri* illatio.

Verum poteſt replicari, cum varient cir-

circumstantiæ ac facta sint infinita, certo ac pro regula definiri nequit, semper, quod vult *Tannerus* bonæ famæ indicio standum esse, sed id arbitrationi judicis tutius committitur: & concluderet ratio *Tanneri*, si quoad omnes denũtiatos *Fama bona* foret eadem ac peræquè constans & certa, quod quia non nisi in *Republica Platonica*, vel *Thomæ Mori Vtopiâ* esse potest, meritò relinquitur locus judicis arbitrio, & quamvis quilibet præsumatur bonus, attamen hæc præsumtio *generalis* est, cui in animo judicis *specialis* præsumtio ex plurium denuntiatione nascens, derogare potest. Vid. Binsfeld. *concl. 6. dub. 3. illat. 6. lib. 2.* Et certè neq; omnes *denuntiati* sua *bona facta* peræquè constanter & plenè probare possunt, neque omnes etiam *denuntiationes* peræquè probabiles sunt ac parem fidem merentur, sed hæ respectu personarum denuntiantium & aliarum circumstantiarum plus, & minus judicem movere possunt, cuius itaq; arbitratui hoc necessariò relinquendum, quantam fidem mereantur. Quid enim

ſi ad bonam famam nō accedant alia indicia ad exculpandum reum denuntiatum, atq; ita denuntiationibus nihil obſtet præterquam bona denuntiati Fama? quid ſi reis denuntiantibus plures defectus, de quibus anteà ex *Peregrino* retuli, non poſſint obiici, qui eorum perſonas vel dicta debilitent? Sanè judex omninò arbitrabitur, cui ſtandum potius, vel ſi dixeris, etiam hoc & omni caſu ſtandum bonæ famæ indicio quam eiuſmodi denuntiationibus, ſic quidem contradicis *Dd.* omnibus quos ante *ex Peregrino* retulimus, Confer Delrium *in d. append.* 2 *q.* 5. *verſic. alii cenſent*: & inſuper denuntiationibus omnem fidem abnegabis, aut fruſtra interrogabũtur de ſociis complices, quippe quorum denuntiatio ac teſtimonium fidem nō mereatur, atq; ita nō amplius etiam hoc crimen veneficii *inter excepta*, vel certè tantum nominetenus referendum fuerit; quod ſi verò conceſſeris nominationem aliquid probare, veluti ad inquirendum vel capturam, concedendum quoq; erit, eandem, ſi plurium

hæc

hæc fuerit aliquando ad torturam probare posse. Vide quæ dixi *in quæst. præced.* 9. *versic. verum ad hoc sciendum est*: quod quoniam certa regula definiri nequit, judicis arbitrationi ideò erat relinquendum, *per L.* 1. *ff. de jure deliber.*

Atquin multis probat *Tannerus d. loco.* indicium denuntiationis complicum, omnibus prudenter spectatis, esse *incertissimum, lubricum* ac *periculosum*, quod adeò judex in comparatione *cum bona fama*, nunquam attendere debeat, cuius præcipuas rationes nihil vetat adscribere; præsertim quod indè plurimum lucis inferri possit iis, quæ *in quæst. præced.* 9. diximus.

Probat verò illud. 1. Nam aut denuntiantes *inquit* verè, uti de se profitentur, sunt striges & maleficæ, aut non sunt: si non sunt, tunc & de se ipsis mentiuntur, & de aliis complicibus nihil sciunt; præsertim quia hoc crimen occultum est, & solis complicibus notum esse solet: si autem sunt, ut supponitur, tum & re ipsa & secundum justam præsumptionem, ex ipsa vi ac natura criminis, tales personæ

ſunt, quæ cum omnibus, tum præcipuè innocentibus, quovis modo nocere, adeoq; vel maximè falſa etiam denuntiatione, ſupplicium parere cupiunt: *Sicut enim, fidelis teſtis non mentitur: ita profert mendacium doloſus teſtis, Proverb.* 14. *ver.* 5. Quomodo ergo, *quærit Tannerus*, earum denuntiatio tanti momenti eſſe poſſit, ut valeat ad capiendos, & graviſſimis torturis afficiendos eos, qui ante hac ſemper bonæ ac integræ famæ extiterunt?

2. Hinc ſtante contraria ſententia *ait Tannerus*, gravi & morali periculo exponuntur perſonæ innocentes, ne tum ad torturam adeò gravem & infamem; tum, quod ob magnitudinem torturæ ferè cōſequens eſſe ſolet, ad ipſum deniq; ultimum & graviſſimum mortis ſupplicium pertrahantur, non parvo damno ipſius Reipublicæ. Eſt enim hac ratione in poteſtate ſagarum, quoslibet innocentes denuntiare, eosq; ita ad communionem eiuſdem pœnæ pertrahere: & cum ex altera parte voluntas hæc faciendi iis non deſit, aut certè non deeſſe merito præſumatur,

ſumatur, quam facilè eſt, ut per tales pro-ceſſus in præſentiſſimum periculum etiam innocentes coniiciantur. Uno verbo, ſecundum hunc procedēdi modum, ſagæ & poſſunt facilè nocere, quia poſſunt mentiri & innocentes nominare: idq; in foro externo innoxiè, quia mendacia hæc occulta ſunt; & volunt nocere, quia ſagæ & Diaboli mancipia & inſtrumenta ſunt. Quid ergo ſupereſt, niſi manifeſtiſſimum innocentum periculũ? *Ita Tannerus.*

Pergit & addit ipſe. 3. hanc rationem: Certum eſt, ſagas non rarò in ſomniis à Dæmone deludi, dum ſe putant ad hunc vel illum locum transferri, & cum his vel illis perſonis verſari, imò valdè credibile eſt, eiuſmodi translationes ſæpius tantũ eſſe phantaſticas, non veras & reales (*de quo vide quæ diximus in qu. præced.* 4. & 5.) Cum ergo tam pronum & frequens ſit illuſionis periculum, adeò ut nec illæ ipſæ, quæ talia patiantur, partim ob ſimplicitatem, partim ob phantaſiæ & imaginationis firmitatem, partim ob

Dæmonis vafriciem, satis aliquando inter veras & falsas eiusmodi translationes & negotiationes distinguere possint; quo modo eiusmodi denuntiationes per se solæ haberi possint pro claris probationibus, quales ad torturam requiruntur: *juxta Clarum lib.* 5. §. *fin. q.* 20. *Menoch.* 1. *præsumt.q.*88. *&* 89. *& de arbitr. jud. quæst. casu.*90.*n.*9 *& casu* 270.*n.*3.

Addit 4. Constat exemplis quibusdam *inquit Tannerus* in conventiculis Sagarum nonnunquam à Dæmone repræsentari eas personas, quę revera tunc pręsentes non sunt; nec potest certò constare, id Deo extra ordinem permittente, non aliquando etiam circa personas innocentes accidere posse; quando id re ipsa accidisse, plures fide dignæ relationes habent; & in vita *B. Bethæ Reuttensis*, quæ quotidianis hodiè maximisq; miraculis claret, legitur, Dæmonem cum eius incredibili abstinentiæ detractum ire vellet, eius persona indutum omnis generis cibos furtim subduxisse, quasi ficta tantum & simulata nõ vera esset ea à virgine

repræ-

repræsentata abstinentia: Ubi etiam advertendum est, ad hoc, ut Diabolus aliquam personam repræsentet, non opus esse speciali & miraculoso Dei concursu, sed id Diabolũ facere posse per se ipsum ac naturali virtute, nisi speciatim à Deo inhibeatur: Quare etiam *ait Tannerus* ex aliis historiis constat, Diabolum subinde ad decipiendos simplices, etiam Sanctorum, imò ipsius Christi, aut B. Virginis personas repræsentasse; & aliis modis nonnunquam pios justosq; viros Dæmonibus cruciandos fuisse permissos tradit *Chrysostomus de provid. Dei.* Ergo etiam ex hac parte, non satis firmæ & certæ, sed potius dubiæ & suspectæ sunt eiusmodi denuntiationes.

Pergit Tannerus & addit. 5. hanc rationem: Experientia judicum *inquit*, & ipsarum strigum confessione cõstat, hoc crimen solis per se criminalibus eiusmodi processibus, quantumvis rigidis, non extingui: Imò vix diminui: etsi quidem nihilominus processus illi prorsus necessarii sint, tum ad justitiæ exemplum: tum

ob

ob ſcandalum tollendum. Ergo cum ex una parte tantæ utilitatis non ſint; ex altera parte, ſi tantum ſolis denuntiationibus deferatur, facilè poſſit periculum creari innocentib. ita hi proceſſus moderandi jure videntur, ut ſaltem morale periculum innocentum abſit, quod fiet, ſi ſolis per ſe denuntiationibus Sagarum non admodum fidatur, ſaltem adverſus perſonas bonæ & integræ famæ, nulloq; alio indicio de ſcelere notatas.

Quod & ipſe tandē 6. hac quoq; ratione confirmat, denuntiationes *inquit* eiuſmodi per ſe ſolæ non ſufficiunt ad condemnationem, quod certum: Ergo in hoc proceſſu, nec ad torturam: *conſequentia probatur*: quia moraliter quaſi certum eſt, ob acerbitatem & frequentiam torturæ, quæ in hoc crimine adhiberi ſolet, reos ui torturæ adactum iri ad confeſſionem; adeò ut à Viro non ſolum cordato, ſed etiam docto, pio ac prudente, qui in his negotiis multo tempore verſatus erat, ipſe (de ſe ait *Tannerus*) audiverim, ſe tantum ſibi roboris polliceri non poſſe,

ut

sit pro tuenda innocentia eiusmodi torturas sustineat: & frequens denuntiatarum sermo auditur, malle se mori, quam eiusmodi torturas perferre, præsertim non tantum corpori acerbas, sed nonnunquam etiam pudori ac honestati naturali parum consonas.

Atque hæ sunt ex rationibus *Tanneri* præcipuæ, quibus utitur *citato loco*, & quibus nominationibus complicum prorsus nihil contra personas bonæ famæ credēdum esse, voluit ostendere, atq; ita sentētiam *Delrii aliorumq;*, quam & ego *in quæst. præced.* 9. secutus fui, funditus evertere: Palmarium est, quod *Tannerus* urget, & vel unicum sufficere inquit, quod striges seu sagæ universali odio erga totum quasi humanum genus, suosq; adeo etiam (*verba Tanneri sunt*) vel proximos consanguineos, puta parentes, filios, fratres, sorores &c. laborant, quibus ideò ob præsumtū illud odium, quod adversus quoslibet animo fixum gerere censentur, & à quo etiam apud Germanos nomen Unholden accepisse videntur, contra personam

alio.

alioquin bonæ famæ credendum nihil sit, addit & hoc, quod eiusmodi denuntiationes non solum ex odio & malitia denuntiantium, sed etiam ex illusionibus Diaboli falsæ præsumantur, quippe quod Sagæ non rarò à Dæmone in somniis deludantur, dum se putant conventibus nocturnis interfuisse, hancq; vel illam personam vidisse; ut nec ideò illatum testimoniis fides haberi possit: Deniq; & illud considerat, quod tortura sit res fragilis & periculosa, quam etiam ob acerbitatem mors ferè consequatur; Hæc præcipua sunt quæ adfert *Tannerus*: Sanè non diffiteor hæc singula, præsertim prius illud de odio Sagarum & voluntate nocendi, eiusmodi esse, quæ meritò in considerationem venire debeant, attamen iccircò omnem fidem nominationibus simpliciter abnegare velle, fortè dici posset in eo plus concludi quam præmissum fuerit.

De eo *Interpp.* conveniunt, si alia adminicula ad denuntiationes, præsertim plurium accedant, denuntiatum tametsi

bo-

bonæ famæ sit, sicuti, quod valdè notandum, pleriq; denuntiati solent esse, eo causu indubiè ad capturam & secundum veriorem etiam ad torturam posse judicem progredi. *Vide quæst. præced. 9. ver. 2. Si cum nominatione unius socii:* Et ergò consequitur, denuntiationes aliquando & quidem aliquale facere indicium, frustrà siquidem ad effectũ vel capturę vel torturæ concurrerent, si nihil prorsus adminicularentur, nihilq; fidei mererentur; Et meo judicio rectè *Delr.* qui jure naturali vel criminosissimis nihil unquã credẽdũ asserit, mihi certè sit incredibilis, *ait lib. 5. in append. 2. q. 1. lit. m.* Confer eleganter quæ habet M. Anton. Peregrin. *d. cons. 2. n.* 8. ibi: *& licet singuli criminosi non faciant fidem ad torturam, faciunt tamen qualem qualem præsumtionem, quæ sufficit ad inquirendum: Numerus ergo augebit illam qualem fidem, ut sufficiat ad torturam, nempè in testib. numerus supplere solet, quod deficit in fide L. 3. §. 2. ibi, aliàs numerus testium. de testibus &c.* Ita JCti Patavini.

Quo præmisso fortè possent contra

rationes *Tanneri* hæc replicari, vel quod illę partim nimis generaliter & in effectu hoc concludant, non debere judicem ad nominationem complicum, ullo modo & casu attendere, etiam quoad inquirendũ & capiendum; quod tamen est contra ipsum *Tannerum d. loco. in fine.* ubi etiam unius denuntiationem, consideratis circumstantiis personarum, prodesse aliquando ad inquirendum, admittit; vel quod partim ex illis hoc tantum inferri possit, non debere judicem aut ob unius nominationem *ad torturam* aut ob pluriũ nominationes *ad condemnandum* procedere, & sic in excessu propter nimiam credulitatem peccare; de quo dictum *in qq. duabus præcedent.* vel etiam quod verior hæc sit sententia; conventus Sagarum nocturnos ut plurimum ac frequenter esse reales, de quo multis dixi *in qq. præced. 4. & 5.* vel deniq; quod alias ob eundem mortis metum, de quo in ratione *Tanneri* 2. & 6. à tortura in aliis etiam criminibus abstinendum foret, & quamvis quoad illa non ita subsit periculum falsę denun-

tia-

tiationis *de aliis*, attamen subest propter torturæ magnitudinem, *sic Tannerus loquitur*, periculum falsæ *de se* confessionis.

Et utitur quoq; hoc argumento *Godelman.* in quodam consilio quod refert ac sequitur leviter Dedekennus *vol. 2. thesauri decisionum & consil. tit.* von Zauberey/ *n.* 12. ibi: Es ist auch ohne das gefährlich vnd mißlich vmb die Tortur/ sintemahl etliche von Natur so hart/ das sie alles leiden vnd negiren, etliche so schwach/ daß sie sagen/ was nie geschehen sey.

D. Luther vnd Georg Lauterbeck schreiben eine Histori/ die zu N. (ubi?) geschehen/ von einem Kauffman/ der auß gewesen/ der Hencker schleichet in den Keller/ ermordet Magt/ Tochter/ Fraw/ vnd nimbt darnach alles. In reditu klaget der Kauffman seine Noth dem Rath in beysein des Henckers: der Hencker sagt/ der Kauffman hab jämmerlich gelebt/ vnnd wol selbst gethan/ er wolts jhm wol abfragen/ (quæ verisimilia non sunt, habent speciem falsitatis) die Tortur gehet an / er bekents auß Angst vnd wird gerichtet. Endlich der Hencker

verkaufft einen Becher / darauff ist des an-dern Wapffen/da kompts auß vnd wird ge-richtet.

Im Ertzstifft Bremen im Ampt Te-genhaussen / hat ein Junger reicher Ehe-man gewohnet / vnnd seine Mutter vnnd Knecht bulen funden/ da schlegt er nach dem Knecht/vnd bleibt der Hut / der Knecht ent-leufft: Des Knechts Vatter klaget jhn an/ wird gerichtet/ (contra doctrinam Farin. *de inquisit. lib.* 1. *tit. q.* 1. *n.* 8.) Als er in Tortur bekent / daß er jhn ermordet / vnd im Sack in die Weser geworffen / an der Wahlstadt vermhanet jhn der Prediger / er sagt nein/ aber was ists / ich sage Ja Ja / daß ich der Marter abkomme / aber der Mann vnnd Sohn seyn auch endlich von Gott gestraffet worden.

Im Lande Holstein mit Eheleuten / der Teuffel reitzet Mutter vnnd Kinder den Vatter zuermorden / der Vatter leufft weg/leget seine Kleider ins Schiff / vnd ge-het zu seinen Freunden ins Landt Sachsen/ da ward das Weib vnd Kinder gegriffen/ als hetten sie jhn vmbbracht / bekennens in

der

der Tortur, für der execution sagen sie dem Pastorn alles/aber bitten / dz ers nach jhrem todt erstlich sagen wolt/damit sie nicht wider gepeiniget würden.

Es hilfft auch nicht/wann schon die Zauberer auff jhr Außsage sterben. Exemplum (scilicet in X ut Talpa) Ein Mörder/ kompt zū Schumacher/ der wolt Geldt haben für Schu/da träwet jhm der Mörder/ als er eingezogen ward/spricht er/der Schuster hab jm geholffen/der bekennets in Angst werden beyde zum Gerichte geführet / der Mörder bittet den Hencker / er solte den Schuster erst richten/ da geschicht solches. Als er nun jhm die Arm vnd Bein zerstossen/ spricht der Mörder: Halt still / vnd erzehlet da die Geschicht/da wird er gefraget/ Warumb? sagt er / er hab jhm einmahl ein Par Schuh versaget/ daß habe er jhm vergelten müssen.

Hæc ibi ex Godelmanno *Dedekennus* refert: ex quibus & similibus exemplis non nisi vitiosè & ineptè hoc modo infertur: aliquando Rei vi torturæ de se mentiuntur: Ergò nunquam torqueri

debent, ſanè ex particulari affirmativa inferre univerſalem etiam affirmativam, in materia non neceſſaria, Logicum non eſt; prout & ſupra *in quæſtione* de conventibus nocturnis Sagarum dixi, quando & ibi adverſarii hoc modo argumentantur, Aliquando deluduntur: Nunquam ergo ad conventus verè deferuntur, quomodo inferre ineptum eſt; Et in recitatis exemplis ob neglectam fortè ſufficientem inquiſitionem & corporis delicti explorationem, judices peccarunt, & poſſunt huiuſmodi à bono & prudente judice præcaveri, ſi torturam pro ratione indiciorum & perſonarum, multum vel parum, mitius vel acerbius, adhibeat, P. H. O. *art.* 85.

In ſumma ſi judex, uti decet, legitima via ac tramite procedat, adeoq; proceſſum contra Sagas debito modo inſtituat, Deum ac Juſtitiam præ oculis habeat, Theologorum etiam ac JCtorum ope ac conſilio frequenter utatur, nihilq; arbitrio cerebrino peragat, non dubium eſt, quin facilè innocentes ſint extrà periculum

ſum vel manſuri, vel illud Deo judicis animum flectente ac dirigente rurſus evaſuri: præcipuè verò oportet judicem diligenter ſingulas circumſtantias examinare, & confeſſa per torturas indicia damnorum aliis illatorum inquirere & explorare, priuſquam condemnet, & ſi fortè Saga confiteretur ſolum de intentatis maleficiis, quę quod effectu careret, ab effectu explorari non poſſent, nihilominus ex aliis ſignis & circumſtantiis, antè capitalem ſententiam, ſeſe informare & nunquam explorationem penitus negligere debet,

Quod ideo dico, ne judex Sagam quæ apoſtaſiam & pactum cum Dæmone, ſed absq; eo quod damna fecerit in tortura confeſſa fuerit, ſtatim ad ignem pertrahat, ſed prius cuncta rimetur, aliquantulum ſubſiſtat, ut ei veritas manifeſta fiat: Nec ſatis capio quod *Tannerus* dicit, proceſſum adverſus veneficas *per ſe ac ſua natura* in periculum innocentum vergere, quod fortè duriuſculum poſſet videri, & utique reſtringendum eſt ad indebitum

processum, & in quo nimia credulitas denuntiationibus adhibetur, ac fortè ad denuntiationem unius ad quæstionem, vel plurium ad condemnationem proceditur, neglecta etiam omni personarũ, tam denuntiantium quam denuntiatorum consideratione. Et tandem ut hoc addam, cum tortura expurget denuntiantium complicum infamiam, faciatq; eos credibiles. Delrio. *d.lib.5. in append.2. q.3. vers. his argumentis nihil moveor*: Et ergò si ad torturam quoq; pœnitentia accedat, de eaq; judici per signa exteriora appareat, quomodo dicemus tali casu illegitimè procedere judicem, si ex pluriũ talium complicum nominatione ad torturam procedat? qui si hoc casu propter bonam famam denuntiati, etiam ab inquisitione abstinere vellet, ne ille judex officio suo malè præesse videbitur, quoniam malum eradicare non laborat, contra *L. congruit. 13. de offic. Præsidis.*

Quod amplius *Tannerus* dicit, Dæmones etiam personas innocentes posse & solere repræsentare, ad id iam supra *in q. præ-*

praeced. 5. *in fine.* respondimus, & adde Delrium *d. lib.* 5. *sect.* 16. *vers. sed inquiet potest in conventu innocens repraesentari.* ubi per exempla docet, Deum eorum innocentiam tandem in lucem proferre, ut in illo ipso facto B. Bethae Reuttensis, quod *Tannerus* urget. Desino plura; possent fortè tamen illae *Tanneri* rationes iam recitatae judicem conscientosum permoveri, ne *in praxi* facilè personam denuntiatam, quae antè eiusmodi denuntiationem apud omnes famam bonam constantemq; habuerit, ex plurium nominationibus, si solae sint & aliis adminiculis non juventur, torturae subdat, in quo sicuti eum non syndicandum esse dicerem, si etiam dignitatis & status conditio inter denuntiantem & denuntiatum inaequalis foret nullaq; notitia ipsis intervenisset, ita existimarem, si ad plurium nominationes levia saltem adminicula accederent, veluti si inter illos vitae genus foret simile, aliqualis notitia, & dignitas ac familia non multum inaequalis &c. torturę omninò locum esse, atque hoc in con-

cursu bonam Famam denuntiationibus cedere debere; verum finio, ac *judicis arbitrio* hic locum relinquendum esse contendo.

QUÆSTIO XI.

De Fama an & qualiter indicium faciat in crimine Veneficii? ubi practica articulandi subiicitur.

DIXI *in qq. præcedentibus*, simpliciter ac in thesi loquendo plurium infamium denominationem sine aliis adminiculis contra bonæ famæ personas admitti & posse valere ad torturam; quod si tamen ad bonam famam accedant alia indicia ad exculpandum reum denuntiatum vel etiam Reis denuntiantibus plures defectus possint obiici, aut quid aliud pro denuntiatis in considerationem jure veniat, *Vide quæst. præced.* 10. *in fine.* his casibus *judicis arbitrio* locum esse volui, ut ipse judicaret, num vis bonæ famæ, aut denuntiationum probabilitas, vincere de-

debeat; Nunc subiiciam de Fama mala.

Illud verò *ex præcedentibus quæstionibus* per se patet seu spontè fluit, ultrà denuntiationem plurium, non insuper requiri in hoc crimine excepto, ut denuntiati de crimine isto sint diffamati, etenim si sine aliis adminiculis plurium nominationes valent contra personam bonæ famæ ad inquirendum & etiam torquendum, sicuti *in qq. praeced.* dictum, certè non requiritur præcedens denuntiationẽ diffamatio, quod ita asseruerunt *Dd Patavini, Ingolstadienses* & *Friburgenses*, Vide eleg. M. Anton. Peregrinum *cons. 2. de Sagis. n. 40. & seqq.* Delrium *d. libr. 5. in app. 2. q. 7. per totam.*

Atquin, inquies, de jure scripto pro regula constitutum est, Inquisitionem non præcedente fama, nullam & invalidam esse, textus ad hoc *in cap. inquisitionis de accusat. & inquisit*: & est dictum commune apud Criminalistas. Clar. §. *fin. q. 6. in pr.* Bossl. *in tit. de inquisit. n. 7.* Farinac. *lib. 1. q. 9. in prin.* Unde *in art. 6.* P. H. O. ad effectum capturæ expresse requiritur;

gemeiner Leumuth fama publica. Verum ſcias, quod communis quoque ſententia ſit, hoc fallere in criminibus atrocibus & exceptis, ut tenent præter Canoniſtas *in cap. excommunicamus. §. adiicimus. de ſentent. excommunicat.* Clarus. *d. q. 6. verſ. item ſcias.* Gigas *de crim. læſæ Mai. tit. qualiter procedatur. q. 9. n. 2.* Farinac. *d. q. 9. n. 14. & 15.* Peregrinus & Delrio *dd. locis.* qui alios plures allegant, & ſufficere quoad inquirendum in noſtro crimine excepto nominationem reórum oſtendunt: ac quamvis in Conſtitutione Carolina P.! H. O. *art.* 44. addantur expreſſe hęc verba: ibi: *& illa perſona ſit ſuper hoc alias infamata*: vnnd dieſelbe Perſon deſſen ſonſt auch berůchtig: adeoq; præter nominationé in hoc crimine diffamatio quoq; neceſſaria videatur, ea tamen optimè explicuit ac cum hac ſententia conciliavit Delrio *d. q. 7.* quem vide. Sed in his non eſt immorandum, quia quicquid ſit de jure, de conſvetudine & uſu judiciorum ſolennitas diffamationis receſſit ab Aula, ait Clarus. *loco præcitato.* quem ſubſe-

cutus

cutus est. Farinac. *d. quæst. 9. num. 21.*

Itaque hic inquiram quid sola Fama & quid per se ad inquirendum vel torquendum possit? Et ad hoc quæsitum sic respondeo. Ad famam duo considerantur. QUÆ sit fama publica, & QUALIS sit? Hæc communiter ita definitur, ut sit, quod homines alicuius civitatis, castri villæ, viciniæ, sive regionis communiter opinantur, æstimant, vel sentiunt; verbis palam asserendo; non tamen pro certo, vel vero, vel manifesto: Bart. *in l. de Minore. ff. de quæst.* definit famam esse communem opinionem, voce manifestatam, ex suspicione provenientem. Qualis sit, vel esse debeat, ex posteriore definitione patet, quod scilicet ex suspicione eam provenire necesse sit; alias enim rumor potius vagus, vana vulgi vox, seu fama spuria diceretur. Suspicio autem hic non levis attenditur; sed vehemens, sed urgens, sed verisimilitudinis speciem habens: quam argumẽta probabilia, quam indicia legitima, quam signa rei convenientia causentur: plerunq; enim ex indiciis præsumptiones, ex præsumptioni-

bus suspicio oritur. Hoc ergo, ni fallor, patet, ut fama *& publica*, *& fide digna* dici mereatur, præter alia multa, inprimis requiri, ut orta sit à personis fide dignis, honestis, & idoneis, non autem à malignis, obtrectatoribus, invidis, inimicis, & suspectis; *c. cum oporteat extra. de accusat.* ut constans sit, & ut manarit ex causis omninò probabilibus; Sic Angel. *in tractat. maleficiorum, in verbi fama publica, & ibid. Angel. Arim. & Lancillot.* Corrad. *in breviario prætorio. lib. 1. c. 9. de prætore. §. 2. n.* 54, ubi circa finem concludendo (multum huic commodè) dicit, quod vulgi opinio non dicitur fama; sed ea sola, quæ traxit originem ex pluribus causis, quæ inducunt populum ad sic dicendum, vel credendum, alias non fama, sed vana vox populi, &c. Quæ omnia accuratè & pluribus exequitur Criminalistarum antesignanus Farinac. *lib.* 1. *tit.* 5. *de indic. & tort quæst.* 47. *per totam.*

Also wil bey dem gemeinen Leumuth erfordert werden / da er zu annemunge der angegeben Ubelthäter dienen solte / daß

er

er nit allein seinen Autorem, sondern auch seine gewisse Vrsachen habe; vnd ist nicht gnugsam sagen/ es ist ein gemein Geschrey / dieses Weib seye eine Zauberin: Sondern es sollen auch Vrsachen darbey angezeiget werden; von welchen Personen solches Geschrey herkommen thue? Von weme man es gehöret? wie lang es gewehret / oder wie lang man darvon gehöret/ vnd geredet/ was die Vrsachen seyen/ daß die angegebene Personen in das Geschrey gerathen seyen? Ob sie an der Taht argwönig / oder an verdächtigen Orthen befunden? oder auch mit ihrem argwöhnlichen Wandel / vnd Leben dermassen sich angelassen haben / Daß dahero ein gemeiner Leumuth erschollen? Dañ solche vnd dergleichen vmbstände machẽ/ wa nit alle zumahl / doch der mehrertheil samptlichen glaubwürdige Vrsachen gemeinen Leumuths; P. H. O. art. 44. Sonsten/ vnd da allein auff die gemeine Sage/ ohn einigen glaubwürdigen Grund/ vnd Vrsachen gegangen werden will; Ist es nicht alleine vor keinen gemeinen Leumuth zu halten; Sondern vielmehr jemand darauff in gefängliche verhafft anzunemen sehr mißlich vnnd gefährlich/ auch

auch den Rechten / vnd Reichs Constitution, wie gehöret / zu wieder. Solches bestätiget ferner die peinliche Gerichtsordnunge / d. art. 6. An welchem Orth gnugsam abzunemmen / dz gemeiner Leumuth nichts anders heisse noch sey als ein glaubwürdiger Leumuth: in verb. oder anderer glaubwürdiger Anzeigung verdacht. Ac si dixisset Imperator, durch glaubwürdigen Leumuth so in gemein gehet / oder Anderer glaubwürdiger Anzeigung verdacht / ꝛc. ut sit Maxima, glaubwürdig seyn.

Quæ ea potissimum de causa adferre volui, quoniam sæpius notavi ex actis Facultati nostræ transmissis, circa hæc graviter erratum ac aliquando sub prætextu famę publicæ, ob sparsum tantum rumorem per vulgus, sine certis indiciis, atque ob famam levem & minus constantem, quosdam custodiæ datos fuisse: ob quam causam. Jodoc. Damhoud. *in Enchir. rer. crimin. in tit. de citat. real. n. 7. & seq.* non abs re invehitur in officiarios justitiæ, qui proprio arbitrio quemvis delatum temerè, quovis tempore, aliquando sine urgente causa & ex vento capiunt ac cap-

turæ periculo aggravant. Ratio invectionis est, quod huiusmodi capto non mediocris inferatur iniuria, imò ignominia irretractabilis. teste Baldo *in L. 2. C. de restit. in integr.* & quod per capturam facilè ad torturam deveniri, & per tormenta à capto interdum extorqueri possit, quicquid capienti libuerit, quod non potest non esse gravissimum, quam rationem monet plurimum notandam Zasius *in consil.* 19. *n.* 31 32. *&* 33. *lib.* 1.

Atque hinc *in quæst. præced.* 7. *vers. atquin inquies.* judicem admonui, ne ob solam *unius* Sagæ de se confessæ denuntiationem ad capturam facilè procedat, siquidem, *quod valdè notandum*, captis nimirum mulieribus denuntiatis si exindè nulla deprehendantur indicia ad torturam legitimè sufficientia, ideoq; carcer relaxetur, eædem non solum ad nocendum magis irritẽtur, ac ad graviora quævis animentur, instigante generis humani hoste Satana; Sed etiam reliquæ eiusdem farinæ, criminisq; consciæ vetulæ istiusmodi exemplo multò in dies ad vene-

nefi-

neficia propensiores, atq; ad scelera perpetranda tum securiores tum alacriores fiant, impunitatem malorum quasi præsagientes. Circumspectum igitur & benè informatum prius esse judicem oportet quàm criminis suspectos incarceret.

Quare quamvis *Dd.* nostri communiter statuunt, solam famam sufficere *ad citandum* personaliter & ad detrudendum in carcerem, quos allegat Farin. *de indic. & tort. dicta quæst.* 47. *n.* 17. attamen ipse benè declarat id procedere non in sola & nuda fama, sed in ea, quæ processerit ex aliqua verisimili causa & coniectura in Actis probata & verificata. *n.* 41. 42. & 43. *ad torturam* tamen, quæ requirit indicia facto propinqua, gravia verisimilia & clara solam famam non sufficere, ex communi sententia & praxi docet idem Farinac. *d. quæst.* 47. *n.* 4. ubi similiter id declarat ac limitat, ut non procedat *in delictis occultis & difficilis probationis*, in quibus solam famam facere indicium ad torturam scripsit Clarus §. *fin. q.* 21. *vers. fama sola.* ubi ait quod ita quandoq; vidit

serva-

ſervari. Menoch. *de præſumt. lib.*1.*q.* 89.*n.* 34.ubi referendo ſequitur Clarum in loco citato.

Verum quicquid ſit de criminibus nõ exceptis,ego *quoad excepta* ſic exiſtimarẽ; ut nunquam judex ex ſola fama in crimine veneficii aliquem torturæ ſubiiciat, niſi ſit juncta cum aliis indiciis;eleganter Farinac.*d. quæſt.*47.*n.*17. *& ſeqq.* attamen in eo crimine ex ſola fama contra aliquẽ ad capturam rectè procedit,dummodo, *quod antè dixi*, famá ſit legitimè probata ac etiam habeat ortum ab aliqua veriſimili cauſa & ab honeſtis viris, alias tanquam vana vox populi minimè eſſet attendenda, V. Farinac.*d.q.*47.*n.*153. Debet igitur judex hoc in caſu conſiderare, *non quia dicitur*, es iſt ein gemein Geſchrey dieſes Weib ſey ein Zauberin / *ſed unde, à quibus, & quid,& quale dicitur*, cæteroquin facile innoxii lædi poſſent, quomodo conſtat magnos Sanctosq; Viros vulgi opinione periiſſe & trucidatos eſſe, Chriſtusq; noſter redemtor populi voce crucifixus eſt. ait Farinac.*d.q.*47.*n.*32.

Et quamvis communis Criminalistarum conclusio hæc sit, si vehemens fuerit fama, ortaq; fuerit à fide dignis & honestis viris atq; ita non solum bonam originem quoad personas, sed etiam vehementiam habeat, quoad causas & verisimilitudines, unde orta est: tunc eiusmodi fama sola faciet indicium ad torturam, teste Farinacio *d. q n. 28. & seqq* ubi ait omnes Dd. hoc uno ore fateri, quos magno numero allegat: ac id tantò magis procedere debeat *in criminibus exceptis* utpotè occultis & difficilis probationis, juxta eundem Farinac. *citato n.* 11. & quos ibidem allegat. Ego tamen judici non suaderem ob ea quæ anteà *in hac quæst.* benè notanda esse dixi, ut hanc sententiam in praxi sequatur, Equidem ob talem famá capi ac incarcerari diffamatum jubere potest, sed si ad illam alia indicia, veluti nominatio unius complicis confessi proprium crimen. V. Delrium *in d. app.* 2. *q.* 7. *in pr.* M. Anton. Peregrinum. *d. consil.* 2. *n.* 43. Fuga, conversatio, secreta collocutio, Minæ. V. Farinacium *d. quæst.* 47. *n.* 17. *& seqq.*

seqq. non accedant, Reum nunquam torqueat; Unde rectè Menoch. *cons.* 149. *n.* 42. concludit in crimine hæresis, *quod etiam exceptum est*, solam Famam, quamvis publicam, non sufficere ad torturam, sed ad inquirendum: Copiose Cravetta *consil.* 41. *n.* 6.

Atquin *inquit* Farinac. *d. loc. n.* 35. ubi Fama habet ortum ex aliqua verisimili & probabili causa, tunc non est sola & simplex Fama, sed adminiculata: Fama verò facit indicium ad torturam, quando est adminiculata aliquo alio indicio, *sicuti ibi diximus*: Et ergò Fama vehemens, concludit *Farinacius*, facit indicium ad torturam, cũ non possit Fama dici vehemens; nisi etiam fuerit adminiculata; Verum respondeo, hæc adminicula, veluti quod fama ortum habeat à bonis & ex certa causa, sunt proprie ipsius famæ *requisita*, quæ si absint, rumor potius vagus, vana vulgi vox, seu fama spuria dicitur, sicuti iam suprà docuimus.

Quando igitur de fama hic quærimus, semper præsupponimus Famam publi-

cam & legitimam, qualis ſine illis requiſitis eſſe nequit; aut certè alias quæſtio eſſet de indubitabili, dicente ipſo Farin. *d. q. num.* 26. cum verò dicimus, Famam ad torturam eſſe ſufficientem, ſi aliud indicium Famæ adminicularetur, intelligimus adminicula talia quæ ab ipſa Fama publica ſint diverſa ac ſeparata; Ecquis autem affirmare auderet, vanam vocem populi (talis enim eſt ſine iſtis requiſitis) iunctam cum alio quodam indicio ad torturam ſufficere? Sed hoc foret affirmandum illi, cui cum Farinacio. *d. n.* 35. tantum eſt dicere: *Famam vehementem facere indicium ad torturam*: quantum dicere: *Famam adminiculatam facere indicium ad torturam*: nam vel hic alias tantum eſt in terminis luſus, & per adminicula intelliguntur ipſa requiſita & cauſæ, quæ Famā neceſſariò conſtituunt, vel quia affirmatur Famam (nimirum legitimè probatam ac per ſuas cauſas & requiſita conſtitutam) ſufficere ad torturam, etiam affirmari debet, ut conſtet caſuum oppoſitio, Famam (nimirum ſpuriam & ob

de-

defectum requisitorum incertam) cum aliis indiciis iunctam ad eam sufficere, aut certè si hoc negabitur, utiq; non rectè hoc modo colligitur: Quia Fama (intellige legitimè probata) cui aliud indicium adminiculatur, ad torturam sufficit: Ergò & Fama, cui verisimiles causæ adminiculantur; siquidem plura iuncta, fortius operantur, & semper hæ causæ adesse debent, vel aliàs Fama non erit, sed rumor & vana vox populi, quæ nunquam est habenda in consideratione, dicente ipso Farinac. *citata quæst n.*34. ac per consequens, Fama qua talis, tametsi vehemens, si aliis indiciis non juvetur, ac ita sola sit, ad torturam meo judicio, non erit sufficiens. Quia verò dixi, ut huic quęstioni locus sit, præsupponendum esse, quod Fama orta fuerit ex verisimilibus causis & ab personis honestis, subiiciam interrogatoria Inquisitionis super Fama publica,

1. Woher Gezeug/ wisse/ dz N. N. halber/ ein gemein Geschrey/ sie seye eine Zauberin?

2. Von weme er solches gehört vnd wie lang es seye?

3. Ob auch dieselbige Leuth / von denen sie es gehört? der N. N. feindt seyen / vnnd noch?

4. Auß was Vrsachen solches gemeines Geschrey von der N. N. außkommen seye / wann vnd wo?

5. Ob sie vielleicht jemandt Zauberey lernen wollen?

6. Ob sie jemandt beträwet / vnd demselbigen darauff / was sie geträwet / begegnet seye?

7. Was die N. N. sonsten vor ein leben führe / vnd ob sie sich auch / wie andere Christen Menschen mit Kirchen gehen / vnd andern verhalten thue?

8. Ob sie mit Zaubern / vnd Zauberinen Gemeinschafft habe / oder mit welcher Leuten sie am meisten vmbgehe / vnnd zu thun habe?

9. Ob sie sonsten in Geberden / worten / vnd Wesen verdächtig seye / als ein Zauberinne / vnnd wie dann jhr Geberde / Wort / vnd Wesen beschaffen?

10. Ob

10. Ob sie auch mit verdächtigen Dingen vmbgehe/ so Zauberey auff sich tragen?

11. Was dann solches vor verdächtige Dinge seyen?

QUÆSTIO XII.

Quæ & qualia indicia in crimine veneficii sufficere possint vel ad capturam vel ad torturam? ubi explicatur art. 6. *cum aliquot sequentib.*

P. H. O.

SAtis judicem *in præced. quæst.* admonuimus ne inconsulto calore & temerè vèl ad capturam vel ad torturam properet, tam enim illa quam hæc irreparabile præjudiciũ & in hoc crimine veneficii ignominiam irretractabilem, cum damno irreparabili adfert: Quamvis verò judicis arbitrio relinquatur, an à captura personæ incipere velit. Barto. l Bald. *in L. consentaneum.* 8. *C. quomodo & quando judex sententiã proferre deb. præsent. partib.* & ibidem Alexand. *in addit.* ipse tamen for-

sitan ex causis prædictis tutius esse arbitrabitur, criminis hujus delatum nec de Fuga suspectum, potius statim non capepere, quam insontem indè inusta iam existimationis nota, carcere dimittere; præstabit igitur in personas criminis hujus suspectas paulò diligentius inquirere, omniaq; pensiculate prius notare, deinde ad capturam procedere, etiamq; posteà ex legitimis indiciis, si adsint, torturam decernere.

Probè enim observandum est, das solche inquisition auch zur Tortur dienlich vnd gnugsam sein solle/ id nec uspiam scriptum nec pictum esse; captura locum habet ex probabili diffamatione publica & verisimilibus suspicionibus; ad torturam verò indicia urgentia & legitimè probata requiruntur; dahero ob wol täglich in allerhand Frevel vnnd Malefitz Sachen die Obrigkeiten tragenden Ambtshalber inquiriren, vnd etwan schüldige etwann vnschüldige Personen einziehen lassen/ So muß jedoch vermittelst eingenommener Erkündigung nicht zu weit & ad torturam ver-

verfahren werden: quod manifestum facit *art.* 6. P. H. O. ubi disponitnr. So jemandt einer Vbelthat durch gemeinen Leumuth berüchtiget / oder anderer Glaubwürdiger Anzeigungen verdacht / vnd argwöhnig / vnd derhalb durch die Obrigkeit von Amptshalben angenommen wirdt: Der solle doch mit peinlicher Frage nit angegriffen werden / es seyen dann zuvorn redliche / vnd derhalben gnugsame anzeigungen / vnd vermuthungen / von wegen derselben Missethat / auff jhne Glaubwürdig gemacht / ꝛc. Item art. 11. verb. Vnd derselben redtlichen argwohn / vnd verdacht / ꝛc.

Satis hic articulus Constitutionis Carolinæ quod diximus, confirmat; & ex illo duo notari debent; Als nemblich / wie der Titul selbst lautet 1. Das annehmen der angegebenen Vbelthätere von der Obrigkeit / vnd Amptswegen: Vnd 2. die Angreiffunge mit peinlicher

licher Frage: Dero gestaldt/ vnd massen/ daß die verhafft anders nit/ dañ auff gemeinen Leumuth/ oder glaubwürdiger Anzeigungen verdacht vnnd Argwohn/ ex officio an die Hand/ genommen werden solle: Vnnd dann/ das doch der gefänglich Eingezogene mit peinlicher Frage/ wegen jetzangeregter gemeinen Leumuths (quod notandum, quia hinc confirmantur, quæ *in quæst. præced.* de Fama publica diximus) glaubwürdiger Anzeigungen Verdachts/ vnd Argwohns mit peinlicher Frage nicht angegriffen werden solle/ es seyen dann zuvorn redliche/ vnd derohalben genugsame Anzeigungen/ vnnd vermuthungen/ von wegen deroselben Missethat/ auff jhne Glaubwürdig gemacht worden.

Vnnd ist auch allhier des Wörtleins/ Glaubwürdig/ wol wahr zunehmen: Als nemblich Glaubwürdig verdencken/ respectu capturæ: Aber glaubwürdig machen/ ratione torturæ: Ist dem-

demnach der Verdacht / vnnd Argwohn/ nicht gnugsam/ es werde dann solches auch quoad torturam glaubwürdig gemacht.

Hinc iam duo notabilia discrimina resultant: *Primò*; inter testes juratos & injuratos (*impropriè loquor cum testis non sit nisi juratus, quia testi non jurato in jure nostro fides nulla adhibet* r. L, jurisiur. 8. C. de testib. c. nuper nobis. c. propterea. de testibns, *ita ut* Felin. in c. cum dilecti. col. 4. in fin. extrà de Rescript. *concludit testis juramentum esse de substantia & ordine judicii, maximè in causis criminalibus*, juxta Geil. 1. Obs. 101. n. 1.) auff der vnbeedigten gezeugen glaubwürdiges angeben/ (nota delationem sive nudam relationem) wirt der verdächtige Vbelthäter eingezogen/ aber nicht torquiret. Auff der beedigten redliche glaubwürdige Aussagen/ (nota depositionem seu attestationem) wirdt der Vbelthäter / nach beschehener verhafft / als dann erst torquiret. Unde quoq; & hoc consequitur, dz der gemeine Leumuth (da er anders auch ein rechter/ ge-

gegründter/ wahrer Leumuth ist) mehr nicht zur Sachen thuen könne als der unbeeydigten Anzeigungen verdacht vnnd Argwohn Cum ergo iniuratorum delationes tantum ad capturam valere possint, etiam Fama publica per se ultrà eam non operabitur; ecquis enim dixerit Famæ perindè ac testibus jurato deponentibus, etiam ad torturam credendum esse? quod ideò repeto, ut confirmem ea quæ *in quæst. præced.* de Fama contrà *Dd.* asserui.

Secundò; inter fide dignã suspicionẽ, seu indicia, glaubwürdiger Anzeigungen verdacht vnd Argwohn / &c. quæ ad capturam facit: & illius fide dignæ suspicionis demonstrationem, seu verisimilem depositionem, der Vermuthungen / oder Verdachts/ vnd Argwohns glaubwürdig machungẽ/ quæ torturam importat: & ipsius criminis legitimam probationem, der Missethat Wahrmachunge / in qua nullæ aliæ sunt judicis partes, quam condemnationis. Plurimum ergo inter se differunt, Glaubwürdig anzeigen/ respe-

ctu capturæ. *d. art.* 6. Glaubwürdig machen/respectu torturæ, *d. art.* 6. 7. 18. *& plurib. seqq.* vnd wahr machen/ beweisen / oberweisen / respectu condemnationis. *art.* 9. 62. *& seqq. item art.* 69. ubi vide.

Volui hæc præmittere, quia digna sunt quæ obseruentur, quę ut nunc applicem, sciendum & ex iam dictis insuper obseruandum est, indicia quædam esse probabilia legitima indicia, & probabilia minus legitima indicia: probabile quidem & legitimum indicium heisset allhie **die Vermuthungen glaubwürdig machen**/ ad finem torturæ: verũ minus legitima indicia duplicia sunt; videlicet aut probabilia; sed minus legitima; gemeiner Leumuth / oder glaubwürdiger Anzeigungen verdacht/vñ Argwöhn; & indicia nec probabilia, neq; legitima, ideoque propriè illegitimorum indiciorum nomine digna; utpote, quæ nec ad capturam quicquam efficaciæ habent: Fama itaque per se indicium probabile est,

est; sed respectu torturæ dicitur minus legitimum, quoad capturam verò & probabile est & legitimum.

Exemplis pluribus hæc illustrabimus: vnter die Zauberey Stücke so verdächtig machen vnd respectivè zur verhafft/ auch auff die Tortur bringen/ können Exempels Weise folgende gezehlet werden. So die gezeugen außsagten. Es seye das gemeine Geschrey/ daß diese/ vnnd jehne ein Zauberinne: Diese seye in der Stuben gewesen/ vnd ein Kind als bald Kranck worden: jehne in/ oder vor dem Stall/ vnd die Kuh habe die Milch verlohren/ oder ein Pferdt seye abgangen: Item diese vnnd jehne Personen darauff verstorben/ dz sie durch die vnd die Personen bezaubert worden seyen: oder aber habe ein Gezänck mit dern gehabt vnd sie ein Zauberin gescholten/ welches sie nit wiedersprochen habe/ vnd was dero Anzeigungen mehr seindt: Ex eiusmodi depositionibus ac suspicionibus quamvis non dixerim, debere judicem rectà *ad capturam* properare attamen eius arbitrio relinquendum esse puto, si examinatis omnibus circumstantiis & aliis quibusdam adminiculantibus illam

illam decernere velit, præsertim si testiũ dicta scientiæ causa & hinc probabilitate nitantur.

Cæterum so die Gezeugen in fällen der Zauberey außsagten sie hetten bey jhr ein Krotten im Haffen gesehen / die sie vnterhalten / vnnd versorget: sie hetten gesehen / daß sie einen Stab mit gesottenen Kreutern / oder Salben geschmieret / vnd dz Viehe / oder Menschen darmit geschlagen oder angerühret daß sie alsbald rote / oder keine Milch / oder auch Kranck worden / oder darvon gestorben: (Vide Valentia disp. 6. q. 13. pun. 4. §, 2.) dz sie vnter die Thürschwellen der Häuser / vnd Stellen etwas vergraben / vnd dem Menschen / oder Viehe alsbald ein Vnheil darauff entstandẽ: daß sie einem Menschen / Viehe / oder kleinen Kindern etwas eingegeben / darvon sie schwach worden / außgedorret / vnnd endlich gestorben: Daß man sie gesehen / vnd gehört Beschwerungen / vnnd Verfluchungen vber Menschen / Viehe vnnd die Früchte auff dem Felde gebrauchen: oder dz sie jemandts Zauberey lehren wollen / oder mit verdächtigen Personen viel Gemeinschafft gehalten: vnnd was des Teuffels Dings mehr ist.

His-

Hiſce in caſibus, ſalvo aliorum judicio, exiſtimarem, da etliche dergleichen actus ſchon nit von zweyen oder dreyen / ſondern von vnterſchiedlichē / auch vnterſchiedlich angemeltet vnd bezeuget würdē / attamē judicē nō tantum ad capturā, ſed etiam, ipſa fama publica aut fortè nominatione aliqua accedente, ad torturā procedere poſſe. Conferunt huc quæ adfert Tannerus *de proceſſ. adverſus Sagas ſupra citato loco. n.* 55. Poſſum ego ipſe, *inquit Tannerus*, exempli cauſa, ex fide dignis relationibus aliqua eiuſmodi, quæ alicubi acciderunt, & vel ſola, vel accedentib· Sagarū nominationib. (vel hinc apparet q̃ *Tanner.* nominationib. aliquid fidei tribuat, ſi videlicet cum aliis adminiculis concurrant, quod pertinet *ad quæſt. præced.* 10.) ad torturam inferendam ſufficiunt, referre: v. g. oblato hauſtu ſubitum & inſolitum viſcerum dolorem ac ſtomachi everſionem alicui conciliaſſe, &c. Vetulam tempore nocturno inventam fuiſſe in clauſa cella ſupra vini dolium conſidentem &c. Ex demulſione quaſi blanda corporis ſed inſolita,

ſolita, mox graviſſimum & incognitum morbum in perſona attacta conſecutum: poſt afflatum vetulæ, infantem mox lenta tabe fuiſſe conſumptum &c. Poſt nocturnos concurſantium & colludentium ſtrepitus, in alienis ædibus concitatos, manè pulvinar pectorale alicuius fœminæ fuiſſe inventum, ſi quando ex eiuſmodi ſpolio agnoſci perſona ſpoliata poſſit &c. Quo ſpectant ea quæ ex Bodino *libr.* 4. *Dæmonol. c.* 2. refert Valentia. *dicta diſp.* 6. *q.* 13. *punct.* 4. §. 2. ſi minata fuerit mulier alicui malum, & deinde quis reperiatur morbo ac faſcinatione ſeu maleficio correptus: Item ſi teſtes aliqui teſtentur, ſe vidiſſe quampiam veneno aut unguento quopiam lenire animalia, quæ poſtea mortua reperta ſint, aut infantes aut alios &c. Hæc *Tannerus*: Verum ſubiiciam in ſequentibus, quid alii de quibuſdam hiſce indiciis, ſentiant.

QUÆSTIO XIII.

Quale indicium indè oriatur, si quis ad veneficii crimen sibi obiectum, non se defendat? Ubi practica articulandi subiicitur.

RECensui *in quæst. præced.* inter cætera indicia, etiam vicinorum traductionem seu infamationem; das ist/ Bezüchtigunge / du Zauberin / vnnd sich doch nicht verantworten; neque mihi dubium est, quin dehinc aliquale indicium oriatur, equidē ob ꝙ inquisitio generalis institui, & cui si nonnulla alia adminiculantur persona veneficii maleficiive suspecta capi possit. Non tamen me latet, quid de hoc indicio alii sentiant, & quam illud extenuent, sicuti apparet ex Johannis Fichardi *consilio* 120. cuius verba adscribam: Das sie der Bezüchtigunge sich nit sonders verantwortet / noch die jenigen/ die sie gescholten gerechtfertiget/ ꝛc. Da ist solches gleichwol auch bedencklich gnug/ pro-

propter regulam, qui tacet, &c. Vnd ist gewiß wahr das solches jhr den bösen Verdacht sehr gemehret hatt: Doch ist solches so wichtig nicht / dz sie derwegen / da man sonst in specie, vnd namhafftig keine Zauberey auff sie beweisen kan / peinlich gefraget / zu geschweigen zum Todte verurtheilet werden solte.

Dann (ex loco à communiter accidentibus) vermuthlich / sie werde / wann sie etwan gescholten worden / nicht allwegen geschwiegen / sondern dargegen jre Einreden / vnd Verantwortunge auch gethan haben. Daß sie aber nicht allwegen / so jhr von den Nachbawren / Hohn vnnd Schmachwort widerfahren / die Obrigkeit / vnd Amptleut angelauffen / auch ein jede Smach rechtfertigen wollen / daß mag bey jhr etwan auch sein bedencken / vnnd Vrsach gehabt haben: Vnd kan sie hierinnen sonderlichen / als ein blöde Weibs Person / auch mit Recht entschüldiget werden. Verecunda enim cogitatio eius, qui lites execratur, vituperanda non est; ut dicit J. C. Ulpian. *in l. item si res. in fi. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.* Et

 quod

quod lites omnibus honestis, bonisq; viris sint execrabiles, per pulchra allegata exequitur Jas. *in l. quidam existimaverunt. num. 3. ff. si cert. petat.* Hactenus Fichardus.

Cui quantum ad condemnationem attinet lubens subscribo, ita tamen ut censeam, hasce infamationes suspicionẽ augere ac aliis quibusdam indiciis, præsertim Famæ publicæ, tum ad capturam tum etiam ad torturam suo modo adminiculari. Nec obstat responsum JCti Vlpiani *in d. L. item si res.* equidem verecunda est cogitatio eius, qui lites execratur, sed tamen crudelis est qui Famam negligit; & loquitur *ICtus* nõ de Fama, quæ inæstimabilis, sed litib. super bonis perituris instituendis, quas qui execratur, vituperio dignus haud est, cæteroquin non defendens obiectum crimen meritò pro suspecto habetur: eleg. Cravett. *consil. 795. n. 14.* & *consil. 369. n. 38.* quin aliquando graviore suspicione non defendens se hoc casu onerat, aliquando minore, de quo judicanti certius constare poterit ex

da-

datis responsionibus ad interrogatoria quæ ideò subiiciam & super hoc indicio ad hunc fermè modum formari possunt.

Würde attestiret, Rabirii Haußfrawe habe Pontiam eine Zauberinne gescholten/ die es gelitten / vnd nicht widersprochen habe 2c. ist dahero zufragen.

1. Wa/ vnnd wann es beschehen / vnnd wer aller darbey gewesen seye?

2. Ob sie Pontia es dann gar nicht widersprochen habe?

3. Ob sie nichts darauff geantwortet habe/ Sondern vnwiedersprochen gelassen/ als es Nachbarn Tytiri Haußfrawe zu jhr gesagt/ Nachbahrin Pontia, wann ich mich sicher wüste/ ich wolte Acker / vnnd was ich hette/ an sie hencken? Benè hoc interrogatorium est notandum, quoniam infamatæ & traductæ à suis vicinis aut amicis frequenter admoneri solent, ut honorẽ ac famam defendant, quod si tamen negligant, neq; ad hoc verbulum ullum ipsis respondeant, utiq; suspicione maiori se aggravant.

4. Ob sie dann vor / oder nach von an-

dern mehr Personen eine Zauberin gescholten worden seye/ von weme/ wann/ vnd wa?

5. Ob sie solches niemals verantwortet/ oder jemandt hinwieder darauff gescholten habe? 2c.

Quaestio XIV.

An indicium praebeat, quod in articulo mortis quis confessus, & desuper defunctus sit, aliquam mulierem maleficam seu veneficam esse? ubi practica articulandi subiicitur.

OMissis iis quæ Doctores de Exculpatione vel inculpatione morientium variè tractant: Videantur Mascard. 3. *conclus.* 1129. Alciat. 3. *præs.* 44. Boss. *tit. de favor. defens. num.* 10. Gomez. 3, *resolut.* 13. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 52. Farinac. *quæst. crim* 105. & *quæst.* 46. & *quæst.* 4. *n* 34. dicam breviter quæ ad rem & crimen veneficii de quo agimus pertinent. Nihil verò in Actis quæ in Facultate nostra hactenus legi, magis mihi obvium, quam istius:

istiusmodi indicium, quod in articulo mortis quis confessus & desuper defunctus fuerat, illam mulierem maleficam, seu veneficam esse, daß jemandt darauff verstorben / daß diß Weib ein Zauberin / vnd jhme vergeben oder verderbt habe / &c.

Nun ist es zwar wol in Rechten ein grosses / in seiner Bekandnüß auff den angegebenen Vbelthäter sterben / daß es auch beneben andern glaubwürdigen Anzeigungen: *art. 27. & 28. constit. criminal.* eine gemeine Anzeigunge machet zu peinlicher Frage: *id quod disponit constitut. crimin. art. 25* §.

Zum 6. So ein Verletzter / oder Beschädigter auß etlichen Vrsachē jemandt der Missethat selbst zeuget / darauff stirbt oder bey seinem Eyde beteuwret: Jedoch muß dasselbe cum mica salis, vnd anderer gestalt nicht angenommen vnd verstanden werden. Exempli gratia, Es hatt ein Persohn hievorn auff ein Weib Zauberey halber einen Verdacht ge-

habt/ vnnd vielleicht etwan Feindschafft zu jhr getragen / oder sich mit jhr gezancket/ bald darauff kompt jhr etwas in ein Arm/ in Schenckel/ in ein Hand/ Bein/ Bauch oder Rücken / daß sie die Schwindsucht bekommet / fället in die Krancke/ das Hauptwehtumb verzehret sie / vnd verdorret am gantzen Leib/ daß jhr nicht mehr zuhelffen; die bekommet stracks solche Gedancken/ die Zauberin hatt mirs angethan / bekennet es/ verharret darob/ vnd stirbt auch endlich darauff: Weiß aber kein andere Vrsachen anzuzeigen / warumb sie vmb dz Leben kommen vnd sterben muste / als den zuvorn geschöpften Verdacht/ vnd gehabtes Gezänck.

Ecce, eiusmodi confessio duplici ratione vitiosa est; Primò, quod ab inimico capitali proficiscitur, cui propterea omnis fides derogatur, *ut notiss. juris est*: nam etsi nemo in articulo mortis immemor salutis suæ esse, vel mendacia deponere præsumatur, tamen & hoc apud *ICtos* tritum est proverbium, *non omnem morientem esse D. Ioannem Evangelistam, &c.* Secundò, quòd non sufficit dicere, hęc mulier veneficiis suis me interemit, nisi etiã

probabiliter demonstretur, qualiter & quomodo interemerit, nec n. sufficit factũ probari, nisi & qualitates probentur: Bart. *in l.17. § quod tn. ff. de adult. fac. l. habebat. ff. de instit. cũ simil.* potest n. fieri, ut plurimum fit, ut morbus eiusmodi gravis, & periculosus ex causa naturali descendat.

Da aber ein solches sterbendes Mensch aussagete/ vnd darvff verstürbe/ dz die Zauberin jhr ein Salben/ Wasser/ Tranck/ Gekōchts/ oder was anders gegeben/ zu gewissen Sachen zugebrauchen/ vnnd jhr darvon im Gebrauch eine dergleichen beschwerliche Schwachheit entstanden: oder das etwas vergraben worden/ durch ein Weib (so verdechtig/ vnd die sondere Gemeinschafft in das Hauß gehabt) vnd jemandt darüber gegangen/ verletzt/ vnd an seinen Gliedern gelähmet worden were: Oder auch die beschuldigte jemandt betrōwete hernacher sich zu deroselbigen genōtiget/ oder genahet/ einen geschwinden Griff/ oder Schlag gegebē oder auch vnderm Angesicht angehauchet hette: Vnd darauff etwas beschwerlichs erfolgete/ were schlechts bedenckens mit einer solchen verdechtigen Person zur Captur/

vnd Tortur zugreiffen: præsertim ubi alia quoq; adminicula concurrerent scilicet fama publica, &c.

Vnd also ist auch die peinliche Gerichts Ordnunge zuverstehen / in d. art. 25. § Zum sechsten / id, quod colligitur ex verbis, auß etlichen Vrsachen / &c. Neque inmeritò; Dann der mehren Teihl Volcks / sonderlich der gemeine Pöbel welcher seines Thuns vnd Lassens wenig gegründet. Da jhme dergleichen etwas begegnet / seine Schwachheit viel eher den bösen Leuthen als der Natur oder seinem selber vbelhalten zuleget: Wie die gemeine Reden täglich lauffen / Ich glaub es seye mir angethan worden / ich wolte darauff sterben / die oder jehne / hat mirs angethan / sie bringet mich vmbs Leben / &c.

Differentia ergo statuenda est, utrum morbus *ex causa naturali* proveniat, an *ex veneficio* originem suam sumat; quod facilè à peritis medicis, & chirurgis dignoscitur. Quod si naturalis sit morbus; nihilo-

hilominus tamen, præter medicorum, & chirurgorum admonitiones, persona ægrota (ut plerunquè susterstitiosæ mulierculæ, & ad quidvis suspiciosæ, facere solent) sibi persvadeat, in eoquè perseveret, atque suprema, mortis interventu, confessione etiam confirmet, se à certa persona læsam, & vita privatum iri: quis non videat, plus fidei medicorum, & chirurgorum, de arte sua judicantium, attestationi adhibendum esse, quam instabili, & periculosæ morientis imaginationi, pertinaciæque, per ea, quæ traduntur *in d. art. 6.* in verbis. **Ob die Mißsethat / darumb er berüchtiget / auch beschehen seye / oder nit.**

Sin de veneficio constet; Aut persona veneficii, maleficiive suspecta, imaginaria solummodò suspicione oneratur, nullis apparentibus eiusdem causis, vel indiciis, *ut superius diximus*; necdum eiusmodi confessioni stare oportet: neque enim certum, multò minus tutum est, assimulare criminis certam aliquam personam,

nam, quod per alios homines malevolos æquè perpetrari potuit: Aut personatalis ex præcedentibus indiciis (*quorum iam antè aliquot meminimus*) ægrotanti suspecta fit: quæ suspicio indies augescit, & ad agonem usq; mortis perdurat, hoc casu judicis arbitrio, mea opinione, relinquitur, an personam suspectam, & morientis confessione delatam, quæstionibus subdere velit.

Et ergo si quo in casu aliqua scientiæ causa & certa à morituro reddita fuerit, judiciq; exinde & aliis circumstantiis de veritate hujus confessionis apparere possit, tunc eiusmodi confessio faciet indicium probabile & legitimum, adeoq; ad capturam & torturam erit sufficiens, cæteroquin **wann man keine Vmbständ oder Vrsachen sehen kan / derentwegen etwa** Gertrudis Alheidis & Hilla **auff** hunc & hanc & illam **verstorben seyen / alsdann kan solches nit gnugsam weder zur** captur, **noch zur** tortur **erkant werden /** tametsi exinde aliquale indicium & adminiculum Famæ publicæ desumi possit. Et possunt

su-

super hac confessione morientis ad hunc fermè modum interrogatoria confici.

Würde außgesagt / Gretha habe Herr Hansen Pfarrherrn zu N. vergeben / vnd er darauff verstorben / ist dahero zufragen.

1. Von weme es Zeuge gehöret / oder / ob er selbst Wissenschafft darumb habe / vnnd wie?

2. Wer solches von dem Pfarrherrn selbst gehöret / daß er darauff gestorben / vnd warumb er sie dessen geziehen habe?

3. Ob er damals schon schwach gewesen seye als jhme Gretha vergeben haben solle?

4. An was Schwachheit der Pfarrherr verstorben seye?

5. Ob sie jhme dann Gifft gegeben? vnd was vor Gifft / auch wie / vnd wann?

6. Wo sie dasselbige Gifft genommen habe?

7. Ob sie des Pfarrherrns gewartet habe / vnd wann?

8. Ob sie jhme zu essen / oder zu trincken gegeben?

9. Ob sie jhme einen Tranck / oder Artzney

ney eingegeben? vnd was es gewesen seye?

10. Woher dann das Landt Geschrey komme / daß sie dem Pfarrherrn vergeben haben solle?

11. Von welchen Leuten / vnd ob sie jhr Gretha nicht Feind seyen?

12. Ob man gewisse Zeichen der Vergifftunge an dem Pfarrherrn in seinem Läger vermercken können?

13. Was die Artzet / als die Erfahrne / von seiner Schwachheit gehalten haben?

14. Ob man nach seim Pfarrherrns absterben an seinem Todten Cörper vestigia, oder Mahlzeichen beygebrachter Vergifftung / oder veneficii spüren mögen / vnd gespüret habe?

15. Ob man jhne also Todt auffgeschnitten / vnnd besichtigen habe lassen? vnnd was sich verdächtiges der Vergifftunge / oder Zauberey halber im Leib / Gedärm / oder Beinen befunden habe? Et quæ sunt eiuscemodi plura

QUÆ-

QUÆSTIO XV.

Practica formandi Interrogatoria specialia super frequentioribus quibusdam inditiis in crimine veneficii occurrentibus.

QUoniam ex inditiis recensitis *in q. praeced.* 12. nonnulla magis frequentia & propemodum in hoc crimine quotidiana sunt, volui practicam super his formandi interrogatoria subiicere, vel eo fine, quod ex responsionibus desuper acceptis certior fiat Inquisitor, quantum illis inditiis fidere credereq; debeat, Enimverò si de facto ipso, quod pro indicio allegatur, examinati testes probabiliter edisserant, ac *qualiter* & *quomodo* istud factum sit, per *causas scientiæ* demonstrent, facile constabit judici quousq; exinde ad capturam vel ad torturam ei progredi liceat.

Inter eiusmodi indicia quæ frequenter occurrunt, refero. 1. Si post afflatum vetulæ infans mox lenta tabe fuerit consum-

sumptus quod ipsum ego in gravissima quadam causa ad me pro sententia transmissa pro certo indicio ex omnibus circumstantiis notavi; Quare si testis affirmet das Elsa in N. N. Stuben kommen bey das Kindt/ vnd darauff das Kind/ weiln sie darinnen gewesen / die Kranck angestossen vnd gestorben / vnd dz des Kindes Mutter darauff gestorben seye / daß sie Elsa jhr das Kind vmbgebracht haben solle / so ist vff folgende Weise der Gezeuge zufragen.

1. Ob dz Junge Kind/ als N. Elsa in die Stuben kommen / allerdings frisch / vnnd Gesundt gewesen: oder ob es damals schon Hitz gehabt/ nicht essen wollen / vnd Kranck gelegen seye?

2. Ob N. Elsa dahin beruffen worden/ oder vor sich selbsten in die Stuben kommen seye?

3. Was sie alda vor ein Gespräch gehalten?

4. Wer damals in der Stuben gewesen/ vnd sie N. Elsa darinnen gesehen habe?

5. Was sie darinnen gethan/ vnd wie sie sich gestellet habe?

6. Ob

6. Ob das Kind noch in der Wiegen gelegen / vnnd N. Elsa vber die Wiegen gegangen seye?

7. Ob sie das Kindt angerühret / angehauchet / aufgewickelt / vnd getragen / oder was sie darbey gethan habe?

8. Ob sie dem Kinde etwas zu schlecken / zu essen / oder zutrincken gegeben?

9. Ob sie das Kind etwan geräuchert / geschmieret / oder einen Segen vber dasselbige gesprochen / wie man es nennet?

10. Ob das Kind gleich gestorben?

11. Ob man es nicht / wegen des gefasten Verdachts auffgeschnitten / vnd besichtigen lassen?

12. Ob sich im Leib / Gedärm / oder Beinen etwas befunden / so Zauberey ob sich tragen möge?

13. Oder ehe / vnd das Kindt verstorben / ob man Zeichen einiger Zauberey an jhme vermercken können?

14. Ob N. Haußfraw solches geklaget / vnd darauff verstorben seye?

15. Was sie dann Vrsachen / Anzeigungen / oder argwohn vorgewendet / die N. Elsa dessen zu bezüchtigen?

Inter eiusmodi indicia refero. 2. quod similiter in facto habui; Da von N. Elsa gesagt worden / wann das Viehe vor jhrer Behausunge vorvbergehe / so stelle sie sich an das Thor vnd frage / weme ist die Kuhe? auch der Hirt geklaget / N. Elsa komme jhme vnter die Herd auff die Weyde; Super quo indicio ad hunc modum testes interrogari & examinari possunt.

1. Wann N Elsa den Hirten gefragt / weme die Kuhe seye / ob sie weiter nichts darzu geredt habe?

2. Ob sie solches jederzeit gethan habe / oder offt?

3. Ob sie nichts in Händen gehabt / oder je zu Zeiten die Kuhe angerühret / oder geschlagen habe?

4. Wie offt sie vnter die Herdt Viehe auff die Weyd kommen seye?

5. Ob sie allein gewesen seye / oder jemandts mit jr?

6. Was sie vnder der Herdt Viehe gethan / vnd wie sie sich darbey an Geberden / vnd Wesen gestellet habe?

7. Ob sie ein Stecken / Topffen / oder sonsten

sten etwas mit jhr getragen / was es gewe- sen; was sie darmit gethan?

8. Ob / vnd was sie mit dem Hirten allzeit geredt habe?

9. Wie lang sie vnter der Herd allwegen verblieben seye?

10. Was sie Elsa darzu gesagt / oder dargegen gethan/als der Hirt vff der Nachbarn Befelch / sie mit dem Stecken auß der Herde getrieben hat?

11. Ob sie folgendts von der Herd / vnnd Weydt geblieben?

12. Ob sich dann Gezeuge zu erinnern wisse/ daß jederzeit/wann N. Elsa gefraget/ wem ist die Kuhe: oder dz sie vnter die Herdt Viehe auff die Weyde kommen / jrgend ei- nem Nachtbarn ein Kuhe so bald / oder vnlang hernacher gestorben sey?

13. Weme solche Kuhe zugestanden/vnd wann sie gestorben seye?

14. Ob nicht die Kuhe/vnd Pferde/dern Abgang die Nachbarn beklagen / natürli- chen Todts sterben können?

15. In was Kranckheit dieselbige Kuhe/ vnd Pferde gestorben seyen?

16. Ob man sie nicht durch den Abdecker besichtigen / vnd was jhnen angelegen / vrtheilen lassen?

17. Ob dann etwas in jhrem Leib vnnd Gedärm befunden worden sey / so zur Zauberey Anzeigungen geben möge?

18. Ob es nicht eine gemein Kränck vnter dem Viehe derozeit / vnd leufft gewesen seye? daselbsten / vnd vnderer benachbarter Orten?

Refero & inter illa indicia. 3. si mulier alicui malum minata fuerit, & deinde illud subsecutum v. g. wird deponiret daß Rabiria dem Schultheisen getrowet habe / der Schultheiß der Schelm hat mir eine Kuhe nehmen lassen / solle jhme auch baldt eine auß dem Stall nehmen; vnnd darauff jhme Schultheissen dieselbige Nacht eine gestorben sey; cuiusmodi voce ac officiales patiuntur, sæpius, dum exequi mandant, quod justum est; possunt desuper testes sic interrogari.

1. Warumb der Schultheiß Rabirien eine Kuhe nehmen lassen?

2. Ob derselbe solches nicht vielmehr auß Feind-

Feindtschafft vnd Haß / als auß Notturfft befohlen habe / damit er jhr einen Schimpff anthete.

3. Ob sie Rabiria solche Wort geredt habe? Wer es mehr gehört habe?

4. Ob sie die Wort geredt / als man jhr die Kuhe auß dem Stall getrieben; oder wann/vnd wie lang darnach?

5. Ob Zeug nicht selber der jenige seye/ so jhr die Kuhe auß Befelch hinweg getrieben?

6. Ob Zeuge nicht dafür halten thue/ daß solches mehr Weiber: vnd Zorn Reden gewesen / dann das etwas darauff zugeben sein solte?

7. Ob sie solche Reden zu andern mehr geredt? gegen weme/wann/wa/ vnd wie?

8. Ob sie jhme Gezeugen / vnnd andern Leuthen ehe/ vnd dz dieses beschehen / Zauberey/ vnnd vnrechter Sachen halb zuvorn verdächtig gewesen seye?

9. Was dann solches vor verdächtige Dinge/oder Sachen seyen? vnd wann/ vnd gegen weme/auch wie vnd wa sie solche Sachen getrieben?

10. Ob sie seithero sich auch in dergleichẽ Dingen verdächtig gemacht habe? wann/ wie vnd wa?

11. Ob dann auch die Kuhe dieselbige Nacht gestorben? vnnd ob sie nicht zuvorn Kranck gewesen?

12. Ob nicht damahln der Zeit/ vnnd Leufft nach ein gemeine Sücht vnter dem Viehe daselbsten/ vnd anderer Orten vmbgegangen?

13. Ob der Schultheisse dieselbige durch den Abdecker nit besichtigen lassen? vnd ob man etwas verdächtiges darbey befunden?

Tandem 4. refero huc, quod & similiter contra quandam viduam in causa veneficii allegatum memini, Dz diese Wittibin zu einem Schäffer kommen sey/ vnnd ein Lämmerhaut zu einem Brusttuch begeret vnd bekommen habe/ aber darauff jhme so bald in die 26. Lämmer gestorben seyn: Super quo indicio hæc formari possunt interrogatoria.

1. Ob Zeuge/ oder jemand anders nicht gesehen/ daß sie die Wittibin solche Lämmerhaut zu einem Brusttuch gemacht/ vnd an jhrem Leib getragen habe?

2. Ob dann dem Schäffer die 26. Lemmer alsobald gestorben / vnnd wie bald hernacher?

3. Ob nicht die Lemmer ein andere Natürliche Sücht gehabt/vnd daran gestorben seyen?

4. Was es vor eine Sücht gewesen/vnd ob sie alle auff einmahl miteinander / oder nach einander / vnnd wie bald auff einander gestorben seyen?

5. Ob der Schäffer / als ein Erfahrner nicht abnemmen mögen/ob die Sücht Natürlich oder Zauberisch seye?

6. Ob er nicht / weiln dern viel gewesen/ als sie gestorben / den Abdecker dieselbige auffschneiden/vnd besichtigen lassen?

7. Ob man etwas Zauberisches bey jnen befunden?

8. Vnd ob es nicht eine gemeine Sücht vnter den Lämmern nach Beschaffenheit der Zeit/ vnd Leufft gewesen seye? Daselbsten/vnd anderer benachbarter Orthen.

Refero quoq; huc 5. quod non infrequenter in hoc crimine veneficii occurrere solet, Das angegeben wird Lupa habe/im

be im Felde auff der Kuh Weyde ein Loch gemacht / oder sey für dem Pferde Stall nieder gefallen gekratzet / vnnd etwas eingegraben / auch folgendts zwo Wurtzeln gefunden vnnd darauff ein Jung Pferdt im Stall schwach worden vnnd gestorben sey. So ist bey solchem Fall zufragen.

1. Ob Zeuge gesehen / vnd wer mit jhme / daß sie Lupa Mitwochen 27. May auff dem Felde gewesen?

2. Was sie gethan habe?

3. Ob er derselben nachgegraben? vnnd wer mehr?

4. Was sie beyde im Loch gefunden haben / ob es Wurtzeln gewesen sein?

5. Ob es eine / oder zwo Wurtzeln / was vor Wurtzelen / vnd wie sie gestalt gewesen seyen?

6. Ob er dann auch vermittelst geleistes Eydts bey seinem Gewissen sagen könne / dz sie Lupa dieselbige darin vergraben habe?

7. Ob sie frisch gewesen / vnd nit zuvorn im Erdreich gestocken haben können?

8. Wie weit / vnd mit weme sie Lupa das Loch von dem Marckstein gegraben habe?

9. Ob

9. Ob sie jhme/vnd andern Leuthen/ehe/ vnd daß dieses beschehin/Zauberey/vnd vnrechter Sachen verdächtig gewesen seye?

10. Was dann solches vor verdächtige Dinge/oder Sachen seyen: vnd wann oder gegen weme / vnd wa sie solche Sachen getrieben habe?

11. Ob sie seithero sich auch in dergleichen Dingen verdächtig gemacht habe? wann/ wie/vnd wa?

12. Item ob Zeug gesehen das Lupa vnter N. N. Stall an die Schwellen gefallen/ vnnd darunter gekratzt; vnnd wer es sonsten mehr gesehen habe?

13. Ob sie lang allda gekratzet habe?

14. Ob nit Gezeuge es N. N. oder seiner Haußfrawen angezeigt; vnd wañ/vor/oder nach dem das gestorben gewesen?

15. Da es N. N. gewust/ warumb er also darzu geschwiegen / vnd es niemandt geklaget habe?

16. Ob/vnd wann das Pferdt im Stall schwach worden/vnd wie lang/oder baldt es darauff gestorben seye?

17. Ob dem Pferd nicht etwan sonsten

ein Schwachheit wiederfahren seye?

18. Warumb N. N. Lupam vor eine Zauberinne halten thue/ vnd wahero?

Ultimò & 6. huc refero, wird Bekundschafft/ das N. Elsa ein Stecken genommen/ vnd in die Butter gestossen/ daß die Butter sich verlohrn/ vnd die Milch von den Kühen genommen worden seye/ dann daß die Zauberinnen den Kühen die Milch entnemmen/ vnd die Butter verderben können/ bezeuget leyder die tägliche Erfahrunge/ vnnd der Zauberinen vnzehliche bestendige Bekandnüß; als ist zubefragen.

1. Ob sie den Stecken mit jhr gebracht/ oder wa sie denselben genommen habe?

2. Was es vor ein Stecken gewesen seye?

3. Ob sie dann den Stecken in das Butterfaß gestossen/ vnd wie offt?

4. Ob sie nichts darzu geredt/ oder gemurmelt/ oder wie sie sich darzu gestellet habe?

5. Ob sich die Butter in dem Faß also bald/ vnd Augenscheinlich/ oder wann/ vnd wie/ verlohren hab?

6. Was endlich/ vnnd wie viel darauß worden seye?

6. Ob

7. Ob auch die / von welchen derselbige Butter kommen / die Milch verlohren haben?

8. Wie bald es beschehen / vnd wie es zugangen seye?

9. Wie lang es gewehret habe / daß die Kühe keine Milch gegeben?

10. Was die Kühe darunter gethan haben?

11. Ob Zeug selbst darbey gewesen / oder wer sonsten / als Elsa in dz Butterfaß den Stecken gestossen?

12. Bey wehme man Rath gesuchet habe / daß der Kuhe dich Milch wiederumb kommen ist?

13. Was es gewesen / darmit der Kuhen geholffen worden / wa man es genommen / vnd wie man es gebrauchet habe?

QUÆSTIO XVI.

Quæ sint crimina excepta, *& cur ita dicantur?*

DElictorum distinctiones multiplices sunt, sicuti plenissimè videre est apud Farinacium *de delict. & pæn. lib. 1. tit. 3. q. 18.*

*q.*18.*n.* 8. *& seqq.* qui *ibidem n.* 60. sextam delictorum distinctionem hanc adfert, quod alia dicuntur *excepta*, alia verò *non excepta:* & quoniam *in qq. præced.* criminũ exceptorum, frequens facta mentio, & in specie de crimine veneficii excepto disputatum, neq; inter omnes convenit, cur quædam crimina dicantur excepta, hinc de eo breviter inquiram.

Inquit verò Farinac. *d. n.* 60. excepta dicuntur crimina, quæ sub generali legis dispositione non continentur, sed *Semper* excepta censentur; qualia sunt illa, quæ directè vergunt in corporale vel spirituale damnum publicum, ut est *crimen læsæ Maiestatis, Conjuratio, Hæresis, Veneficium* & cætera quæ refert & enumerat Farinac. *d.n.* 60 non excepta autem sunt illa, quæ veniunt in generali dispositione legis.

Verum quid est quod dicit *Farinacius*, *Semper* excepta censentur? Ergonè crimina hæc non quoad quædam tantum, sed quoad omnia, nimirum *Iuris positivi* decreta atq; ita non tantum respectu *pœnæ gravioris*, sed etiam respectu *processus* & *ordi-*

ordinis judiciarii, cēſebūtur excepta? Hoc voluiſſe Farinacium dicit Delrio. *libr.* 5. *diſquiſit. Magic. in append.* 2. *q.* 1. *verſ. multa hoc argumentum involuit*: Exiſtimat itaque Delrio *d. loco.* poſſe judicem in criminibus exceptis transgredi ſtatuta & communes juris regulas, non ſolummodo in caſibus jure communi quoad hæc crimina expreſſis, ſed *Semper* & quoad omnia juris poſitivi decreta, atq; ita etiam in caſibus non expreſſis Addit *Delrio* hanc rationem, nam alioqui non forent crimina à juris poſitivi regulis abſolutè excepta, ut ſunt: & vix eſt ullum crimen, de quo non invenias aliquid in jure ſpeciale, & à communibus juris regulis exceptum, & ſic ſi *quoad quædam* tantum & non *quoad cætera* quoq; dicas vocari excepta, vix ullum crimen foret, quod non diceretur exceptum, quo nihil abſurdius. Concludit itaque *Delrio* hoc modo ſi rectè inter crimina diſtinguitur, ut quædam ſint excepta, quædam non excepta, omninò etiam ſtatuendum ea quæ dicuntur excepta, *abſolutè* à juris poſitivi regulis excepta eſ.

ita esse, cæteroquin cum singula crimina aliquid speciale & exceptum habeant, sequeretur omnia crimina esse excepta, & ita inepta foret isthæc distinctio.

Verum aliud & contrarium sentiunt Mascardus *vol. 3. d. probat. concl.* 1311. quolque allegat, qui hæc crimina non *quoad procedendi modum*, sed quoad *pœnæ excessum*, quam in illis graviorem judex imponere potest, *excepta* tantum vocari putant, adeoq; nec in hisce judici licere *ordinariũ procedendi modum* transgredi: Unde Doctores pleriq; in illa quæstione de nominatione plurium an sufficiat ad torturam, de qua egimus supra *in quæst. 8.* sic inferre solent. Nominationes sociorum *in aliis criminibus* non faciunt indicium ad torturam. Mascard. *d. concl.* 1311. Menoch. 2. *de arbitrar. casu.* 474. Ergò nec *in criminibus exceptis.* Rationem consequentiæ dant illam, quam iam dixi, nimirum eandem esse rationem in utrisque quoad *processum & ordinem judiciarium*, quem nec *in exceptis* judici alterare seu transgredi liceat, Videatur Bossius *tr. de indiciis ante*

tortu

tort. n. 78. Decian. *consil.* 18. *n.* 42. Roland. *consil.* 12. *n.* 72. *lib.* 3.

Sed hæc *Mascardi* ac sequacium sentẽtia mihi displicet, etenim quam pluri-ma ostẽdunt, peculiaria etiam *quoad procedendi ordinem & modum* in his criminibus permissa esse, veluti 1. quod socius de socio contra juris regulas potest interrogari, id enim est contra *L. fin. C. de accusat.* 2. quod infames, quales sunt omnes complices, adversus horum criminum reos in testes admittuntur, contra *Legem* 8. *de accusat.* 3. quod etiam hic testes singulares plures socium denuntiantes probant. Secundum ipsum Bossium *præcitato loco de indic. n.* 159. Clar. *q.* 21 §. *fin. n.* 9. 4. quod neque in his prærequiritur infamia seu præcedens diffamatio cum ea plerunq; sint natura sua occultissima, ut notant Sylvester *in verb. inquisitio.* 1. §. 10. Sotus *lib.* 5. *d. iustit. q.* 16. *a.* 2. Navarrus. *c.* 18. *man. num.* 57. 58. *& cap.* 25. *n.* 27. *&* 33. licet de eo addubitet Valentia *q.* 14. *pun.* 1. *de justit.* Vide quæ diximus *in quæst. præced.* 10. *&* 13. Et 5. quod in hisce criminibus plurima à judi-

cis

cis arbitrio dependent, nõ solum quoad determinationem pœnæ, sed etiam *respectu indiciorum & torturæ*, quando scilicet hæc iteranda, in quo gradu adhibenda, & ad eam quænã indicia sint idonea. Videantur Menoch. *de arbitr. casu* 270. *n.* 3. *& casu.* 271 *n.* 2. & *casu.* 272. *n.* 4. quosque ibidem allegat. Ex quibus satis apparet, libertatem criminalis judicii in exceptis non esse restringendam ad pœnæ excessum, in quo fateor *Mascardum* & sequaces valdè hallucinari.

Verum sunt nonnulli qui hic replicãt, & licet concederetur, *inquiunt*, in his criminibus posse judicem excedere juris communis regulas, etiam in modo procedendi, hoc deberet restringi *ad inquirẽdum*, ut loquuntur Decianus. *cons.* 18. *n.* 42. Menoch. *consil.* 100. *n.* 66. Itaque illi sentiunt, quamvis *in inquisitione* extra ordinẽ judici & contra regulas j communis procedere liceat, attamen *in tortura* id locum nõ habere, siquidẽ torturæ damnum est gravissimũ, sed inquisitio damnum saltẽ adfert modicum; sed hanc limitationem refel-

refellunt *Boſſius. Clarus. Menochius præcitatis locis*, quos vide & adde Delrium *ſimiliter præcitato loco*. Etenim cum ſocius de ſocio contrà regulas communis hic poſſit interrogari, *ſicuti diximus*, quomodo non exinde judex etiamſi plures ſocium denuntiaverint, ad torturam procedere poſſet; *Vide quæſt. præced.* 10.

Exiſtimant igitur alii vocari crimina excepta ex uſu loquendi Doctorum illa, quæ ob ſingularem enormitatem ac perniciem adverſus bonum commune in *Plerisque* rebus à communi modo procedendi ſpeciales in judicio exceptiones habent; quam ſententiam probant fermè *Theologi* paſſim, ac eam ſequitur Tannerus *tr. de proceſſ. adverſ. Sagas ad* 2. 2. *S. Thomæ. q.* 67. *a.* 2. *&* 3. Et ergo quamvis in criminibus exceptis non dicamus obligari judicem ad communem ordinem publicorum judiciorum, legibus communibus præſcriptum, ſeu etiam ad communem aliorum criminum praxin undequaq; obſervandam, nihilominus in iiſdem ſequi debet eum judicii ordinem

R ac

ac processum, qui rationi & æquitati naturali consentaneus est, quemque in criminibus privilegiatis sive exceptis tum jura communia tum particularia statuta locorum, si qua de his extant præscribunt. Vide ipsum Delrium *lib. 5. sect. 1.* & Binsfeld. *de confess. malefic. post præludia concl. 6. vers. regulare & juridicum.* prout ergo viro politico publici commodi causa nonnihil de via regia deflectere permitmittunt Politici, quomodo etiam Philosophi amici causa de via paulisper declinandum permiserunt, teste Gellio. 1. *Noct.* 3. sic etiam in hisce exceptis judici in *Plerisque* ab ordinario processu recedere permissum; ac hoc omninò ei permittendum fuit, tum propter difficultatem consvetæ probationis; tum propter enormitatem ac ingentem perniciem, quam eiusmodi crimina Reipubl. adferunt, quibus proinde nisi efficacioribus mediis ac modis obsistat, facilè sui contagione universam communitatem inficiunt ac pessundant.

Atque in his criminibus potissimum esse

esse videtur, *veneficium seu Magia strigum*, quod sua natura admodum est contagiosum, ita ut instar hæresis, velut cancer serpat, semperq; plures in societatem pertrahere moliatur; & insuper clam & proditoriè, in locis solitariis & plerunq; nocturno tempore, absque omni teste, qui particeps criminis non sit, idque continuato quasi studio, perpetrari solet, atq; hinc fit manifestum, ordinarium processum in hoc crimine veneficii *inquirẽdo & puniendo* undequaque locum habere non posse, qua de causa crimen hoc, inter excepta, ut ita dicam, *exceptissimum*, ob ipsam scilicet eius enormitatem, perniciẽ ac obscuritatem rectè vocaveris.

Nescio tamen an probãdum sit, quod inquit Delrio *d. q. 1. in app. 2. §. quartus aries negativæ sententiæ est: in fine.* ut judex procedat in hoc crimine, *quo sibi modo* procedẽdum putat; Equidem etiam Menoch. *casu* 474. *n.* 33. referens ad hoc *Bald. Salicet. Boer. aliosq;*, judicis arbitrio, *ait*, esse relictũ, *quomodo* adversus maleficum aut strigem sit procedendum; sed certè non admo-

dum expeditum, si non etiam periculosum videri potest, hic omnia judicis arbitrio relinquere, nam si in hoc crimine potest procedere, *quo sibi modo procedendum putat*, ut ait *Delrio*, quid quæso restat ab eius arbitratione exemptum? fortè mediam viam ingredi & æquius & tutius fuerit cum inter judices magna sit differentia, & nemo ab affectibus liber; utiq; ob eiusmodi incircumscriptam arbitrandi licentiam nunquam judex Syndicatui subiacebit, maximè cum in quæstionibus dubiis & obscuris pro diversitate scribentium, tot soleant esse sententiæ quod capita.

Quare quod dicuntur crimina excepta, ist nicht dahin zuverstehen / daß eine jede Obrigkeit bloß jhres gefallens vnd willens / vnd also absolutè hierin handeln vnnd verfahren solle / Sondern das gleichwoln extra ordinem, sive non servato juris ordine, die Missethaten erkündiget / darüber erkant vnd geurtheilet werden möge / secundum tamen leges & jura, das ist / nit ex propria conscientia & affectu, Sondern nach auß-

weis-

weiſſung der Rechten / vnnd deren Lehrer/ quod vel ipſum *Delrium* voluiſſe ac ſenſiſſe apparet ex *lib.* 5. *ſect.* 1. *in fine.* ubi inquit: *judicem teneri ſequi eum ordinem juris, qui æquitati naturæ conſentaneus eſt; eum præterea, quem in criminibus exceptis jura communia præſcribunt &c. licebit tamen judici recedere à communi aliorum criminum praxi, in his delictis vindicandis.* Hinc magis propriè hæc privilegiata crimina *Extraordinaria*, ſeu *Irregularia*, quam excepta vocantur; equidem etiam hæc appellatio admitti poteſt, ſed ſenſu congruo ut intelligantur à jure communi in *Pleriſque* excepta, ac ita non ſtatim *exceptum crimẽ* ſit, quod ſpeciali aliquo caſu à ſua regula tranſit, & exceptionem parit; quomodo Delrio ut ſupra diximus, hinc argutari voluit. Atque ita lux aliqua illata iis, quæ de criminibus exceptis & eorum natura & libertate obnubilabantur.

QUÆSTIO XVII.

Qua pœna afficienda puella, novem vel decem annorum, quæ veneficium à Matre vel ab alia fuit edocta?

TRistem huiusmodi casum à Comite quodam transmissum nuper habuit Facultas nostra, ubi filiam novem annorum noverca Mater veneficium docuerat; & constabat *ex actis* puellam cum suo Magistello aliquoties cõsvevisse, ac cum Matre noverca nocturnis conventibus interfuisse; quos nefarios congressus & cõventus puella tam accuratè & realiter spontè descripserat, ut de veritate eorum vix dubium alicui reliquisse videretur: Quærebatur de pœna & modo puniendi? Sanè juris communis regulas in hoc excepto crimine allegare, veluti quod ætati & imprudentiæ succurrendum & ignoscendum sit. *L.* 108. *de. R. I.* Menoch. *de arbitr. casu* 329. *n.* 5. *&* 9. Tiraq. *de pœnis temperand.* quod hujusmodi ætatis pupilli nul-

si nullum habeant intellectum & non multum à furioso distent. §. 9. *Instit. de inutil. stipulat*. hæc inquam & similia allegare & secundum ea hunc casum decidere, fortè frustraneum aut certè minus necessarium, neque enim difficultatem expediunt.

Videri posset hanc puellam gladio feriendam esse, equidem eo argumento. Denn Leviticorum *ca. 20. ver.* 13. geschrieben stehet / wenn jemandt bey einem Knaben liege / daß nicht allein der Thäter / sondern auch der Knabe selber (nulla habita ratione ætatis) solle des Todtes sterben: Nun ist es ohn einigen Zweiffel viel schrecklicher / wenn nicht ein Mensch mit einem Menschen / sondern ein Mensch der zu Gottes Ebenbild erschaffen / sich nicht schewet mit dem Verdambten vnd in ewigkeit verworffenen hellischen Geist vnd geschworen abgesagten Feinde Gottes / vñ des gantzen Menschlichen Geschlechtes / fleischliche Vnzucht zu treiben vnd zuüben / vnnd mit jhm durch fleischliche Vermischung gleichsam ein Leib wie der H. Apostel schreibet / zu werden.

Accedit, quod difficulter ſperanda eſt vera converſio & conſtans animi ſinceritas; non ſolum enim verendum, ne eiuſmodi perſona relabatur in priſtinum crimen (nam Satan ſemel eiectus, ſeptem nequiores ſecum adducit ſpiritus, Chriſto ipſo teſte) verum etiàm timendum, ſi à nemine pio in ædes recipiatur, nec ulli honeſto juveni deſponſetur, ſed & à caſtis puellis & virginibus non ſecus quam venenata beſtia & mala herba vitetur, ne ex cõtempta illa fama in deſperationem ruat miſerrimam. Mali enim principii, malus finis. Præſtabit ergò hoc caſu etiã impuberi ultimum ſupplicium dictare, quam in barathrum deſperationis præcipitare, ac poſſet hic mors ſolatium, vita vero ſupplicium videri, ſicuti in crimine læſæ Majeſtatis humanæ loquitur Imperator *in L. 5. C. ad L. Iul. Majeſt.*

Poteſt & alia ratio, prò gladii pœna dictanda, deſumi ab horrenda blaſphemia & apoſtaſia. *Leviticorum.* 24. ſtatuitur: Quicunq; (*nulla hic neque ætatis neque ſexus ponitur diſcretio*) maledixerit Deo

ſuo

ſuo, portabit iniquitatem ſuam: & qui blaſphemaverit nomen Domini morte moriatur &c. Jam verò nulla excogitari poteſt hórribilior blaſphemia, quam abnegato verò Deo & filio eius unigenito, per expreſſam apoſtaſiam blaſphemo ore adorare & colere, eiq; ad omne malum ſervire.

Quæ & nonnullæ aliæ rationes licet in conſiderationem jure veniant, placuit tamen *Facultati noſtræ* adhunc modum reſpondere. Was das Mägdlein betreffen thut / wiewol auß den Actis offenbahr / daß ſie jhren Leib dem Teuffel zu der aller ſchändlichſtẽ bößheit proſtituiret vñ ergebẽ / ſo befindet ſich gleichwol auß erwegung der Vmbſtänden / dz ſie durch jhre Stiffmutter zu dieſem handel angeführet / vñ ſolches zuverſchweigen bedrawet worden / ſie auch nicht mehr als 9. oder 10. Jahr alt / Dahero iſt ſie in Betrachtung ſolcher vmbſtenden / vnd zuvor auß jhrer Jugend pœna extraordinaria zuſtraffen vnd mit Ruthen zuſtreichen / auch jhrer ſchweren Sünden durch die Prediger zuerinnern / vnd darauff

redtlichen angewandten oder andern Erbahren Leuthen zu befehlen / die das Mägdlein im beten vnd Christlichem Catechismo vnterrichten / vnnd in stetiger Auffsicht vnnd harter Disciplin, bey sich behalten mögen / vnd were zu Wiederbringung vnd Besserung des Mägdleins nit vndienstlich / daß / wann die Straffe des Fewers an jhrer Lehrmeisterin der Stiffmutter vollnstreckt würde / man sie zugleich hinaußführen / dem supplicio zuschawen vnnd in den Gedancken liese / als solte sie mit gleicher Straffe belegt werden / damit hierdurch jhr die Erkandniß jhrer Mißhandlung desto tieffer eingebildet / vnnd sie jhr Lebtag desto grössern Abschew ob solchen Sünden trüge / vnd wann solches verrichtet / könte alsdann dz Mägdlein mit gemelter pœna extraordinaria belegt vnd sie obgesetzter massen andern befohlen werden.

V. R. W.

Quæ-

QUÆSTIO XVIII.

An & quatenus testes singulares *in crimine veneficii admittantur, & quæ sit singularitas testium, & quæ non?*

UTile quæsitum hoc & necessarium est, quod breviter explicabo: vix autem operę pretium esse existimo, Doctorum varias sententias referre, quæ hac in materia fidei, quam merentur testes singulares, occurrunt; legatur Anton. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de testib. conclus.* 2. & Mascard. *vol.* 2. *conclus.* 856. ad quos lectorem remitto. Hoc antem præmittendum & sciendum est, in quo omnes conveniunt, testē singularem dici duobus modis: *Primò* strictè, proprie ac absolutè, cum quoad eundem actum & personam nullus alius testis concurrit quoad effectum, substantiam & finem; utpote quia quod alii deponunt non subordinatur ad id quod alter deposuit, seu tenuit ad alium effectum & finem. *Secundò* laxius & minus propriè

&se-

& secũdum quid vocari singularem, quia alii non conveniunt cum eo in quibusdã circumstantiis, tamen conveniunt in substantia criminis & tendunt ad eundem effectum & finem probandum. Exemplis hoc postea illustrabimus.

Loquimur verò hic *de testibus secundi generis* (*nam* quoad *primi generis* singularitatem non video inter *Dd.* controverti, Vide Minsing. 3. *obs.* 76. Clar. §. *fin. quæst.* 53. *n.* 18.) & hoc quærimus, an in crimine Magiæ & veneficii, aliisq; exceptis, admittantur testes singulares in circumstãtiis, dummodo concordent in effectu, in substantia & in fine, hoc est, in ipsa specie certi criminis veluti Magiæ, veneficii &c. & an eiusmodi testes singulares, quando plures sint, faciant indicium ad torturam?

Latè & eleganter quæstionem hanc pertractant *Dd. Patavini* apud M. Ant. Peregrinum *consil.* 2. *de Sagis*, *n.* 54. *& pluribus seqq.* ubi hoc modo distinguunt, quod ubi agitur de probando uno particulari actu, testes singulares discordantes

inter

inter se in circumstantiis, in loco, aut tempore, non sufficiant, nec probent: quia de diversis actibus in effectu testificantur: optimus textus *in c. Nihilominus 3. q. 9.* ubi Leo Papa ita sanxit: Nec eorũ voces, tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diversitas simul interfuisse prohibuit: veluti si agatur de probando uno contractu, vel de uno homicidio, insultu, aut vulnere.

Attamen si agatur *de probando uno, quod ex pluribus & diversis actibus illud singulis de per se inferentibus resultat*, valet probatio per testes singulares, per singulos actus testificantes de illo, quia testes omnes in id, quod principale est, cõvenirent, quãvis per diversa media in eundem finem tendentia & tunc singularitas, *uti Doctores aiunt*, non est obstativa, sed cumulativa, & adminiculativa.

Exempla sunt, veluti si agatur *de probando quem esse hæreticum*, hoc quidem deducitur in probatione, esse autem hæreticum ex pluribus causis deduci potest, ideò si *unus testis* deposuerit inquisitum esse

esse hæreticum, quia abnegavit Christum Deum esse, *alius* quia abnegaverit Mariam Virginem; *tertius*, quia negaverit Sacramenta Ecclesiæ, testes quidem licet de diversis mediis dixerint, quia tamen media ista singula de per se inferunt hæresin, ideo probant illum esse hæreticum, quamvis per diversa in facto media sic cognoverint, & perceperint: Sic etiam si agatur de probando, quem habere jurisdictionem, seu esse in possessione juris dicendi in aliquo loco, aut juris decimandi, & testes dicant illum esse in possessione, & in hoc omnes concordent, quamvis causam scientię reddiderint per diversa media in facto singula de per se inferentia possessionem, quia actus possessorii fuerint diversi, probant tamen. Et sic quoq; si agatur *de probando conspirationem in principem, aut quem esse furiosum & mente captum*, & testes in hoc principali proposito conveniant, quamvis per diversa media, id tamen de per se inferentia probant.

Quare hinc talis conclusio firmari potest

test; quod in factis & delictis reiterabilibus testes singulares deponentes de diversis actibus, singulis de per se inferentibus crimen, & factum illud, de quo agitur, veluti si agatur de probanda hæresi, Magia, læsa Majestate de jurisdictione, de possessione, de fatuitate & huiusmodi, testes singulares probant, & ideo non sunt repellendi prætextu singularitatis istius *impropriæ*; Hoc in criminibus exceptis & atrocissimis voluntas statuũt Doctores plurimi latissimè Riminal. junior. *cons. 7. per totũ.* Zasius. *cons.* 11. *n.* 15. *l.* 2. Boss. *tit. de crim. læsæ Maj. n.* 117. Cravet. *cons.* 73. *n.* 32. & *cons.* 78. *n.* 6. & *cons.* 267. *n.* 3. & *de antiq. temp. in* 4. *part. n.* 157. & Bertaz. *cons.* 20. *n.* 16. ubi id generaliter in actibus reiterabilibus affirmat: plures Doctores citant M. Anton. Peregrin. *d. consil.* 2. *num.* 57. & Delrio *lib.* 5. *append.* 2. *quæst.* 10. §. *de testibus verò secundi generis.*

Prout verò isti testes singulares sunt vel integræ famæ ac fidei homines & ita omni exceptione maiores, vel non integræ personæ & inhabiles, quia infames &

complices, ita ẽt ad diversum effectum probant, & quidem testes illi bonæ famæ & homines integri si plures sint, sufficiẽt pro motu judicis *ad condemnationem*, quoad pœnam saltem *extraordinariam*, ut benè Covarr. *lib. 3. resolut. c. 3. n. 3.* & ex ipso Delrio. *d. quæst.* 10. Confer eleganter M. Anton. Peregrinum *præcitato loco n.* 58. *& seqq.* quantò magis igitur eiusmodi testes impropriè singulares sufficient *ad torturam*? Verum si hi testes patiantur defectus in personis suis attamen contra reũ in istis reiterabilib. plures eorum testificarentur, possent fidem facere *ad torturã* in exceptis, sicuti tradit in terminis Mascardus. *vol. 2. concl.* 856. *de probat.* Binsfeld. *membr. 2. concl. 6. dub.* 1. & ex ipsis Delrio. *d. q.* 10. *in fine.* dummodo tamen, *quod diligenter notandum*, testes isti deponant de indiciis eiusmodi, quę sint facto *propinqua* & non remota ab ipso facto, namq; inhabiles testes & repulsati ad probandum *indicia remota à facto* nõ sunt idonei ad effectum torturæ. Ita post alios Farinac. *quæst. crim.* 37. *n.* 18. *&* 19. & *quæst.* 56. *n.* 73. *& seq.*

ele-

eleganter Peregrin. *d.consil.2.n.62.& 63* Et potest ex regula, quam ex *Doctoribus Patavinis* tradidi *in quæst. præced.* 8. *vers. Quare hæc regula diligenter tenenda*: huius rei desumi ratio: Nimirum, ubi testes integri sufficiunt ad condemnationem, ibi inhabiles & repulsati solent sufficere ad torturam.

Concludo igitur, ex prædictis rectè inferri, **ob woln deren** indicien quæ in hoc Magiæ crimine allegari solent, **offt etliche vor sich selbsten** disiunctim, & separatim **schwach sein; doch dadurch bestercket/daß sie** sub uno veneficiorum, seu maleficiorum genere, plures quidem, atq; diversæ; sed in unum crimen cadentes species **befunden werden: vnd also** coniunctim, & cumulatim **nicht allein** urgentissimas maleficii præsumptiones **verursachen/** Namq;, Et quæ non prosunt singula, multa juvant. **Sondern auch dieselbige / die** singularitatem, & unitatem, ut ita dicam, testium **solvieren thun/** casu quo **die Gezeugen jeder insonderheit von keinen andern verdächtigen Dingen reden / als welche Zauberey ob**

sich tragen: Derowegen juxta superius tradita auch nicht unici, & singulares genennet werden mögen; In deme sie gleichwoln von vnterschiedlichen zauberischen actibus; aber von einerley Zauberey deponiren, welche vnserer Zeitē sehr im schwang gehet/ vnd die Zauberinnen/ jhrer selbst manigfaltigen Vhrgichten nach/ in Gebrauch/ vnd Vbunge zu haben pflegen; Als da seind/ den Kindern Gefahr zu sein/ die Menschen/ vnd Viehe zu Lamen/ vnd offtermals zu Todten; denselbigen Gifft bey zubringen/ vnnd zuvergeben; den Kühen die Milch zunehmen; in die Ställ/ vnnd vnter die Herde/ auff die Weyde zulauffen; etwas zu vergraben vnnd Beschwerungen zu gebrauchen: vnd was des Zauberwercks mehr ist/ vnd sein mag.

Sondern dieses ist vor ein singularitas testium zurechnen: da ein Gezeug saget/ jemandt seye der Zauberey beschreit/ oder habe dieses/ oder jenes gethan/ so Zauberey ob sich tragt: Ein anderer Gezeuge deponirt, dieselbige Person seye Schwanger gegangen/ vnd im Beruff/ sie habe das Kind ge-

tödtet

tödtet: Der dritte Gezeug aber redet von Verdacht eines Diebstals / den sie begangen haben solle: Andere mehr Gezeugen von andern mehr Missetahten: vnnd also jeder Gezeuge von einer besonderen Vbelthat Zeugnüß gibt / auff solche attestationes, so ob dem Verdacht / vnd Argwohn allein beruhen / ist nit zugehen / weiln sie revera singulares & unicæ seind.

Noch mehr zu erklären / da ein Weibs Persohn ein Junges Kind in der Wiegen anhauchete / betastete / vnnd etwann darzu murmelte: das Kindt darüber bald erkrancket / vnd stürbe: Darvon ein Gezeug deponiren thete. Item dieselbige Persohn hette einem / gewisser Vrsachen halber / einen Getranck / oder Gekochts zugebracht: Vnd derselbige darauff so bald erlahmet / erkrummet / daß er Gifft bey sich habe beklaget / die Person / so es jhme gegeben / dessen beschüldiget / vnd darauff verstorben were: Darvon auch nurret ein Gezeuge aussagte. Item / sie habe einen stecken in die Milch vnd Butter gestossen / hette sich die Butter Augenscheinlich verlohren / vnnd were den

Kühen die Milch genommen gewesen: Darvon gleichfals ein Gezeuge bezeugete. Item man habe sie auff dem Felde gesehen/daß sie etwas vergraben/oder sonderliche Geberde/ vnd Wesen getrieben / vnd seye gleich darauff ein schreckliches Wetter / Hagel / vnd Schawer erfolget: darvon auch nurrendt ein Gezeuge außzusagen wuste/ꝛc.

Diese vnd dergleichen singularium testium singularia testimonia seindt nit allein nicht / quo ad finem & effectum probationis vor singularia zuachten: Sondern auß abgehörten Vrsachen / darfür anzunemen / wenn sie vnter einerley Art der Mißsethat vber einkommen / vnd begriffen werden: daß sie deßwegen / vnnd jede vor sich selbsten der Würcklichheit seyen / daß sie redtliche / gnungsame Vermuthungen / glaubwürdigen Verdachts machen/welche zur peinlicher Fragen gnugsam: Argumento sumpto ex artic. 27. & 28. constit. Criminal. Atque ex hisce satis apparet, quando in exceptis criminibus singularitas testium salvetur? & singularitas testium quæ? & quæ non sit?

Quæ-

QUÆSTIO XIX.

An mulieres poßint esse testes in causis criminalibus, & quatenus in crimine veneficii ad torturam *probent.*

QUæstio hæc utilis & necessaria est, Qe enim cum, teste Experientia, plures fœminæ, quam viri cum Diabolo paciscantur & maleficia discant, quippe mulieres, ob defectum judicii, citius credunt & facilius decipiuntur, quam viri; sunt magis curiosæ & ad libidinem & luxum proniores, videantur Binsfeld. *in rubr. C. de Malefic. & Mathemat. notab.* 8. Paulus Grillandus *tract. de sortilegiis. q.* 7. *n.* 31. Jacob Simanca *de Cathol. instit. tit.* 37. *n.* 3. hinc fit ut fæminarum quam virorum testimonia in crimine veneficii frequentiora sint, quocirca quantum ipsis fidendum, & qualiter probent, inquirendum erit.

Et distinguendum hic est: Aut quæritur inspecto *jure Canonico*, & eo jure mu-

lier inhabilitatur à ferendo testimonio in causis criminalibus. *c. mulierem.* 33. *q.* 5. *cap. forus.* §. *testes. de verbor. significat.* idque propter sexus fragilitatem, cum vereamur, ne ferat varium, mutabile, vel falsum testimonium, ac ideo non recipitur mulier in foro Ecclesiastico pro teste in causis criminalibus criminaliter actis, ubi pœna corporalis imponenda foret. Decius *in c. quoniam. de testibus.* Gomez. *tom.* 3. *var. resolut. c.* 12. *num.* 13. Onded. *consil.* 100. *num.* 24.

Id tamen jure Canonico fallit aliquot casibus, de quibus videri possunt Decius, *in L. fœminæ, n.* 34. *ff. de R. I.* Clarus. §. *finali. q.* 24. *n.* 3. & latè Farinacius *quæst. crim.* 59. *n.* 1. *& seqq.* præsertim autem fallit *in criminibus exceptis*, & nominatim *in crimine veneficii*, quod constat esse huiusmodi ut eius veritas aliter quam per mulieres vix haberi possit; ita Baiardus ad Clarum. *d. quæst.* 24. *n.* 9. & Bodin. *lib.* 4. *Dæmonom. c.* 4. & plures adducti à Farinacio. *d. q.* 59. *n.* 10. Et ergo etiam jure Canonico in crimine veneficii excepto, mulieres poterunt

runt dicere testimonium. De *jure* autem *Civili* expeditum est, & sic practicatur, fæminas etiam in criminalibus, si aliud non obstet, ad testimonium dicendum recipi. *L. ex eo. ff. de testibus. cap. ex eo.* 15. *q.* 3. Farinacius. *d. q.* 59. *n.* 17. ubi plurimos allegat Baiardus ad Clarum *d. q.* 24. *n* 8. qui etiam in ditionibus Ecclesiæ sic practicari testatur.

Ex iam dictis patet, fæminas jure Civili in causis criminalibus generaliter, & etiam jure Canonico in exceptis, ad testimonium admitti; cæterum quatenus probent ac quam fidem faciant ad torturam, & an ex plurium mulierum confessionibus, in crimine veneficii ad hanc procedi possit, de eo non immeritò quæritur. Respondent quidem *Doctores Patavini* apud M. Ant. Peregr. *consil.* 2. *de Sagis.* *n.* 66. si aliud non obstet, quam sexus exceptio, ex testatione seu denominatione duarum mulierum justè procedi posse ad torturam, attamen vererer ego hoc sequendum dicere: Video nihilominus Delrium *lib.* 5. *in append.* 2. *quæst.* 13. istud

approbare, ita enim inquit ille, *si probabiliter tales duæ denuntient, cum bonis circumstãtiis, maximè scientiæ causa, & non sint contraria virorum testimonia, quæ semper pluris facienda, non vererer hoc sequendũ dicere; Quod si viri unius testimonium adesset, non dubitarem cum eo unius mulieris benè munitam circumstantiis requisitis nominationem admittere ad torturam, solarum etiam trium fœminarum complicum denuntiationem ad eandem sufficere posse censeo.* Hæc Delrio, qui tamen rectè subiicit, sententiam eorum & tutiorem esse & rationi maximè consentaneam, qui semper volunt ad minimum *trium fœminarum* nominationes adesse debere, si judex denuntiatam personam ad quæstionem trahere velit; enimverò si viri testimonium plus ponderis habet; quam fœminæ ob sexus fragilitatem, utique non perinde, sicuti duorum virorum sociorum denuntiatio ad torturam sufficit, ita quoq; duarum fœminarum nominationes ad hoc sufficient, sed plurium verius requirentur.

Quare, ut concludam, Ob nun woll in

Well-

Weltlichen Rechten die Weibs Bilder zu Gezeugen zugelassen/ auch in der peinlichen Gerichtsordnunge/ quod nota, außtrůcklichen nicht verbotten werden; So solle es doch dem Richter desto mehr Nachdenckens machen / wann nurrend zween Gezeugen/ vnd der eine ein Weibs Persohn were / die Vmbstände fleissiger vnd mit allem gebůhrendem Ernst einzunehmen; ob nemlich solche Gezeugin guten Leumuths/ der Beklagtin nit feindt/ oder auffsetzig seye: Item wie/ gegen weme / warumb/ vnnd was dieselbige eigentlich geredt habe/ vnd was der circumstantien mehr seindt / quæ omnia discretioni & judicis prudentis arbitrio relinquuntur, bevorab weiln die constitutio criminalis *art.* 30. erfordert/ wann zween Gezeugen seind / das solche gute teugliche / vnverwerffliche Gezeugen sein sollen: ubi disputari posset, utrum mulier de ipso maleficio & in causa principali deponens, semiplenam probationem induceret, ad quæstionem sufficientem? Ambigo & cogitandum relinquo.

QUÆSTIO XX.

An Judex promptior & facilior debeat esse ad torturam in criminibus atrocioribus & occultis?

DE hac re ne quidem dubitandum esse putat Delrio. *libr. 5. in append. 2. quæst. 22. in fine.* quin in criminib. istis judex animosior & facilius venire possit ad torturam, maximè in crimine veneficii quod delictum est *occultum*, nempè striges & Sagæ occultè agunt, conveniunt de nocte & in locis desertis ac hinc est difficilis probationis, & insuper *atrox*, maleficum enim crimen omnia scelesta continet, quo jus divinum & humanum prophanatur, & pervertitur, Apostasia, Sacrilegium, Blasphemia, conjuratio cum Diabolo, Idololatria, Antropophagia, Sodomia, incestus, peccatum contra naturam cum spiritualibus creaturis, parricidia, sepulchrorum violatio & cætera penè alia, ut Bodinus ait. *lib. 4. de Dæmon.* cap.

cap.4. quocirca in hoc crimine & aliis gravioribus judices promptiores esse debēt ad torquendum; Atq; hanc esse communem Criminalistarum sententiam dicit Clarus § *fin. quæst.* 64. *n.* 6. *ibiq; Baiard. n.* 19. idem defendit Bossius *in tit. de indic. n.* 172. *&* 195. & unanimiter sic responderunt interrogati Dd. *Ingolstadienses* Theologi & Jurisperiti, etiamq; *Bononienses* & *Friburgenses*, attestante Delrio. *d. quæst.* 22. *in fine.*

Et ita quoq; hanc quæstionem resolverunt *Dd. Patavini* apud M. Anton. Peregrinum *d. consil. de Sagis.* 2. *n.* 94. *& multis seqq.* ubi multos alios allegant, ac hoc etiam inquirunt statuuntq; , nimirum in hisce quoque criminibus exceptis *ad torquendum leviora sufficere indicia*; quo posito certè sequitur judicem in his ad torquēdum promptiorem & faciliorem esse debere; Quod verò leviora admittantur indicia, indè confirmant, quia in his criminibus magis expcdit Reipubl. leviora admitti indicia, cum sint, ut dixi, occultiora & difficilioris probationis crimina, & dignios

digniora quæ citius & gravius puniantur: apparet itaq; utriusque quæsiti hanc rationem dari, quod crimina excepta & præsertim veneficii, sint occultiora & atrocia, & ex ea utrumque inferri, tam quod leviora indicia sufficiant, quam quod ideò judices ad torquendum faciliores esse possint; alterum ab altero consequitur, atque hinc idem de indiciis levioribus admittendis responderunt præcitati Dd. *Ingolstadienses* & *Friburgenses* similiter attestante Delrio *d. app. 2. quæst.* 20. & etiam *Patavini* apud Peregrinum *d. consil. 2. n. 97. & plurimis seqq.* ubi sic concludere communiter auctores affirmant, quos & copiosè allegant, Confer Farinacium *in quæst. crim.* 37. *n.* 150.

Quando verò quæritur & affirmatur leviora indicia sufficere ad torturam in exceptis, non hoc dicitur, quasi liceat ex non legitimis & insufficientibus indiciis procedere, sed an indicia leviora in his criminibus sufficientia censeantur, & *levia* hic vocantur non secundum se aut absolutè loquendo, sed quæ comparativè

seu

seu relativè, respectu eorum quæ in criminibus non exceptis requiruntur, levia videantur, & idcircò comparatione istorum sunt leviora, quam in his requisita: non verò quæ sint leviora seu minus sufficientia, quam jus aut natura criminis requirat; quomodo hoc benè explicat & admonet Delrio. *d quæst.* 20. atque sic loquendi modo probè explicato, in re ipsa fortassis non tanta erit dissensio, etenim facilè omnes concedent non eodem modo in criminibus exceptis, quæ atrocissima sunt, & non exceptis, quæ respectu exceptorum leviora crimina sunt, procedendum esse, sed prout licet judicibus in illis atrocissimis severius quam in his animadvertere, ita etiã animosius ad torturam procedere: Sane in utrisque criminibus ad torturam sufficit judici habere indicia ex quibus fortiter opinetur denuntiatum esse reum, nemo verò negabit posse judicem facilius id opinari in exceptis quã in non exceptis, quia, quod sæpè diximus, crimina illa solent esse occultiora. Et ergò in atrocissimis & exceptis

tis indicia leviora possunt sufficiẽtia censeri, & consequenter judex in his ad torturam promptior esse.

Utrumque hoc sicuti iam antè ostendimus *communiter* & fermè *unanimiter* tenuerunt ac responderunt Criminalistæ; quibus uti me non oppono, ita velim iis ea conjungi, quæ *in quæst. præced.* 13. dixi; nimirum notabilem esse differentiam *inter probabilia legitima indicia*, & *probabilia minus legitima indicia*; atque hæc duplicia esse, aut probabilia sed minus legitima; aut nec probabilia neq; legitima, ideoq; propriè illegitimorum indiciorum nomine digna, utpote quę nec ad capturam quicquam efficaciæ habẽt, qualia ab hoc quæsito & semper alibi excludimus. Qui verò indicia probabilia minus legitima in considerationem venire non debere, ideò velit adstruere, quod *in Constitut. Carolina* delictorum singulorũ, etiam ipsius Magiæ *art.* 44. certa indicia, & quidem nõ nisi probabilia legitima, expressa sint, næ ille erraverit quis enim nescit illud *Vlpiani*, leges nõ posse ita scribi, ut omnes

casus

casus qui quandoq; inciderint comprehendant, & ideò illum qui jurisdictioni præest, interpretatione ad similia procedere. *L.* 10. *de LL.* quis etiam negaverit si judex habeat causas suspicandi reum esse culpabilem, adeoq; quidem adsint indicia probabilia sed minus legitima, atque ita non satis idonea ad torturam, tunc reum saltem posse terreri verbis, & vultu, & torturæ comminatione. Vid. Farinac. *d. quæst. crim.* 37. *n.* 101. 102. *&* 103. Boss. *d. tit. de indic. n.* 24.

Debent ergò, ut concludamus, etiam in exceptis semper adesse indicia sufficientia ad torturam, tametsi in comparatione aliorum criminum non exceptorum, leviora sint, verum quæ sunt ista indicia leviora sufficientia? Et rectè advertunt ex Bartolo Dd. Patavini apud Peregrinum *d. consil.* 2. *n* 102. *& seqq* certam de his doctrinam tradi non posse, & ideo judicem posse arbitrari quę sibi censeat sufficere, inquit Menoch. *de arbitrar. cas.* 270. *n.* 3 *& cas.* 474. *n.* 1. *& n.* 47. plenissime

simè hac de re videbis eundem Menoch. *lib.* 1. *de præsumt. q.* 44. *n.* 9. ubi posuit 43. indicia ad torturam idonea. Delrium. *lib.* 5. *disquisit. sect.* 3. *&* 4. ubi de his indiciis copiosè agit. Farinacium *lib.* 1. *de indic. & tort. quæst.* 37. adde Peregrinum *d. consil.* 2. *n.* 103. *& seqq.* qui plures auctores laudant: ad quos me refero, & Finio.

Salvo *Ecclesiæ*, Piorum *Theologorum* âc Saniorum *Jureconsultorum* judicio.

F I N I S.